Digitized by Google

C 5166.1
*

HARVARD
COLLEGE
LIBRARY

Digitized by Google

UNIVERSITAS CATHOLICA
IN OPPIDO LOVANIENSI.

FACULTAS THEOLOGICA.
1866—67.

Nº CCCXXVI.

DE VITA ET SCRIPTIS

# S. JACOBI SARUGENSIS.

Digitized by Google

# DE VITA ET SCRIPTIS

# SANCTI JACOBI,

## BATNARUM SARUGI IN MESOPOTAMIA EPISCOPI,

CUM EJUSDEM SYRIACIS CARMINIBUS DUOBUS INTEGRIS
AC ALIORUM ALIQUOT FRAGMENTIS,
NECNON GEORGII EJUS DISCIPULI ORATIONE PANEGYRICA,
EX CODICIBUS VATICANIS NUNC PRIMUM EDITIS ET LATINE REDDITIS.

## DISSERTATIO HISTORICO-THEOLOGICA

QUAM CUM SUBJECTIS THESIBUS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

ET AUSPICE BEATISSIMA VIRGINE MARIA,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

NICOLAI JOSEPHI LAFORET,

S. D. CUBICUL. INT., ECCL. CATH. NAMURC. CAN. HON., S. THEOL. DOCT.,
ORD. CHRISTI DEC., ACAD. RELIG. CATH. ROM. SODALIS,

ET CONSENSU S. FACULTATIS THEOLOGICÆ,

PRO GRADU DOCTORIS IN S. THEOLOGIA

IN UNIVERSITATE CATHOLICA, IN OPPIDO LOVANIENSI,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDO,

PUBLICE PROPUGNABIT

JOANNES BAPTISTA ABBELOOS, EX GOYCK, PRESB. ARCHIDIOEC.
MECHLINIENSIS, S. THEOL. LICENT.

---

Diebus XI, XIII et XV mensis Julii, ab hora X ad I, an. MDCCCLXVII.

---

LOVANII

EXCUDEBANT VANLINTHOUT FRATRES,

UNIVERSITATIS TYPOGRAPHI.

Digitized by Google

Harvard College Library
May 21, 1900
Gift of
The J. C. Ayer Co.

C 5166.1
*

Digitized by Google

EMINENTISSIMO · AC · REVERENDISSIMO

SANCTÆ · ROMANÆ · ECCLESIÆ · PRINCIPI

# ENGELBERTO · CARDINALI · STERCKX

ARCHIEPISCOPO · MECHLINIENSI

BELGII · PRIMATI

CONCREDITI · GREGIS · PASTORI · OPTIMO · VIGILANTISSIMO

DOCTRINA · PIETATE · MANSUETUDINE · SPECTATISSIMO

STUDIORUM · FAUTORI · MUNIFICENTISSIMO

IN · TESTIMONIUM · FILIALIS · AMORIS · ET · OBSEQUII

Digitized by Google

ILLUSTRISSIMO · PRUDENTISSIMO

**NICOLAO · JOSEPHO · LAFORET**

SANCTISSIMI · DOMINI · NOSTRI · PII · PAPÆ · IX · CUBICULARIO · INTIMO

ACADEMIÆ · CATHOLICÆ · LOVANIENSIS · RECTORI · MAGNIFICO

SUISQUE · IN · LINGUIS · ORIENTALIBUS · INSTITUTORIBUS

VIRO · ILLUSTRISSIMO

JOANNI · THEODORO · BEELEN

SANCTISSIMI · DOMINI · NOSTRI · PII · PAPÆ · IX · CUBICULARIO · AD · HONORES

ET · VIRO · EXIMIO

THOMÆ · JOSEPHO · LAMY

COLLEGII · MARIÆ · THERESIÆ · PRÆSIDI

IN · PERENNE · GRATISSIMI · ANIMI · ARGUMENTUM

HUNC · SUUM · QUALEMCUMQUE · LABOREM

D. D. D.

*Auctor.*

Digitized by Google

Digitized by Google

# PRÆFATIO.

Operis hujus in limine pauca quædam præmonenda duxi, quibus ejus occasio, consilium et argumentum lectoribus meis aperiantur.

Adeptus igitur in alma nostra Lovaniensi Academia licentiæ gradum, mecum ipse cogitare cœpi, quamnam dissertationis, pro more majorum scribendæ ad summos in S. Theologia honores obtinendos, materiem mihi seligerem. Interea vero contigit ut beneficio eminentissimi principis, S. R. E. CARDINALIS STERCKX, archiepiscopi Mechliniensis, Romam mitterer. Quam ob rem, Ill. J. TH. BEELEN et Ex. TH. J. LAMY, præceptores mei colendissimi, auctores mihi fuerunt ut syriacis monumentis, quæ magno numero in Urbe asservantur, operam meam impenderem et ex eis nonnulla evulgarem.

Huic ego consilio morem gerens, Romæ, dum cætera ejus sacrarum disciplinarum adjumenta non negligebam,



Digitized by Google

in bibliotheca Vaticana codices syriacos lustrando et nonnulla inde excerpendo, quantum otii nactus sum sedulo impendi.

Quod dum mente recolo, non possum quin gratum meum animum publice significem Bibliothecæ præpositis, maxime vero ejus primo custodi, illustrissimo Comiti ALEXANDRO ASINARI DI SANMARZANO, archiepiscopo Ephesino, pro insigni illa benevolentia qua me ibi et primum excepit et perpetuo deinceps est prosecutus.

Grato pariter animo recordor, me hisce studiis Romæ vacantem frequenter usum fuisse consiliis Patris PII ZINGERLE, Benedictini sodalis orbi litterato notissimi, et Rev. Professoris AL. VINCENZI, linguæ hebraicæ in Bibliotheca scriptoris, virorum doctissimorum quibus ea de re gratias ago quam maximas.

Sed jam, age, paucis dicam quænam illa sint monumenta, quæ ex codicibus Vaticanis excerpsi.

1° E codice qui in *Catalogo* assemaniano notatur numero 135, foll. 93-100 : ܐܓܪܬܐ ܕܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܡܠܦܢܐ ܕܫܕܪ ܠܕܝܪܐ ܕܡܪܝ ܐܝܣܚܩ ܕܓܒܘܠܐ ܠܚܫܝܚܐ ܡܪܝ ܫܡܘܐܝܠ ܪܝܫܕܝܪܐ *Epistola Mar Jacobi doctoris, quam misit monasterio sancti Isaaci Gabulensis ad venerabilem Mar Samuelem abbatem.*

2° E codice 107, foll. 57 verso-60 : ܬܘܒ ܕܝܠܗ ܕܗܘ ܕܝܠܗ ܕܡܪܝ ܝܥܩܘܒ . ܕܠܘܬ ܣܛܦܢܐ ܒܪ ܨܘܕܝܠܝ Epistola *ejusdem Mar Jacobi ad Stephanum Barsudailum.*

Digitized by Google

3° E codice 109, foll. 28-30 verso : ܬܘܪ̈ܓܡܐ ܕܣܝܡܝܢ ܠܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܡܠܦܢܐ ܀ ܩܕܡܝܐ ܕܥܠ ܒܘܠܕܗ ܕܡܪܢ *Ex homiliis compositis a Mar Jacobo doctore, homilia prima : de nativitate Domini.*

Tria hæc soluta oratione conscripta sunt, reliqua vero ligata.

4° E codice 117, foll. 504 verso-505 : ܕܝܠܗ ܕܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܥܠ ܗܝ ܕܐܡܪ ܦܘܠܘܣ ܫܠܝܚܐ ܕܚܕ ܗܘ ܡܨܥܝܢܐ ܕܐܠܗܐ ܘܕܒܢܝ̈ܢܫܐ ܒܪܢܫܐ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܦܪܘܩܐ Carmen *Mar Jacobi de hoc Pauli apostoli effato : unus est mediator Dei et hominum homo Jesus Christus redemptor.*

5° E codice 117, foll. 498-501 verso, collato cod. 251, foll. 21 seqq. : ܥܘܕ ܡܐܡܪܐ ܕܡܠܦ ܗܘ ܕܦܓܪܐ ܚܫܘܫܐ ܘܡܝܘܬܢܐ ܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗ ܠܡܪܢ ܒܙܒܢܐ ܕܡܕܒܪܢܘܬܐ ܕܩܕܡ ܩܝܡܬܐ ܕܝܠܗ ܕܡܪܝ ܝܥܩܘܒ *Carmen quo docetur Dominum nostrum tempore dispensationis ante resurrectionem habuisse corpus passibile et mortale, ejusdem Mar Jacobi.*

6° E codice 118, foll. 259 verso-261 verso, collata descriptione cl. P. Zingerle quam confecit e ms. syriaco Musæi Borghiani in Collegio de propaganda fide : ܕܝܠܗ ܕܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܡܐܡܪܐ ܕܬܠܬܐ ܕܥܠ ܨܠܝܒܘܬܐ *Ejusdem sancti Mar Jacobi carmen tertium de crucifixione.*

7° E codice 118, foll. 224 verso-226 : ܕܝܠܗ ܕܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܡܐܡܪܐ ܕܥܠ ܚܘܝܐ ܕܢܚܫܐ *Sancti Mar Jacobi carmen de serpente æneo.*

Digitized by Google

8° E codice 117, foll. 505 verso-507 verso ܩ̄ ܡܐܡܪܐ ܕܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܥܠ ܢܣܒܬܐ ܕܐܪ̈ܙܐ ܩ̈ܕܝܫܐ *Mar Jacobi de perceptione mysteriorum sanctorum* carmen primum.

9° E codice 117, foll. 509-511 : ܕܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܕܥܠ ܢܣܒܬܐ ܕܐܪ̈ܙܐ ܡܬܢܝܢܐ *Mar Jacobi de perceptione mysteriorum sanctorum* carmen alterum.

10° E codice 118, foll. 26-31, collato cod. 117, foll. 64 verso seqq. : ܕܡܐܡܪܗ ܕܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܡܠܦܢܐ. ܕܥܠ ܛܘܒܢܝܬܐ ܒܬܘܠܬܐ ܝܠܕܬ ܐܠܗܐ ܡܪܝܡ *Sancti Mar Jacobi carmen de beata virgine Dei genitrice Maria.* Cfr. *Dissert.* pagg. 202-252.

11° E codice 118, foll. 31 verso-37 : ܬܘܒ ܕܡܐܡܪܗ ܗܘ ܕܡܐܡܪܗ ܕܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܡܠܦܢܐ. ܕܥܠ ܩܕܝܫܬܐ ܝܠܕܬ ܐܠܗܐ ܘܒܬܘܠܬܐ ܒܟܠܙܒܢ ܡܪܝܡ. ܘܠܘܩܒܠ ܐܝܠܝܢ ܕܡܓܕܦܝܢ ܘܐܡܪܝܢ. ܕܠܐ ܦܫܬ ܒܒܬܘܠܘܬܗ ܡܢ ܒܬܪ ܡܘܠܕܗ *Ejusdem sancti Mar Jacobi carmen de sancta Dei genitrice et semper virgine Maria, et contra eos qui blasphemant, dicentes eam post partum suum in virginitate sua non permansisse.*

12° E codice 117, foll. 67 verso-70 verso : ܡܐܡܪܐ ܐܚܪܢܐ ܕܝܠܕܬ ܐܠܗܐ: ܕܐܡܝܪ ܠܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܡܠܦܢܐ ܘܡܫܚܠܦ ܠܘܩܒܠ ܒܨܘ̈ܝܐ *Carmen aliud de Dei genitrice, prolatum a Mar Jacobo doctore et congruens adversus scrutatores.*

13° E codice 118, foll. 65-69 verso : ܕܡܐܡܪܗ ܕܩܕܝܫܐ

Digitized by Google

ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ . ܡܐܡܪܐ . ܕܥܠ ܩܘܠܣܗ̈ܘܗܝ ܕܝܘܚܢܢ ܡܥܡܕܢܐ ܘܟܪܘܙܐ ܩܕܡܝܐ *Sancti Mar Jacobi carmen de laudibus Johannis baptistæ et præcursoris.*

14° E codice 119, foll. 121-125 verso : ܡܐܡܪܗ ܕܡܠܦܢܐ ܡܪܝ ܐܝܣܚܩ ܕܥܠ ܚܫܘܫܘܬܐ ܘܠܐ ܚܫܘܫܘܬܐ ܕܐܠܗܐ ܡܠܬܐ ܕܐܬܒܣܪ *Mar Isaaci Doctoris carmen de passibilitate et impassibilitate Dei Verbi incarnati.*

15° E codice 117, foll. 110-114 : ܡܐܡܪܐ ܥܠ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܡܠܦܢܐ ܕܒܛܢܢ ܕܣܪܘܓ ܐܡܝܪ ܠܡܪܝ ܓܘܪܓܝ ܬܠܡܝܕܗ *Carmen de Mar Jacobo doctore, Batnarum Sarugi* episcopo, *compositum a Mar Georgio ejus discipulo.* Cfr. *Dissert.* pagg. 24-84.

Documenta hæc omnia, duobus exceptis, quorum alterum S. Isaaco Magno tribuitur, alterum vero Georgio cuidam Jacobi Sarugensis discipulo, auctorem habent sanctum Jacobum, sæculo sexto ineunte Batnarum Sarugi in Mesopotamia episcopum orthodoxum Syrisque doctorem insignem.

In his autem e manu scriptis codicibus excerpendis versatus sum quam potui fidelissime, apographon meum iterato semper, plerumque vero etiam pluries cum textu codicis ms. conferendo.

Ex quindecim monumentis supra recensitis tria nunc integre, præter aliorum fragmenta, publici juris facio. In quibus edendis hanc curam adhibui, ut typis quam accu-

Digitized by Google

ratissime exprimerem ea quæ in ms. cod. invenissem; neque ipsa sphalmata, ubi ea in codice deprehendi, unquam correxi, quin de correctione a me facta lectores admonerem. Attamen in punctis diacriticis apponendis, ex defectu typographicæ supellectilis aliquoties non licuit ad amussim omnia exprimere quæ in codice invenirentur, quod præsertim dictum sit de codicibus 118 et 135, quadratis sive estrangelicis litteris exaratis.

Porro in monumentis ligata oratione conscriptis, versus singulos distinctis lineis expressi, quamquam hoc in codicibus factum non est; nimirum existimavi futurum hoc esse nonnullius utilitatis ad faciliorem textus intelligentiam.

Ad interpretationem meam latinam quod attinet, in hac, nulla quæsita sermonis elegantia, interpres esse volui fidelissimus.

Monumentis syriacis in hoc opere editis præmittitur Dissertatio de S. Jacobi Sarugensis vita et scriptis, ubi et de theologica ejus doctrina inquiritur. Atque his adjecimus brevem *antiquæ litteraturæ syriacæ conspectum* et tractatulum *de Syrorum metro et poësi.*

Ex anecdoctis meis syriacis tria tantum, ut jam dixi, nunc in publicum prodeunt : Georgii oratio panegyrica, et ex scriptis S. Jacobi Sarugensis carmina duo de beatissima virgine Maria. Causa autem, ob quam hæc præ cæteris seligerem, hæc fuit. Georgii *panegyricum*, licet in se valoris sit exigui, aliquid tamen ad vitam S. Jacobi Sarugensis

Digitized by Google

plenius cognoscendam conferre videbatur; duo vero ipsius Jacobi de beatissima Maria virgine carmina assumpsi, cum quod doctrinam theologicam non vulgarem continent et dictionis leporem habent, tum etiam, ut illud candide fatear, quia jucundum mihi erat, tanquam primitias mearum in hac palæstra exercitationum anecdotum elogium almæ Virginis eruere, sicque ejus patrocinio syriaca mea studia auspicari.

Ceterum hunc qualemcumque meum laborem sacræ traditioni catholicæ haud omnino inutilem vel syriacæ litteraturæ studiosis non prorsus ingratum fore magnopere opto. Defectus vero nævosque, qui ibi procul dubio occurrunt, harum litterarum periti mihi in iisdem tironi facile, confido, condonabunt.

Reliquum est ut codices manu scriptos, ex quibus præcipua dissertationis meæ documenta desumpsi, paucis describam.

### Codex 117.

Olim Nitriensis V, formæ maximæ, in charta bombycina, scriptura *maronitica* exaratus.

Constat foliis 555, quæ ubique, excepto Georgii oratione panegyrica (videsis *Dissert.* pag. 23), tres habent columnas; alta sunt 0,477 *metr.*, lata 0,32 *metr.*; scriptura vero ipsa ab alto deorsum 0,371 *metr.* habet longitudinis; singulæ columnæ habent 0,08 *metr.*, in panegyrico autem 0,1 *metr.* latitudinis.

Pertinet codex iste ad eam Mss. Codd. collectionem, quæ circa initium sæculi XVIII e monasterio Syrorum, Deiparæ et S. Pisoi

Digitized by Google

nuncupato, in deserto Scetensi sive Nitriæ, ex Ægypto Romam transvecta fuerat.

Quod ad ejus ætatem attinet, hæc, cum nullibi notata reperiatur, certo definiri nequit. Ex charactere litterarum quibus conscriptus est, conjici potest codicem non esse sæculo duodecimo recentiorem.

Conscripsit hunc codicem monachus quidam, nomine Abdo, uti ipse declarat in adnotatione ultimo folio apposita : ܠܬܫܒܘܚܬܐ ܘܠܐܝܩܪܐ ܘܠܡܪܘܪܒܘܬܐ ܕܬܠܝܬܝܘܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܘܡܫܒܚܬܐ ܘܣܓܝܕܬܐ ܡܢ ܟܠ. ܐܒܐ ܘܒܪܐ ܘܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ. ܚܕ ܐܠܗܐ ܫܪܝܪܐ. ܕܒܥܘܕܪܢܗ ܫܪܝܢܢ ܘܒܚܝܠܗ ܫܠܡܢ ܒܐܝܕܝ ܟܬܝܒ ܡܚܝܠܐ ܘܚܛܝܐ ܥܒܕܐ ܕܒܫܡܐ ܕܝܪܝܐ ܘܠܐ ܒܥܒܕ̈ܐ· ܐܬܟܬܒ ܠܕܝܪܐ ܕܝܠܕܬ ܐܠܗܐ ܕܡܬܩܪܝܐ ܕܐܒܐ ܦܝܫܘܝ ܦܢܩܝܬܐ ܗܕܐ ܕܚܘܕܪܐ ܕܟܠܗ ܫܢܬܐ.... ܘܒܥܐ ܐܢܐ ܡܢܟܘܢ ܡܫܝܚܝܘܬܐ ܕܬܨܠܘܢ ܥܠ ܩܕܝܫܐ ܪܝܫܕܝܪܐ ܕܝܠܢ ܪܒܢ ܝܘܚܢܢ ܘܥܠ ܫܪܟܐ ܕܐܚ̈ܐ ܪܒܢ ܒܣܝܠܝܘܣ ܦܪܢܣܐ ܘܪܒܢ ܣܪܓܝܣ ܘܪܒܢ ܨܠܝܒܐ ܘܪܒܢ ܝܘܚܢܢ ܣܒܐ ܘܪܒܢ ܝܘܚܢܢ ܛܠܝܐ ܘܪܒܢ ܓܒܪܝܐܝܠ ܘܪܒܢ ܝܘܣܦ ܘܪܒܢ ܐܗܪܘܢ ܘܪܒܢ ܡܬܝ ܡܬܡܟܟܢܐ ܘܪܒܢ ܫܡܥܘܢ ܘܪܒܢ ܒܪܨܘܡܐ ܘܪܒܢ ܒܪܫܒܐ ܘܪܒܢ ܝܘܣܦ ܘܪܒܢ ܓܒܪܝܐܝܠ ܘܪܒܢ ܒܣܝܠܝܘܣ ܘܪܒܢ ܒܪܐܠܗܐ. ܘܫܪܟܐ.

*Ad laudem et honorem et exaltationem sanctæ, laudabilis et ab omnibus adorandæ Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus sancti, unius Dei veri, cujus ope incepimus cujusque virtute perfecimus. Manibus meis, humilis et peccatoris Abdonis, nomine tenus, non operibus monachi, conscriptus fuit in gratiam monasterii Deiparæ, quod patris Pisois nuncupatur, codex iste in circulum totius anni* dispositus.... *Rogo autem vos per amorem christianum, ut oretis pro sancto abbate Rabban Johanne et pro reliquis fratribus Rabban Basilio œconomo, Rabban Sergio, Rabban Saliba, Rabban Johanne seniore, Rabban Johanne juniore, Rabban Gabriele, Rabban Josepho, Rabban Aarone,*

Digitized by Google

*Rabban Josue diacono, Rabban Simeone, Rabban Barsauma, Rabban Benedicto, Rabban Josepho, Rabban Gabriele, Rabban Basilio, Rabban Baralaha, etc....* (reliqua legi nequeunt).

Adsunt præterea quatuor ejusdem librarii inscriptiones, foll. 35, 54, 117, 505 verso, et quatuor recentiores : *syriacæ* tres, scilicet foll. 203 verso, 204, 353, una vero *arabica* fol. 54. Demum fol. 2 in adnotatione quadam syriaca testatur GEORGIUS monachus, ex urbe Cypri oriundus, librum vetustate detritum a se fuisse colligatum anno Græcorum 1787, id est Christi 1476.

Continentur in codice sermones, epistolæ aut tractatus diversi omnino 227, quorum pleraque JACOBUM SARUGENSEM habent auctorem. Enumerantur hæc *Dissert.* pagg. 106 seqq. Reliqua vero sunt :

1° S. EPHRÆMI numeri 19.

2° BALÆI : *de Aaron sacerdote epitaphium* tetrasyllabum.

3° S. ISAACI MAGNI numeri 18.

4° SEVERI ANTIOCHENI : *homilia de ss. Basilio et Gregorio.*

5° GEORGII ARABUM EPISCOPI : *de Chrismate.*

6° S. JOHANNIS CHRYSOSTOMI homiliæ tres.

7° ANONYMI : *vita s. Ephræmi.*

8° GEORGII : *encomium s. Jacobi Sarugensis.*

9° JACOBI cujusdam *sermo adversus synodum chalcedonensem.*

10° *De Andrea apostolo*, carmen heptasyllabum Ephræmo tributum.

11° *De Thoma apostolo*, carmen dodecasyllabum Jacobo tributum.

## CODEX 118.

Inter Syriacos a Jos. SIM. ASSEMANO ex Oriente in bibliothecam Vaticanam inlatos olim VII, in charta pergamena, charactere *estrangelico* sive vetustiore nitidissime exaratus.



Digitized by Google

Constat foliis 319, quarum unaquæque tribus componitur columnis : foliorum altitudo est 0,40 *metr.*, latitudo 0,27, columnarum vero 0,271 *metr.* et 0,054 *metr.*

Septem adsunt in hoc codice adnotationes, quinque *carshunicæ*, id est arabica lingua sed litteris syriacis exaratæ, foll. 155, 174 verso, 185, 247 et 252, una *latino-italiana* fol. 228, ac tandem *syriaca* una a SIMEONE quodam monacho scripta anno Græcorum 1432, i. e. Christi 1121, die duodecima mensis Haziran (Junii) quam huc refero :

ܐܢܐ ܡܚܝܠܐ ܫܡܥܘܢ ܒܫܡܐ ܕܝܪܝܐ ܕܟܬܒܬ ܗܠܝܢ ܣܛܪ̈ܐ ܒܟܬܒܐ ܗܢܐ ܠܘܬ ܐܒܘܢ ܛܘܒܢܐ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܡܪܝ ܡܪܝ ܦܛܪܘܣ ܕܡܪܘܢܝܐ ܕܥܡܪ ܒܕܝܪܐ ܩܕܝܫܐ ܕܡܝܦܘܩ ܒܒܩܥܬܐ ܕܐܝܠܝܓ ܒܐܬܪܐ ܕܒܬܪܘܢ ܥܕܡܐ ܕܝܗܒ ܫܘܠܛܢܐ ܕܐܗܘܐ ܪܝܫܐ ܘܡܕܒܪܢܐ ܒܕܝܪܐ ܕܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܒܐܬܪܐ ܕܟܘܙܒܢܕܝ ܒܓܙܪܬܐ ܕܩܘܦܪܘܣ ܒܝܘܡ̈ܝ ܕܝܪ̈ܝܐ ܕܥܡܪܝܢ ܒܕܝܪܐ ܕܡܪܝ ܝܘܚܢܢ . ܘܗܠܝܢ ܫܡܗ̈ܝܗܘܢ . ܕܝܪܝܐ ܕܘܝܕ . ܩ̄ܫܐ ܡܘܫܐ ܘܕܝܪܝܐ ܝܘܣܦ ܠܐܪܟܝܛܪܝܩܠܝܢܐ . ܘܕܝܪܝܐ ܓܘܪܓܝܣ . ܘܕܝܪܝܐ ܕܢܝܐܝܠ . ܘܗܠܝܢ ܩܫ̈ܝܫܐ ܐܠܗܝܢ ܘܡܫܡܫܝܢ ܠܡܪܝܐ ܒܫܢܬ ܐܠܦ ܘܐܪܒܥܡܐܐ ܘܬܠܬܝܢ ܘܬܪ̈ܬܝܢ . ܠܝܘܢܝܐ ܒܬܪܥܣܪ ܝܘ̈ܡܝܢ ܒܝܪܚ ܚܙܝܪܢ . ܘܠܐܠܗܐ ܫܘܒܚܐ ܐܡܝܢ . *Ego humilis Simeon, monachus nomine, has lineas in isto codice exaravi, ad beatum patrem nostrum Petrum patriarcham Maronitarum, qui habitat in sacro monasterio Maiphuc, in valle Ailig, territorii Botrensis, donec dedit mihi potestatem ut præessem monasterio Mar Johannis in territorio Cuzabandi in insula Cypri, diebus monachorum qui in præfato Mar Johannis monasterio habitant, quorum hæc nomina sunt : David monachus, Moyses presbyter, Joseph monachus et architriclinus, Georgius monachus, Daniel monachus ; hi presbyteri sunt Dominoque serviunt anno Græcorum millesimo quadringentesimo trigesimo secundo, die duodecimo mensis Haziran. Et laus Deo. Amen.*

Digitized by Google

Præterea conspiciuntur in hoc codice duæ imagines, quos Assemanus in *Catalogo* ita describit : « Binæ in hoc codice exstant pictæ « pervetustæ imagines. Prima fol. 212 exhibet Christum Dominum « super asinam sedentem, apostolos duodecim sequentes ac turbam « partim præeuntem, partim vestimenta sua per viam sternentem; « cum epigraphe græca Η βαιφορος, et syriaci ܐܘܫܥܢܐ i. e. *hosanna.* « Altera fol. 262 repræsentat Christum Dominum cruci adfixum, « duobis clavis in pedibus totidemque in manibus confixis, Deiparam « Virginem a dextris stantem et Johannem evangelistam a sinistris, « radiatis tum Christi Domini, tum Deiparæ et Johannis capitibus, « latronem præterea dexterum et sinistrum, quorum tamen protome « tantum visitur; demum supra crucem titulum Βασιλευς των « Ιουδαιων, *Rex Judæorum*, et loco Patris manum e nubibus demissam cum epigraphe græca : Η Σταύρωσις (*sic*) et syriaca ܙܩܝܦܐ. » — Porro ad ætatem hujus præstantissimi codicis dignoscendam has imagines aliquid posse conferre ratus, de iis consului archæologum peritissimum, clarissimum D. equitem Joan. Bapt. de Rossi, qui sententiam suam hac de re mecum benignissime hisce verbis communicavit : « J'ai examiné les miniatures du manuscrit syriaque « que vous avez désigné à mon attention. Quoique je connaisse « par expérience le danger que l'on court en voulant juger des « produits de l'art oriental d'après les habitudes acquises sur les « monuments de l'Occident, j'ose émettre une opinion sur la question « proposée. L'entrée de Notre-Seigneur à Jérusalem semble copiée « d'après un original ou type traditionnel, qui rappelle le sixième ou « le septième siècle; mais le crucifiement me paraît plus récent. »

Jam vero ex litterarum forma patere opinor codicem 118 non fuisse post sæculum nonum vel decimum conscriptum; cumque picturarum altera paulo antiquior atque ad codicem ab initio pertinuisse

Digitized by Google

videatur, probabile est codicem ipsum esse illa ætate sæculo uno aut altero vetustiorem. Id certe erroneum est, quod scribit Jos. Sim. Assemanus in *Biblioth. Orient.*, tom. I, pag. 611, codicem exaratum fuisse anno Christi 1121 sub Petro Maronitarum patriarcha; testatur solummodo Simeon monachus sese hoc tempore lineas quasdam in codice scripsisse, quas esse totius codicis scriptura multo posteriores inspicienti statim apparet.

Continet autem codex iste sermones Jacobi Sarugensis unum et septuaginta, metro dodecasyllabo concinnatos; quos recensitos videsis *Dissert.* pag. 107 seqq.

Digitized by Google

# INTRODUCTIO.

## SYRORUM HISTORIA LITTERARIA AD TEMPORA S. JACOBI SARUGENSIS SUMMATIM DEDUCTA.

---

Propositum est, quod in præfatione jam significavi, de sancti Jacobi Sarugensis vita et scriptis disserere. At vero huic instituto haud superfluum arbitror fore, vel lectori injucundum, si de litteraturæ syriacæ fatis necnon de veteribus hujus linguæ documentis summa quædam prælibavero, ut traditionis serie aliqua tenus saltem perspecta, quo loco auctor noster ejusque scripta sint habenda luculentius appareat.

De syriacæ autem linguæ antiquitate et præstantia fusius tractavit Georgius Amira maronita, in præludiis ad *grammaticam syriacam sive chaldaicam* (1), ubi illam hebraica antiquiorem et Christi Domini ore consecratam contendit: cujus quidem prior hæc assertio etiamnum linguarum peritis injudicata manet, posterior vero ea tenus tantum rata potest haberi, qua tenus latiori sensu lingua syriaca varias dialectos aut etiam idiomata plura complecti intelligatur.

(1) Romæ in typographia linguarum externarum, apud Jacobum Lunam. 1596.



Digitized by Google

Porro ad scriptores ipsos et ingenii monumenta quod atti net, eorum aliqua ab Eusebio, Hieronymo (1) et Gennadio (2) indicantur; apud recentiores autem nonnulla recensentu ab Abrahamo Ecchellensi (3), Fausto Nairono (4), Guilielmo Cave (5), Renaudotio (6) ac aliis passim. Verum qui de iis plura scire cupiat præ ceteris Josephum Simonium Assemanum adibit; is enim fere omnia quæ antea in Europa, seu potius Romæ ubi hæ litteræ tum maxime florebant, quoad historiam Syrorum litterariam peracta fuerant, complexus est, ordine digessit ac veluti fons uberrimus suppeditavit in egregio suo opere, quod *Bibliotheca Orientalis* (7) inscribitur : in quo non modo suorum in hac palæstra prædecessorum labores utiliter adhibuit, sed insuper maximam apud eruditos laudem promeruit ex iis quæ proprio marte præstitisse comperitur. Nimirum ingentem codicum farraginem quæ in bibliotheca Vaticana asservabatur, aut ab ipso auspice Clemente XI pontifice maximo eo illata fuit, præcipua quadam diligentia lustravit, pervolvit et argumentorum accurata expositione in publicum studiosorum usum aptiorem præbuit et faciliorem. Recentiora, quæ in hoc genere prodierunt, plerumque ejus operis aut hujus partis alicujus non nisi compendium constituunt, quamquam

(1) *De viris illust.*, apud Migne, *Patrol. lat.* tom. XXXIII, p. 607 seqq.

(2) *De scriptoribus eccles.*, apud Migne, tom. LVIII, p. 1053 seqq.

(3) *Catalogus librorum chaldæorum, auctore Hebediesu, latinitate donatus et notis illustratus ab Abrahamo Ecchellensi.* Romæ 1653.

(4) *Dissertatio de nomine, origine ac religione Maronitarum.* Romæ 1679. Item *Evoplia fidei catholicæ romanæ.* Romæ 1694.

(5) Guilielmi Cave, SS. Th. Pr. canonici Windesor. *Scriptorum ecclesiasticorum historia litteraria, a Christo nato ad sæc. XIV.* Coloniæ Allobrogum 1705, in fol., passim.

(6) In *tom. II Liturgg. orientt.*; Parisiis 1715, passim.

(7) *Bibliotheca orientalis clementino-vaticana.* Romæ impressa typis S. C. de propaganda fide, 1719 - 1728. Habet tres tomos in folio, quorum tertius est bipartitus. — Deinceps opus illud summarie notabo litteris initialibus B. O., adjecto voluminis et paginæ numero.

Digitized by Google

alioquin plures doctissimi viri lucubrationi assemanianæ criticum lumen affuderint, aut in edendis monumentis quæ adhuc in bibliothecarum pluteis latebant, eximiam operam navarint, in Britannia præsertim et Germania (1).

Jam, ut recta propositum aggrediamur, omnia quæ hucusque in publicam notitiam scripta syriaca devenerunt ea ad aeram christianam pertinent, nec enim antiquiora ulla, quod sciam, tulerunt ætatem. At cum lux evangelica iis regionibus affulsisset, plures viri ingenio et eruditione insignes de omni fere disciplinarum genere præsertim rei sacræ scripta monumenta tradiderunt, ex quibus profecto quamvis temporum injuria diminutis sat ampla messis superest eruditis, vix paucis adhuc manipulis inde collectis. Etenim « certa et constans fama est quam omnium « gentium orientalium mira consensio confirmat, ratamque « Eusebius Cæsariensis et Hieronymus habent, Thaddæum, « seu ut Syri malunt Addæum (2), vel apostolum vel disci- « pulum Christi, statim ab ejusdem in cœlum ascensu, « ad Abgarum Edessæ toparcham profectum fuisse, atque « Mesopotamenos populos in fide christiana instituisse, rege « ipso Abgaro sacrum baptisma suscipiente. Tunc palam « prædicatum est iis in locis evangelium, exstructæ ecclesiæ, « erecta altaria, sacri codices ex hebraico sermone in « syriacum translati, episcopi, presbyteri et diaconi ordi-

(1) Plurima de recentioribus linguæ syriacæ studiis erudite exhibet Cl. D. Nève in hisce opusculis : 1° *De la renaissance des lettres syriaques*. Paris 1854. 2° *Coup d'œil sur les monuments du christianisme primitif publiés récemment en syriaque*. Paris 1856. 3° *L'Eglise d'Orient en son histoire d'après les monuments syriaques*. Paris 1860.

(2) Si Moysi Chorenensi sæculi V historiographo fides est, Thaddæus et Adæus non sunt unius ejusdemque disciputi nomina; sed Thaddæus, primum ab apostolo Thoma ad Abgarum deputatus, deinde post Edessenorum ad fidem conversionem, Adæum ab ipso baptizatum in edessena civitate ut vices proprias gerentem reliquit, ipse ad Sanatrugum Abgari ex sorore nepotem profecturus.

Digitized by Google

« nati, aliique ecclesiastici ritus et canones instituti, docti « denique viri bene multi cœperunt verbo et scriptis divi- « nam doctrinam populo tradere, et antiquos recentesque « errores editis voluminibus confutare.... Et vero credibile « est illos multa sic ingenii monumenta reliquisse, sed quæ « vel injuria temporum exciderint, vel in Syriæ angulis ad- « huc delitescant. Accessere frequentes incursiones Persa- « rum, Arabum et Tartarorum in Mesopotamiam finitimasque « Syrorum provincias, quibus urbes funditus eversæ sunt, « monasteria solo æquata, ecclesiæ igne absumptæ et præ- « stantissimi codices sublati. Siqui autem barbarorum manus « evaserunt (bene multos evasisse certum est) ii vel blattas « tineasque in eremis pascunt, vel ab ignaris possessoribus « lacerantur, discerpuntur et profanis usibus mancipantur. « Scriptores vero qui catalogos virorum illustrium texue- « runt, quum syriaci sermonis rudes essent, ne nomina « quidem eorum qui syriace scripserunt nobis tradidere. « Historici demum syri, qui gentilium suorum memoriam « ad posteros propagare potuissent, periere fere omnes (1). »

Ex his quidem liquet infausta diu fuisse litterarum syriacarum fata, ab eo præsertim tempore quo Sarraceni orientales regiones ferreo suo jugo subjecerunt; verum enimvero ultimis hisce sæculis egregia conamina in Europa præstita fuerunt, quibus reliquiarum summi pretii ad orientalium gentium historiam, culturam intellectualem, statum religiosum dignoscendum, ignorantia et ruina præcaverentur (2). Romæ primum, quod principem orbis christiani civitatem decebat,

(1) Jos. Sim. Assemani B. O. I. in *Prologo.*

(2) Narrat Jos. Sim. Assemani in *Præf. B. O.* qua diligentia quibusque periculis ipse et alii, excitante Romano Pontifice, in *Bibliothecæ vaticanæ* scrinia mss. codices ex monasteriis Nitriæ intulerint. Ex eodem fonte prodierunt quæ in *Museo britannico* reposita fuerunt a Tattamo (vid. *Quarterly review*, dec. 1845) et Pacho (vide Cureton in *Preface to the festival letters of Athanasius.* London 1848.)

Digitized by Google

SS. Pontificum cura et patrocinio inde a sæculo XVI excitabantur hujusmodi studia, et porro fuerunt sæculo sequente in primis a docta Assemanorum familia ad magnum splendorem evecta; inde paululum temporum nubilis intermissa, recentiori ævo alacriter resumpta in pluribus regionibus nova in dies percipiunt incrementa.

### § 1. DE ABGARI ET CHRISTI DOMINI EPISTOLIS.

Sed iis amplius immorari brevitas non sint et a scopo nostro foret alienum. Quare indicandis syrorum documentis antiquis manum admovemus. Quorum sane nullum, si canonicos sacrorum codicum libros excipias, potiori et sanctiori loco foret habendum *epistola Abgari Edesseni toparchæ* ad Christum Dominum et *Salvatoris ad illum responsione*, quas auctores orientales passim memorant, et nuperrime Curetonius, vir de hisce litteris optime meritus, ex codice musæi britannici syriace vulgavit (1). Quamquam enim

(1) Cfr. *Ancient syriac documents relative to the earliest establishment of Christianity in Edessa* etc. Williams and Norgate, London 1864. Lectori non ingratum fore puto utramque epistolam huc retulisse :
ܦܘܫܩܐ ܕܐܓܪܬܐ ܕܫܕܝܪ ܡܢ ܐܒܓܪ ܡܠܟܐ ܠܝܫܘܥ. ܘܐܫܬܕܪ ܠܗ
ܒܝܕ ܚܢܢܝܐ ܪ̈ܗܛܐ ܠܐܘܪܫܠܡ ✠ ܐܒܓܪ ܐܘܟܡܐ ܪܝܫ ܐܬܪܐ: ܠܝܫܘܥ
ܐܣܝܐ ܛܒܐ ܕܐܬܚܙܝ ܒܐܬܪܐ ܕܐܘܪܫܠܡ ܡܪܝ ✠ ܫܡܥܬ ܥܠܝܟ ܘܥܠ
ܐܣܝܘܬܟ ܕܗܘܝܐ ܒܐܝܕܝܟ ܕܠܐ ܣܡ̈ܡܢܐ ܘܥܩܪ̈ܐ. ܐܝܟ ܕܡܬܐܡܪ
ܓܝܪ. ܥܒܕ ܐܢܬ ܠܣ̈ܡܝܐ ܕܢܚܙܘܢ. ܘܠܚ̈ܓܝܪܐ ܕܢܗܠܟܘܢ. ܘܠܓ̈ܪܒܐ
ܡܕܟܐ ܐܢܬ. ܘܪ̈ܘܚܐ ܛ̈ܢܦܬܐ ܘܫ̈ܐܕܐ ܡܦܩ ܐܢܬ. ܘܠܐܝܠܝܢ ܕܡܫܬܢܩܝܢ
ܒܟܘܪ̈ܗܢܐ ܢܓܝܪ̈ܐ ܡܐܣܐ ܐܢܬ. ܘܡ̈ܝܬܐ ܡܩܝܡ ܐܢܬ. ܘܟܕ ܫܡܥܬ
ܗܠܝܢ ܥܠܝܟ ܒܪܥܝܢܝ. ܣܡܬ ܕܚܕܐ ܡܢ ܬܪ̈ܬܝܢ. ܐܘ ܕܐܢܬ
ܗܘ ܐܠܗܐ ܕܢܚܬܬ ܡܢ ܫܡܝܐ ܘܥܒܕ ܐܢܬ ܗܠܝܢ. ܐܘ ܕܒܪܗ ܐܢܬ
ܕܐܠܗܐ ܘܥܒܕ ܐܢܬ ܗܠܝܢ. ܡܛܠܗܢܐ ܗܟܝܠ ܟܬܒܬ ܒܥܘܬܝ

Digitized by Google

earum non textus habeatur, sed conflata ex græca Eusebii versione interpretatio, hæc tamen syriaco autographo merito judicatur simillima, cum et ipsa sit antiqua, et ab Eusebio ad textum primigenium fideliter expressa.

ܕܬܬܥܡܠ ܘܬܐܬܐ ܠܘܬܝ. ܘܟܐܒܐ ܗܢܐ ܕܬܐܣܐ ܠܝ. ܐܦ ܫܡܥܬ ܓܝܪ
ܕܝܗܘ̈ܕܝܐ ܡܬܪܥܡܝܢ ܥܠܝܟ ܘܨܒܝܢ ܕܢܒܐܫܘܢ ܠܟ. ܡܕܝܢܬܐ ܕܝܢ
ܙܥܘܪܬܐ ܘܫܦܝܪܬܐ ܐܝܬ ܠܝ ܕܣܦܩܐ ܠܬܪ̈ܝܢ ܀ . ܀ ܦܘܚܡܐ ܕܐܝܠܝܢ
ܕܐܬܟܬܒܘ ܡܢ ܝܫܘܥ. ܒܝܕ ܚܢܢܝܐ ܛܒܠܪܐ ܠܐܒܓܪ ܛܘܦܪܟܐ. ܀ .
ܛܘܒܘܗܝ ܠܐܢܫܐ. ܕܗܝܡܢ ܒܝ ܟܕ ܠܐ ܚܙܐܢܝ. ܟܬܝܒ ܓܝܪ ܡܛܠܬܝ.
ܕܐܝܠܝܢ ܕܚܙܝܢ ܠܝ ܠܐ ܢܗܝܡܢܘܢ ܒܝ. ܘܐܝܠܝܢ ܕܠܐ ܚܙܐܘܢܝ ܗܢܘܢ
ܢܗܝܡܢܘܢ ܘܢܚܘܢ. ܥܠ ܗܝ ܕܝܢ ܕܟܬܒܬ ܠܝ ܕܐܬܐ ܠܘܬܟ. ܘܠܐ ܗܘ
ܕܐܫܠܡ ܗܪܟܐ ܟܠ ܡܕܡ ܕܡܛܠܬܗ ܐܫܬܕܪܬ. ܘܡܢ ܒܬܪ ܕܐܫܠܡܝܗ
ܐܢܐ ܗܘܝܬ ܐܣܬܠܩ ܠܘܬ ܡܢ ܕܫܕܪܢܝ. ܘܡܐ ܕܐܣܬܠܩܬ ܡܫܕܪ ܐܢܐ
ܠܟ ܚܕ ܡܢ ܬܠܡܝ̈ܕܝ ܕܢܐܣܐ ܟܐܒܟ: ܐܦ ܚܝܐ ܢܬܠ ܠܟ ܘܠܐܝܠܝܢ
ܕܐܝܟ ܕܥܡܟ.

Exemplar epistolæ, quæ scripta fuit ab Abgaro rege ad Jesum, et missa ad ipsum per tabularium Hananiam, Jerosylimam. « Abgar Uchama toparcha Jesu redemptori benefico, qui apparuit in terra Jerusalem, salutem! Audivi de te et de sanitate quæ per manus tuas efficitur, absque pharmacis et herbis. Nam, ut fertur, cæcos efficis ut videant, et claudos ut ambulent, ac leprosos emundas, atque spiritus impuros dæmonesque expellis, eos quoque qui infirmitatibus diuturnis cruciantur sanas et mortuos resuscitas. Cum vero de te hæc omnia audissem, apud me ulterutrum statui, aut te Deum esse qui ex cœlo apparuisti et illa agis, aut te filium Dei esse et illa agere. Propterea igitur ad te scripsi, rogans te ut gravamen subeas ad me veniendi, et infirmitatem, qua laboro, sanandi. Nam etiam audivi Judæos contra te murmurare et tibi male velle. Civitatem autem habeo parvam et pulchram, ambobus sufficientem. »

Exemplar eorum quæ scripta sunt a Jesu per manum Hananiæ tabularii ad Abgarum toparcham: « Beatus qui credidit in me, quin me viderit! Scriptum enim est de me: quod ii qui vident me non credent in me, ii vero qui non viderunt me, ipsi credent et salvi erunt. Circa id autem quod scripsisti mihi ut ad te veniam, oportet ut compleam illud omne propter quod missus sum, et postquam *illud* implevero,

Digitized by Google

Non me latet quidem a gravissimis auctoribus horum documentorum γνησιότητα acriter impugnari, neque is ego sum qui tantam litem dirimere possim. Eorum tamen argumenta, ut mihi quidem videtur, ejusmodi non sunt ut rationibus non spernendis aut enervari aut etiam penitus dissolvi nequeant; atque hic præterea observandum moneo in re historica periculosum esse positiva testimonia, ubi præsto habentur, criticis conjecturis quæ sola documentorum indole aut veterum silentio nitantur, temere pessumdare vel plus æquo negligere.

### § 2. DE ANTIQUIS VERSIONIBUS SYRIACIS S. SCRIPTURÆ.

Certe ad originem Christianismi in Syria prope accedit SS. Scripturarum utriusque fœderis versio, quæ *Peshito* seu simplex nuncupari solet: « Omnes conveniunt, ait Cl. Lamy (1), « versionem Peshito seu simplicem esse antiquissimam. « Qua autem præcise ætate, quibus auctoribus, quo loco « confecta fuerit, non ita facile definieris. Probabile omnino « est vetus Testamentum syriace translatum fuisse tempore « Adæi apostoli, paulo post adventum Christi Domini. Hoc « cum Barhebræo tradunt auctores Syri. Jacobus Edes- « senus, qui ad finem sæculi VII scribebat, explanans

tunc assumar apud illum qui me misit. Et cum assumptus fuero, mittam tibi unum ex discipulis meis qui curet infirmitatem tuam, atque etiam salutem dabit tibi et iis qui tecum sunt. »

Laudatæ epistolæ græce reperiuntur apud Eusebium, *Hist. eccl.*, lib. I, ed. Migne, XX, coll. 121 et 124; item apud Moysen Chorenensem Armenorum historiographum qui sæc. V floruit et latine primum prodiit Londini 1736. Earum præterea meminerunt S. Ephræm; S. Jacobus Sarugensis B. O. I, 318; Josue Stylites B. O. I, 261; Dionysius Telmaharensis B. O I, 420; Barhebræus etc. — De iis et de origine christianæ religionis in Armenia, videsis optimam disputationem D. Welte, apud: *Theologische Quartalschrift*; Tubingen, 1842, pp. 335-365.

(1) *Introductio in S. Scripturam*. Pars prima, p. 182 seq.

Digitized by Google

« psalmos ait : « Interpretes illi, qui missi sunt ab Adæo « apostolo et Abgaro rege Osrhoëno in Palæstinam, quique « verterunt libros sacros etc. » Hæc traditio confirmari « potest ex S. Ephræmo, qui sæculo IV commentaria in « Scripturam scribens usus est versione simplici tanquam « communiter a Syris usurpata et recepta. » Porro Barhebræus, sæculi XIII scriptor jacobita doctissimus, versionem N. T. eodem tempore confectam fuisse autumat, et sane validissimæ rationes persuadere videntur ut ea non habeatur sæculo Christi secundo recentior. Ceterum ipsius originem eædem tenebræ obvolvunt, quibus obducuntur veteris versionis latinæ, *Italæ* dictæ, natales. Attamen Barhebræus et S. Ephræm ita loquuntur, ut ex eorum mente non unus, sed plures auctores in ea operam posuisse credantur, quod doctorum judicio atque etiam interna ejus indole et styli varietate videtur comprobari (1).

Quandoquidem de antiquis S. Scripturæ versionibus sermo est, memorari omnino merenter fragmenta sat ampla quatuor Evangeliorum, quæ Curetonius (2) a. 1858 edidit ex codice

(1) J. B. Weinig S. J. in *Schola syriaca*, OEniponte 1866 edita, p. XLIII seq., ab hac sententia recedens, probabile judicat utramque utriusque testamenti versionem ab uno eodemque translatore hebraice et græce sciente esse profectam. — De origine versionis *peshito* consuli merentur Wiseman, *Horæ syriacæ*, I, passim. — Uhlemann, *De Nov. Test. vers. syr.* Berolini 1850. — Wichelhaus, *De N. T. versione syriaca antiqua, quam peschitho vocant libri quatuor*, Halis 1850, p. 63, 84 seqq. — Perles, *Meletemata peschitthoniana*. Uratislaviæ 1859.

(2) *Remains of a very antient recension of the four Gospels in syriac, hitherto unknown in Europe*. London, John Murray, Albemarle-street, 1858. Auctor in præf. p. VI de Evangelio S. Matthæi a se publicato ita sententiam suam aperit : « The Gospel of St. Matthew is in every way te be considered as a text far superior to the others : they exhibit several marks of blunders and mistakes in the translation from the greek into syriac, while this Gospel of St. Matthew appears at least to be built upon the original Aramaic text, which was te work of the Apostle himself. » — Cfr. *Etude*

Digitized by Google

nitriensi pervetusto, quem quidem ipse ad medium sæculum V pertinere judicat. Hæc itaque fragmenta neque cum posteriori philoxeniana versione confundi queunt, neque conveniunt cum veteri *Peshito*. Hinc referenda forent ad aliquam recensionem adhuc incognitam, quæ sane sit antiquissima et in qua, ex editoris sententia, Matthæi evangelii primigeneus textus fere exhiberetur, cum versio saltem ad hunc, antequam deperderetur, fuerit confecta. Nihil autem dicimus de aliis versionibus S. Scripturæ, cum hæc posterioris sint ætatis (1).

### § 3. DE BARDESANE GNOSTICO.

Syrorum deinde scriptorum primus cujus ætas certo definiri potest Bardesanes fuit, sæculo II (2) evolvente in

*sur une ancienne version syriaque des Evangiles, récemment découverte et publiée par le Dr Cureton*, cujus auctor (Lehir) Curetonio eatenus consentit, quatenus ipse utramque versionem *Peshito* et *curetonianam* origine eamdem reputat, illam vero ex hac fuisse derivatam. Paris. 1859.

(1) Huc pertinet versio *philoxeniana* anni 508, denuo a Thoma Heracleensi anno 616 Alexandriæ recognita et emendata, item *syriaca hexaplaris* Pauli Telensis quæ a. 617 fuit confecta. De hac consule A. M. Ceriani, biblioth. Ambrosianæ doctor, qui hujus versionis reliquiis ex mss. londin., paris. et mediol. eruendis mira diligentia et ἀκρίβεια insudat. « Omnia documenta edita sunt ad amussim ad codices, « ipsis horum lineis servatis et quam accuratissime licuit sub oculis « editoris. Duæ tabulæ lithographicæ exibent specimina fusiora, codicis « versionis syriaco-hexaplaris, alterius vetustissimæ versionis Pescito et « trium codicum græcorum versionis LXX, quorum primus est V « ferme seculi. » Ita editor Iº fasciculo tomi I, ubi etiam in Prolegomenis se opinari dicit versionem LXX interpretum syriacam ad textus græci criticem inter antiquas aliarum lingg. versiones esse præ reliquis utilem. — Partem hujus versionis edidit Skat Rordam : *Libri regum syriace* ; alia Middeldorpf, et ante eos Bugati et Norberg.

(2) Ipsum annum, mensem et diem quo natus est Bardesanes notavit *Chronici edesseni* auctor sæc. VI catholicus, B. O. I, 389 : ܫܢܬ ܐܪܒܥܡܐܐ ܘܫܬܝܢ ܘܚܡܫ ܒܚܕܥܣܪ ܒܬܡܘܙ ܐܬܝܠܕ ܗܘ ܒܪܕܝܨܢ.

Mesopotamia famosus. Fuit ille patria, uti videtur, *Edessenus* (1) et tantam sibi doctrinæ laudem acquisivit, ut æquales omnes apud gentiles suos celebritate facile superaverit. Adversus deliramenta Gnosticorum et contra Chaldæorum astrologorum errores, qui in illis partibus multorum animos infecerant, cum initio strenue decertasset, tandem ipse in hæresim lapsus tali orationis vi et dictionis lepore falsa sua dogmata proposuit, ut asseclas non paucos nactus fundaverit Bardesanistarum sectam, contra quam plures catholicorum calamum acuisse traduntur. Inter illos autem orthodoxiæ defensores princeps exstitit S. Ephræmus, qui ut pestem illam aboleret, post duorum ferme sæculorum tractum, Bardesanem in discipulis superstitem suis ipsius armis debellans, eodem poetico dicendi genere quo ille

«Anno 465, die 11ª julii natus est Bardesanes.» Porro annus ille æræ Seleucidarum 465ᵘˢ coincidit ex Edessenorum sententia communi cum A. D. 156, quia epocham istam Christi nativitate annis 309 priorem esse opinabantur. Verum, ex ipso *Chronico* liquido apparet, cum hinc illinc *Indictionum* notationem et passim eventuum aliunde cognitorum tempus exhibeat, epocham Christianam vulgarem ex ejus mente posteriorem esse æra Græcorum annis *trecentis undecim*, non vero *trecentis novem*. Cfr. B. O. I, p. 387. Juxta hanc ergo supputationem Bardesanes natus fuerit anno Domini 154. Verum probat Hahn hæc erronea esse et pluribus annis ante annum 154 Bardesanem hanc lucem aspexisse, in opusculo cui titulus : *Bardesanes gnosticus* etc. pp. 15 et 16.

(1) S. Epiphanius, in *lib. adv. hær.* 56, 1, Mign. XLI, 989, ita habet : Ὁ Βαρδησιάνης ἐκ Μεσοποταμίας μὲν τὸ γένος ἦν, τῶν κατὰ τὴν Ἐδεσσηνῶν πόλιν κατοικούντων. — Huic consonat Theodoretus *hæreticarum fabularum compendii* lib. I, 22, Migne, t. LXXXIII, 37 : Βαρδησάνης δὲ ὁ Σύρος ἐξ Ἐδέσσης ὁρμώμενος εν τοις Οὐήρου Μάρκου Καίσαρος ἤκμασε χρόνοις. Verum Gregorius Abulpharagius paulo aliter scribit in *Historia compendiosa dynastiarum*. Dyn. VII, arab. p. 125, latine p. 79. (Ed. Pocockii Oxonii 1623, tom. II, 4) ubi tradit ابن ديصان *Ebn Disan* natum esse ad fluvium Disan supra urbem *Roham* seu Edessam.

Digitized by Google

homines seduxerat, adversus ingruens malum efficax remedium instruxit. De Bardesanis metro et poesi hic nihil agemus, quia occasio de illis disputandi postea redibit opportunior.

Age vero, hujus scriptoris non nisi fragmenta quædam servata fuerunt, apud Porphyrium scilicet, Eusebium et auctorem *recognitionum S. Clementis.* Iis autem, quæ hactenus innotuerant, famosum Bardesanis tractatum *de Fato* adjungere sibi visus est Curetonius (1). Porro in opere quem hic publici juris effecit, cum orationis elegantia egregia argumentandi ratio et mira in exponendis variarum gentium moribus institutisque eruditio apprime conjunguntur; verum non hunc esse, ut Curetonio videbatur, Bardesanis librum qui ab Eusebio in *Historia Ecclesiastica* (2) dicitur ὁ πρὸς Ἀντωνῖνον ἱκανώτατος αὐτοῦ περὶ εἱμαρμένης διάλογος i. e. *dialogus de fato ad Antoninum validissimus*, manifesta ratione conficitur; nam præfatis Eusebii verbis dialogus indicatur quem Bardesanes imperatori *L. Antonino Vero* tradidit; liber vero a Curetonio editus is est ex quo sunt fragmenta in *Præparatione evangelica* prolata, de quibus idem Eusebius sequentia præmittit : Βαρδεσάνης ὄνομα τῷ ἀνδρί, ὅς ἐν τοῖς πρὸς τοὺς ἑταίρους διαλόγοις τάδε πη μνημονεύεται φάναι, *Bardesanes is fuit quem in suis, quos ad socios scripsit dialogis, hunc in modum philosophari memorant* (3). Illic ergo ad imperatorem verba facere, hic sociis colloqui dicitur Bardesanes. At-

(1) Cfr. *Specilegium syriacum*, « containing remains of Bardesan, Meliton, Ambrose and Mara bar Serapion, now first edited, with an english translation and notes, by the Rev. William Cureton, M. A. F. R. S. chaplain in ordinary to the queen, rector of St. Margaret 's, and canon of Westminster. London, Francis and John Rivington, St. Paul 's churchyard and Waterloo place. 1855. » pp. I-VI. — Titulus operis in ms. musæi britannici 14,658 add. is est ܟܬܒܐ ܕܢܡܘܣܐ ܕܐܬܪܘܬܐ ◆ h. e. *liber legum regionum.*

(2) Lib. IV, cap. 30, apud Migne, *Patrol. græc.* tom. XX, p. 401.

(3) *Præp. evang.* lib. VI, cap. 9, apud Migne, tom. XXI, p. 464.

que ut est diversa utrimque libri indicatio, ita diversa etiam utrimque lucubratio admittenda. Imo potius, fieri potest ut liber quem Curetonius edidit dialogus sit in quo quidem Bardesanis sententiæ referuntur, sed ab alio, v. g. Philippo ejus discipulo, collectæ atque conscriptæ; id enim contextu suadetur et loquendi formulis. Ceterum nec in codice musæi britannici neque apud Eusebium Bardesani expresse adscribitur (1). Sed Bardesane relicto, ad institutum pergamus.

## § 4. DE LITTERIS SYRIS A BARDESANE USQUE AD S. EPHRÆMUM.

Et quidem ab hujus tempore usque ad sæculum quartum in neminem incurrimus Syrorum, qui scriptis documentis nomen suum ad posteros transmiserit. Porro illud temporis spatium etsi videtur penuria scriptorum laborare, quod persecutionibus paganorum haud dubie sit tribuendum, aliqua tamen magni ponderis documenta, quæ *martyrum acta* sive ὑπομνήματα (2) continent, eruditorum investigationi suppeditavit. Sæculo autem quarto, cujus decursu litteræ græcæ atque latinæ ad magnum culturæ gradum ab Ecclesiæ Patribus evectæ fuerunt, in Syria quoque dictionis elegantia et rerum tractatarum gravitate non minus quam jucunditate

(1) Vide Land. *Anecdota syriaca*, Lugduni Batav. 1862, tom. I, p. 51.

(2) Stephanus Evodius Assemani ex hisce collecta edidit *Acta SS. martyrum orientalium et occidentalium*, Romæ 1748 fol., et merito opinatur acta martyrum non fuisse ab Eusebio *conscripta*, sed potius in unum *congesta*; nam probabile est ea multo prius et forsan ab oculatis testibus primum fuisse exarata. Cfr. tom. II, p. 34.

Forsitan ad eam ætatem pertinent quoque nonnullæ legum ecclesiasticarum collectiones, plerumque e Græca lingua in Syriacam translatæ. Quales collectiones videsis in opere : *Didascalia apostolorum syriace*. Lipsiæ, 1854; item *Reliquiæ juris ecclesiastici antiquissimæ; syriace* primus edidit P. de Lagarde, Lips. 1856. Alia edidit et vertit Lamy ad calcem Dissert. *De Syr. fide et disciplina in re Eucharistica;* sed hæc Paulo Telensi et Jacobo Edesseno scriptoribus sæculi septimi et noni debentur.

Digitized by Google

floruerunt scriptores christiani plures, ut adeo hoc ævum cum duobus sequentibus sæculis nuncupari mereatur litterarum syriacarum *aurea ætas*.

Auspicatur epocha ista a S. SIMEONE BARSOBOË, Seleuciæ et Ctesiphontis episcopo, et a S. MILLESE, Susæ antistite, quorum uterque fidem sanguine obsignarunt in persecutione Saporis Persarum regis, prior autem *epistolas, epistolas* alter *et sermones* scripsisse feruntur, sed quæ forsan injuria temporum perierunt (1). Eadem fere tempestate vixerunt JABACHUES Chaldæus cujus etiam *epistola* olim innotuisse fertur (2) et ISAIAS ADABI Arzunita, aulæ Saporis eques, qui *martyrum acta* reliquit (3).

Deinde quo tempore synodus nicæna celebrabatur, mirum in modum enitebant ecclesiæ syriacæ vigor et ss. disciplinarum studium, pluresque illarum regionum episcopi profligandis erroribus ingenium et operam adhibuerunt (4). Inter quos gradum non infimum tenuit S. JACOBUS NISIBENUS episcopus, qui anno 338 e vita migravit, sanctitatis fama illustris. Scripto mandavit tractatus plures, quos recensuit Gennadius (5). Ii tamen syriace non amplius exstant aut saltem hactenus, quod sciam, nullibi detecti fuerunt; sed armeniace plerosque cum interpretatione latina publici juris fecit Romæ anno 1756 Nicolaus Antonellus (6).

(1) Horum mentionem facit Ebed Jesu in *Catalogo* B. O. III, 51.

(2) Ibid.

(3) B. O. I, 15 seq.

(4) Colligitur hoc ex S. Athanasii *ad episcopos Ægypti et Lybiæ epistola encyclica*, apud Migne, tom. XXV, col. 537, ubi postquam ab Arianis etiam dum specie orthodoxa loquuntur cavendum esse dixisset, subjungit apostolicam et rectam fidem propugnari *a Jacobo* (nisibeno) *aliisque Mesopotamiæ præsulibus*.

(5) Apud Migne, tom. XXXIII, p. 6.

(6) Quare valde miror R. P. Wenig, in *Schola syriaca* p. XXXIX, eorum opinioni adstipulari qui asserunt S. Jacobum Nisibenum nihil scripsisse, et multo magis Jos. Sim. Assemanum hujus opinionis ab ipso in-

Digitized by Google

## § 5. DE S. EPHRÆMO EJUSQUE DISCIPULIS.

At magnus ille doctor majorem sese, imo quorumcumque in Syria nomina nobilitata sunt nobilissimum, nactus est discipulum. Ephræmus enim, præcipuum ecclesiæ syriacæ jubar et ornamentum insigne, ubique terrarum nomen suum tam scriptorum majestate quam sanctitatis operibus percrebescere fecit. Præter *commentaria in universam Scripturam*, *multa alia* composuit cum soluto tum metro ligato sermone, eaque elegantia, gravitate, doctrina conspicua; unde Patrum nulli, qui tunc in Oriente et Occidente vivebant, secundus habetur. Post Vossii aliorumque recensiones, omnium S. Ephræmi operum quæ in codd. Vaticanis inventa fuerunt syriace et græce editionem præbuerunt P. Benedictus S. J. et Stephanus Evodius Assemanus (1). Horum virorum interpretatio latina, non sine ingenti labore confecta et sensum auctoris generatim assecuta, hinc inde tamen liberior est et paraphrasin sapit.

S. Ephræmum una cum Jacobo Sarugensi, Isaaco Magno et Xenaia Mabugensi ab orationis elegantia commendat Jacobus Edessenus episcopus jacobita, qui circa finem sæculi VII linguam syriacam ad pristinam puritatem, a qua tum jam multum deflexerat, revocare nitebatur (2). Superfluum

vocari patronum. Nihil igitur attendit scriptorem istum quod B. O. I, 19, posuerat, eodem volumine p. 537 melius edoctum plane retractasse, et in oppositam sententiam abiisse.

(1) Romæ 1732-1746; 6 vol. fol. — Plura S. Ephræmi opera edidit quoque germanice Cl. P. Zingerlé, inter alia : *Ausgewählte Werke Ephræms*, 6 Bände, Insbrück, Wagner. — Nuperrime autem Gust. Bickell ex codd. londin. incognitos adhuc *hymnos nisibenos* ܡܕܖ̈ܫܐ ܕܥܠ ܢܨܝܒܝܢ vulgavit (Lipsiæ, apud Brockhaus 1866), historicis documentis complendis aut illustrandis utilissimos. Cfr. ipse p. 11 seqq.

(2) B. O. I, 475. — Jacobum Edessenum, quem Jos. Sim. Assemani l. c.

Digitized by Google

fore arbitror tanti doctoris lucubrationes fusius prosequi, cum earum valor cum litterarius tum dogmaticus omnibus qui SS. Patribus vel levem operam dederunt sit plane cognitus atque perspectus. Obiit S. Ephræm anno 373 (1). « Ab ipso edocti sunt multi et facti ejus discipuli, inter quos *Zenobius*, qui fuit ecclesiæ edessenæ diaconus, *Isaac*, *Simeon*, *Abraham*, et alii quorum nomina non excribimus. Verum autem unicuique ex ejus discipulis concessum fuit donum, quo conscriberent sermones et commentaria, atque divino illustrati splendore multos ab errore reduxerunt (2). » Isaaco isti adscribendum conjicit Assemanus, B. O. I p. 165, librum *de tribus personis SS. Trinitatis et Incarnatione Domini*, a Jac. Sirmondo editum a. 1630 inter *opuscula veterum Patrum*. De ceteris autem tribus nihil superesse videtur, quamquam Zenobii opera sæculo XIV exstitisse debuerint, quippe quæ censeantur ab Ebed Jesu in Catalogo. B. O. III, p. 43.

### § 6. DE BALÆO, S. MARUTHA, ALIIS.

Præter illos S. Ephræmi discipulos, tunc temporis Syriam scriptis illustrarunt BALÆUS, cujus nomine quin-

orthodoxum censuerat, revera monophysitica hæresi infectum fuisse probat Cl. Lamy in *Dissertatione de Syrorum fide et disciplina in re eucharistica*, pp. 206-213.

(1) Hoc probat Bickell : *S. Ephræmi syri carmina nisibena*, p. 9.

(2) Ita apud anonymum auctorem vitæ S. Ephræmi legitur B. O. I, 39 seq.
ܘܐܬܬܠܡܕܘ ܠܗ ܣܓܝܐܐ ܘܗܘܘ ܠܗ ܬܠܡܝܕܐ. ܡܢܗܘܢ: ܙܢܘܒܝܣ ܗܘ ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܡܫܡܫܢܐ ܕܥܕܬܐ ܕܐܘܪܗܝ. ܘܐܚܪܢܐ ܕܫܡܗ ܐܝܣܚܩ. ܘܐܚܪܢܐ ܕܡܬܩܪܐ ܫܡܥܘܢ. ܘܐܚܪܢܐ ܕܫܡܗ ܐܒܪܗܡ. ܘܐܚܪ̈ܢܐ ܕܠܐ ܡܟܬܒܝܢ ܫܡܗܝܗܘܢ. ܒܪܡ ܕܝܢ ܠܟܠܚܕ ܡܢ ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܕܝܠܗ ܐܬܝܗܒܬ ܡܘܗܒܬܐ ܕܢܟܬܒܘܢ ܡܐܡܪ̈ܐ ܘܦܘܫܩ̈ܐ ܘܐܬܢܗܪܘ ܒܡܕܥܢܘܬܐ ܐܠܗܝܬܐ ܘܐܦܢܝܘ ܠܣܓܝܐܐ ܡܢ ܛܘܥܝܝܐ.

que carmina metro pentasyllabo concinnata in Cod. 117 Bibl. Vat. lectu difficilia inscribuntur; item Absamias, presbyter edessenus et S. Ephræmi ex sorore nepos, ac tandem Gregorius Abbas, quorum opera recensentur B. O. I, 170 et 172.

Neque multo serius floruit S. Maruthas Tagritensis episcopus qui, uti refert Socrates, bis ad Isdegerdem Persarum regem a Theodosio juniore fuit ablegatus, ut a persecutione christianorum desistens societatem cum Romanis iniret; tam feliciter hac legatione defunctus est, ut ipse Persarum rex vix non christianam religionem amplecteretur (1). Scripsit autem *commentaria in Evangelium et martyrum historias*, ex quibus plura recitantur B. O. I p. 187-194 scitu dignissima, et præterea, si Ebed-Jesu fides habetur, *translationem canonum nicænorum totamque nicænæ synodi historiam* (2).

### § 6. DE SCRIPTORIBUS SYRIS SÆCULI QUINTI.

Quod si jam sæculum V ad quod nunc pervenimus lustrari velimus, occurrit primum Acacius Amidæ episcopus, cujus *epistolam* memorat Ebed-Jesus in catalogo (3). Sequitur Rabulas Edessenus, Nestorianorum strenuus oppugnator et S. Cyrilli Alexandrini defensor insignis. Is in episcopatu anno 435 (4) successorem habuit Ibam, qui

(1) Socrates, lib. 7, cap. 8, apud Migne, tom. LXVII, p. 752 et 753 : *καὶ ἀγάπα μὲν Ῥωμαίους (ὁ Ἰσδιγέρδης), καὶ τὴν πρὸς αὐτοὺς φιλίαν ἠσπάζετο. Μικρὸν δὲ ἐδέησε καὶ χριστιανίσαι αὐτόν.* Cfr. Renaudot, *Liturgg. orientt. collectio*, tom. II, p. 270 seqq. Paris. 1715.

(2) B. O. III, p. 73 et 74. — Scripsit etiam *canones concilii seleuciensis* anni 410 cujus *symbolum* edidit Em. Card. Pitra *Jus Eccl. græc.*, Romæ 1864. Promisit se eos canones editurum Cl. Lamy, *Revue cathol.* 1860, p. 168.

(3) B. O. III, 51.

(4) Hunc annum determinat auctor *Chronici edesseni* B. O. I, p. 403.

Digitized by Google

erroris quidem patrocinium suscipiens cum S. Cyrillum, tum decessorem suum Rabulam et concilium ephesinum acriter carpit in famosa illa ad Marim persam *epistola* (1), quam concilium constantinopolitanum II anathemate perculit (2); at vero Ibas, cum sese ab errore laudabiliter recepisset, et in communione Ecclesiæ e vita migrasset (3), ipse condemnatus non fuit. Porro orthodoxæ fidei tenacissimus permansit Nonnus, Ibæ successor, cujus *epistola synodica* memoratur B. O. I, 258.

Hoc etiam tempore, quo Ecclesia in Oriente, imo totus orbis christianus Nestorii et Eutychii hæresibus agitabatur, floruit S. Isaac presbyter et cujusdam monasterii abbas, Zenobii discipulus, qui ob doctrinæ præstantiam a Syris *magnus* et *doctor* nuncupari meruit. Vita excessit aliquot annis post concilium chalcedonense. De ejus scriptis ita loquitur Gennadius (4) : « Isaac presbyter Antiochenæ « ecclesiæ scripsit syro sermone longo tempore et multa, « præcipua tamen cura adversus Nestorianos et Eutychia- « nos. Ruinam etiam Antiochiæ eleganti carmine planxit, « eo auditores imbuens sono quo Ephræmus diaconus « Nicomediæ lapsum. » Neque Gennadius solum, sed etiam Joannes Maro, circa annum 700 antiochenus patriarcha, præclarum exhibet ejus orthodoxiæ testimonium, quippe qui in *libello fidei* (5) catholicam doctrinam, qua unica in Christo persona et duæ naturæ prædicantur, Isaaci auctoritate et scriptis egregie vindicat. B. O. I, pp. 214-234, recensentur Isaaci opera quæ in codd. Vaticanis asservantur; ad metrum heptasyllabum exacta sunt omnia, et quidem

(1) Exstat latine et græce apud Labbeum, *Conc.* tom. IV, p. 661.
(2) Vid. Labbeum, tom. V, p. 587.
(3) Cfr. Baronius, *Annalium*, tom. VII, Antverp. 1603, p. 452 seqq.
(4) *De script. eccles.*, cap. 66. Apud Migne, tom. LVIII, p. 1098.
(5) Cfr. B. O. I, 513. Titulus est : ܦܘܪܫܢܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܩܘܫܬܢܐ

de re ascetica aut parænetica plerumque tractant, ut liquet ex titulis ibidem prolatis (1).

S. Isaaci Magni æqualis fuit Cosmas presbyter. Exstat autem in codice syriaco antiquissimo, jam anno 474 et forsitan ab ipso Cosma exarato, hujus ad S. Simeonem Stylitam, cujus exstitit familiaris, *epistola*, quæ exhibetur integre B. O. I, 237 seqq., una cum analysi *vitæ S. Simeonis* ab eodem auctore compositæ; atque paulo infra legitur exemplar syriacum *literarum* quas S. Simeon ad Theodosium imperatorem conscripsit.

Reliquorum illius ætatis scriptorum qui non tanta pollent celebritate operibus censendis, ne tædium lectori mora diuturnior pariat, supersedendum æstimavi (2); præsens vero institutum absolvam, si pauca quædam de Josue Stylita notavero, atque ita orthodoxorum auctorum seriem usque ad Jacobum Sarugensem deduxero. Josue ergo, Edessæ oriundus, in Mesopotamia floruit vergente sæculo quinto et sexto ineunte; cognomen Stylitæ ideo nactus est, quia religiosum S. Simeonis vitæ genus imitatus, stationem in columna adamavit. *Chronicon* exaravit ab anno Christi 495 ad annum 507 productum, de bello inter Anastasium imperatorem et Cavadem Persarum regem tum temporis inito : quo quidem libro Evagrii aliorumque historiographorum scriptis pro illorum temporum notitia non parum lucis affunditur (3).

(1) Ex codice vaticano 119 sive syriaco IV exscripsi carmen Isaaci *de passibilitate et impassibilitate Dei verbi incarnati* quod notatur B. O. I, p. 223, n° 24. Constat istud carmen versibus 439 et passim adsunt in margine glossæ minori charactere expressæ, quæ tamen ab alia manu non videntur additæ.

(2) Horum scriptorum nomina et opera quæ aut penitus periere aut saltem syriace adhuc minime reperta fuere, indicantur in B. O. I, pp. 255-260.

(3) Vide B. O. I, 261 seqq. ubi Chronici istius præcipua exscribuntur. Titulus est ܡܟܬܒܢܘܬܐ ܕܬܫܥܝܬܐ ܕܩܛ̈ܢܐ ܕܐܘܠܨܢܐ ܕܗܘܐ ܒܐܘܪܗܝ

§ 7. SCRIPTORES SYRI NESTORIANI VEL MONOPHYSITÆ.

Exstitere autem ii omnes quorum hactenus mentionem fecimus viri, si unum Bardesanem excipias, integræ fidei et catholicæ doctrinæ. Non defuerunt tamen inde a sæculo quarto in utraque secta, qua tunc orientalis ecclesia miserrime scindebatur, qui errores suos scripto propugnantes scientiæ fama claruerunt et scribendi peritia. Ut a Nestorianorum cœtu sumamus exordium, ab Ebed-Jesu Sobensi in *catalogo* citantur Barsumas (1) episcopus nisibenus, Narses (2) scholæ nisibenæ fundator, et Iazidades (3) e schola edessena profectus, qui quidem hæresim qua ipsi inficiebantur in Assyriam, Chaldæam et Persidem induxerunt. Hujus vero propagationi tempore concilii ephesini suas etiam in Perside partes habuerunt Mares episcopus, ad quem Ibas edessenus epistolam suam direxit, et Maanes qui Theodori Mopsuesteni scripta e græco fecit syriaca (4).

Apud Monophysitas vero claruit Xenaias seu Philoxenus genere persa, civitatis Mabugi, quæ et Hierapolis audit, episcopus constitutus anno Christi 485; multa syriace reliquit stylo nitidissimo, *commentaria* scilicet *in S. Scripturam*, *tractatus dogmaticos*, *epistolas et fidei professionem*; Syri autem eum præcipue laudibus extollunt ob *versionem novi testamenti et psalmorum* quam circa annum 508 efficiendam curavit et quæ ab ejus nomine *philoxeniana* vocatur (5).

ܘܒܐܡܝܕ ܘܒܟܠܗ̇ ܒܝܬ ܢܗܪܝܢ. h. e. *Descriptio historiæ temporum pressurarum quæ acciderunt in Edessa et in Amida, necnon in universa Mesopotamia.*

(1) B. O. III, p. 66.

(2) Ibid. p. 63.

(3) Ibid. p. 226.

(4) Ibid. p. 376.

(5) Cfr. B. O. II, pp. 23-46, et cl. Lamy, *Introductio in S. Script.* p. 186.

Digitized by Google

Sæculo autem sexto ineunte, Paulus quidam Callinic episcopus libros Severi, in patriarchatum antiochenum intrusi et monophysitarum primipili, convertit in syriacam linguam (1).

### § 8. DE SIMEONE, EPISCOPO BETH-ARSAMENSI.

Utrum tandem Simeon Beth-Arsamensis episcopus et S. Jacobi Sarugensis ætati fere suppar, cujus scripta argumenti præsertim historici partim edidit Jos. Sim. Assemanus in B. O. I, 346 seqq., ad eamdem sectam pertinuerit necne, quæstio est definitu difficilis. Illud saltem constat eum *henotico* Zenonis præbuisse assensum, quamvis nuspiam hæresis patrocinium suscepisse legatur aut concilium chalcedonense rejecisse, ut erat istorum hæreticorum moris. Forsitan sit eorum catholicorum numero accensendus qui, imperatoris edicto potius quam officio obtemperantes, animo minime hæretico sed metu inducebantur ut ab errore et veritate profitenda pariter abstinerent atque sese ita a violatæ fidei crimine immunes sperabant (2).

Denique ad synopticum syriacæ litteraturæ conspectum horum quinque sæculorum complendum, nonnulla adhuc de interpretibus syris fuissent addenda. Etenim præter S. Scripturæ interpretes, de quibus supra loquuti sumus, plures aliarum linguarum maxime græcæ monumentis ad usum popularium suorum in patrium sermonem vertendis

(1) B. O. II, 46 seq.

(2) Henotico Zenonis subscripsit etiam aliquando Flavianus antiochenus patriarcha, qui tamen chalcedonensem fidem sartam tectamque servavit, et quidam postea gloriosa fidei confessione ab ista sese macula purgavit. Cff. A. Pagi. *Critica historico-chronologica in annales Baronii*, edit. Colon-Allobrogum a. 1705, tom. II, p. 480, et Baronius, *Annales* etc. tom. VI ad annum 512.

Digitized by Google

operam navarunt, iique molem constituunt non exiguam. Verum, ne diutius ab argumento nostro dimoremur, hæc in subjecta nota (1) quam brevissime perstringere maluimus, et illico nostræ de Jacobo Sarugensi disputationis initium auspicari.

(1) En itaque aliqua vetera hujusmodi documenta ex iis quæ nuper edita fuerunt : *a) Clementis romani epistolæ binæ de Virginitate* syriace, quas ad fidem cod. ms. amstelodamensis, additis notis criticis, philologicis, theologis, et nova interpretatione latina, edidit Joannes Theodorus Beelen, in univ. cath. lovan. S. Script. et lingg. orientt. prof. ord. Lovanii, 1856.

*b) The festal letters of Athanasius*, discovered in an ancient syriac version, and edited with a Preface by the Rev. W. Cureton, London 1848. — Item *S. Athanasii epistolæ festales syriace et latine*, editæ ab Angelo Mai in *Nova Biblioth. Patrum*, tom. VI. Romæ 1853. — Cfr. J. H. Petermann, *S. Ignatii patris apostolici quæ proferuntur epistolæ.* Lipsiæ 1849; — item Curetonii *corpus ignatianum.* Berlin. 1849.

*c) S. Cyrilli in Lucæ Evangelium commentaria* syriace e mss. edidit R. P. Smith, London. 1858.

*d) Eusebii Cæsaræënsis history of the martyrs in Palestine*, edited and translated into english by W. Cureton, London 1861. Hoc opus editor p. VI censet fuisse primitus græca lingua conscriptum.

*e) Clementes Romani recognitiones syriacc*, Paulus Antonius de Lagarde edidit. Lipsiæ 1861.

*f) Eusebius, Bishop of Cæsarea, on the Theophania. A Syriac version*, edited by Samuel Lee, London 1842.

*g)* P. Lagardii, *Analecta syriaca*, Lipsiæ, 1858.

*h)* In Curetonii *Spicilegio syriaco* fragmenta *Melitonis* et *Ambrosii.* London. 1855.

Digitized by Google

# CAPUT PRIMUM.

## DE VITA S. JACOBI SARUGENSIS.

---

### ARTICULUS I.

#### FONTES HISTORICI PROPONUNTUR.

Quale fuerit primis Ecclesiæ sæculis apud Syros scribendi studium, qualis ardor, quis status et conditio litterarum satis pro scopo nostro ostensum arbitror conspectu superiore. Nunc vero argumentum præcipuum quod est de S. Jacobi Sarugensis vita et scriptis tractaturus, primo loco proferre lubet encomium a Georgio ejus discipulo compositum, tum quod hujus auctor, utpote Jacobo coævus, fidem ex hac parte sibi conciliat et auctoritatem, tum quod exhibito hoc ipso documento, adhuc magnam partem inedito, panegyricum hujusmodi dicendi genus exemplo aptius innotescet.

Digitized by Google

### § 1. GEORGIANÆ PANEGYRIS TEXTUS ET VERSIO.

Reperiuntur hujus excerpta quædam in B. O. I, pp. 286-288, quæ cum cæteris ipse, quoad potui accuratissime, e ms. Vaticano 117 non mediocri labore descripsi; fuit enim codex foliis 110-114, ubi *Panegyricus* postrema sui parte mutilus continetur, pessime habitus, imo hinc inde adeo abrasus ut ne vestigia quidem expiscari licuerit.

Interpunctio hujus documenti ea est ut versus semper, non ita periodos ab invicem discernat; ubi duo puncta ponuntur, ibi superius minio in codice notatur. Præterea illud moneo panegyricum manu ea quæ in reliquo codice apparet seriore exaratum, imo aliunde assutum videri: quod declaratur ex diversitate chartæ, elementorum forma, et habitu scripturæ, quæ ibidem non tribus, ut alias, sed duabus continetur columnis. Ceterum lacunas et dubiæ lectionis vocabula in margine notabo. Quæ autem ab Assemano recitata fuere heic perpetuo, ut ab ineditis distinguantur, uncis quadratis [ ] in versione inclusi, atque ibi etiam Assemani textum latinum servavi, quamquam hinc inde liberior est et paraphrasis aliquando vel epitome potius quam translatio videtur. — Demum quæ voces interpretationi litterali perspicuitatis gratia addendæ visæ sunt, in versione mea elementis comparebunt italicis.

Digitized by Google

ܒܫܡ ܡܪܢ ܡܬܟܬܒܝܢ ܡܐܡܪ̈ܐ
ܥܠ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܡܠܦܢܐ ܕܟܠ̈ܝܢ ܕܣܪܘܓ
ܐܡܝܪ ܠܡܪܝ ܓܝܘܪܓܝ ܠܬܠܡܝܕܗ ܡܬܐܡܪ ܕܡܢ ܒܝܬ ܒܘܬܢܢ
ܕܡܪܝ ܝܥܩܘܒ.

ܫܘܒܚ ܠܢܘܗܪܐ ܕܒܟܠ ܫܥ̈ܝܢ ܕܢܚܗ ܦܓܪܝܢ.
ܐܕܢܚ ܠܢܘܗܪܐ* ܡܢ ܦܘܩܕܢܟ ܥܠ ܚܫܘ̈ܟܐ ܀
ܝܡܝܢܐ ܕܐܒܐ ܕܝܠܕܬ ܒܪܬܐ ܘܢܘܗܪܬ̈ ܡܠܘ.
ܒܝܡܝܢܐ ܕܡܠܟܝ ܐܢܘܢ ܠܟܠܗ* ܫܘܒܚܬܐ ܀
ܒܝ ܢܘܗܪܐ ܕܡܠܟܝ ܠܢܗܝܪ̈ܝܢ ܒܠ ܚܫܘܟܐ.
ܠܠܗܘܢ ܕܟܠܗ* ܒܢܘܗܪܐ ܕܡܠܟܝ ܡܬܒܢܝܬ ܚ̈ܝܐ ܀
ܒܪܗ ܕܐܠܗܘܬܐ ܕܒܪܐ ܥ̈ܠܡܐ ܡܢ ܠܐ ܡܕܡ.
ܒܪܝܟ ܗܘ ܒܟܠ ܕܡܬܬܢܝܚ ܡܫܬܡܥ ܥܠ ܬܫܒܘܚܬܟ* ܀
ܐܘ ܕܒܫܘܒܚܗ ܗܘܝܐ ܒܪ ܐܠܗܐ ܡܬܓܠܐ.
ܠܗܘܐ ܠܝ ܫܡܥܐ* ܐܝܟ ܐܒܘܗܝ* ܘܫܘܚ ܒܗ ܪܘܚܐ ܀
ܐܘ ܕܐܬܒܪܝ ܡܢ ܒܪܐ ܕܘܡܝ ܒܝܪܬܗ.
ܘܠܦܠܓܝ* ܕܟܠܗ* ܥܠܡ ܫܘܒܚܐ ܕܡܠܒܒܝܢ* ܠܝ ܀

Versu 2. Deest in cod. punctum litteræ ܪ in ܠܢܘܗܪܐ

v. 4. Nota in ܟܠܗ diæresin metricam, de qua vide infra *appendicem*.

v. 6. Vox ܕܟܠܗ est in codice detrita.

v. 8. In cod. legitur ܬܫ̈ܒ

*Huic sermoni panegyrico amanuensis inscriptionem apposuit rubris conscriptam, quæ sequitur :*

[In nomine Domini nostri scribimus sermonem de Mar Jacobo doctore, Batnarum Sarugi *episcopo*, quem edidit Mar Georgius ejus discipulus. Legitur autem in commemoratione ejusdem Mar Jacobi.

*Et porro sequitur :*

Jesu lux, cujus exortu universi terrarum orbis fines lætificantur, illustra cogitationes meas lumine gratiæ tuæ.] Splendor Patris qui fulsisti in terra et ex quo *ipsa* refulsit, splendore a te *emisso* accende oculum meum tenebrosum. In te lumen *adest*, quandoquidem ex te omnes tenebræ clarescunt, clarescat, *quæso*, mens mea lumine verbi tui vivifici. Fili essentiæ *Patris*, qui mundos ex nihilo creasti, crea in me cor, quod quotidie ad gloriam tuam *procurandam* excitetur. O *tu* qui per amorem factus es homo propter nos, fiat tibi os meum fistulæ instar, mihique spiritum inspira. O *tu* qui natus es corporaliter ex filia Davidis, generet quoque mens mea cantica laudis quæ ad te perveniant. O *tu*, qui subjectus fuisti humi-

v. 10. Voces ܗܘܦܟܝ et ܐܣܘܦܐ vix vestigia præbent in cod.

v. 12. Sunt in hoc versu tria vocabula quæ ex remanentibus in cod. vestigiis eo qui mihi probabilis apparebat modo restitui, scilicet ܠܬܫܒܚܬܟ, ܘܐܘܠܕ, ܕܫܘܝܢ? Forsitan ita legendum erat : ܘܐܘܠܕܝ ܒܪܥܝܢܝ ܩ̈ܠܐ ܡܫܒܚܐ ܕܫܘܝܢ ܠܟ *genera in mente mea laudes te dignas.*

ܐܘ ܕܐܬܬܚܝܠܬ ܠܒܬܘܠܘܬܐ* ܕܓܒܝܬܗ ܚܘܒܗ.
ܐܪܘܢ ܒܗ ܢܨܒܬܝܢ ܡܠܒܫܬ ܚܢ̈ܢܐ ܘܡܘܗܒܬ ܒܐܪܐ.
ܐܘ ܕܠܐ ܡܫܟܚ* ܠܐܪܒ ܢܦܫܝ ܡܢ ܠܐ ܚܙܐ.
ܬܐܪܒ. ܡܢܓܠܗ ܒܡܗܝܪܘܬܝ ܡܫܪܪܬܐ.
ܒܠܝ ܬܘܒܠܝ* ܦܬܚܬ* ܘܩܫܝܬܗ ܠܡܦܩܩܬܗ.
ܐܠܗ ܦܠܠ ܒܗ ܒܝܫ ܡܫܟܢܬܐ ܐܝܟ ܕܒܠܝ.
ܡܢܓܠܝ ܐܬܠܝܗ* ܚܙܝܐ ܠܒܪ̈ܝܬܐ ܘܐܘܕܥܝ ܒܗ.
ܘܐܪ̈ܐ ܒܡܬܐܡܪܐ ܡܢܝܐ ܡܘܬ̈ܪܐ ܠܒܢܦܫܟ ܠܗ.
ܡܬܝܒܠ ܡܚܡܘܒ ܗܘ ܦܠܠܚܐ ܕܚܫ̈ܝܫܬܐ.
ܕܠܐ ܒܗ ܡܬܐܡܪܐ ܠܡܬܦܠܠܬܗ ܒܫܘܒܐ ܪܒܐ.
ܠܐ ܐܝܟ ܢܐܡܪ ܢܝܫܟܠ ܚܪܒܗ* ܕܐܒܐ ܒܪܫܐ.
ܕܦܚܝܣ ܡܬܠܗܪ ܠܐܡܬܐ ܕܪܒܐ ܕܢܬܡܪܒ ܠܗ.
ܡܘܒܪܐ ܪܒܐ ܘܠܓܘܡ̈ܐ ܡܢܝܐ ܗܘܐ ܢܒܠܐ*.
ܡܢ ܢܠܡܘܬܗ ܘܒܗܘܢ ܒܠܝܠ ܡܬܦܫܩܐ ܗܘܐ.
ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܡܢܝܐ ܗܘܐ ܢܒܝܐ ܘܒܗ ܡܬܬܢܒܐ ܗܘܐ.

v. 13. Scripseram ܠܒܬܘ...ܬܐ pro quo nunc ܠܒܬܘܠܘܬܐ reposui, quod metro convenit, et in parallelismum cum v. antegresso penultimo videtur quadrare.

v. 15. Voculæ ܠܐ ܡܫܟܚ e ms. quidem plane evanuerunt. Ea tamen supponere non hæsitavi, cum hi duo versus integri desumpti sint e primo S. Jacobi carmine, ad calcem dissertationis prolato, vv. 7 et 8. Hinc patet, ut illud etiam obiter animadvertam, Georgium non tantum in metri delectu, sed in conceptibus quoque et expressionibus magistrum suum presse fuisse imitatum.

v. 17. Voces ܬܘܒܠܝ ܦܬܚܬ e paucis quorumdam ductuum vestigiis conjeci.

v. 19. ܐܬܠܝܗ pro spatio vacuo supplevi.

Digitized by Google

liationi proprio amore coactus, verbum tuum vivificum et frugiferum in me semina. O *tu* qui non invides quoniam exaltetur genus nostrum utut indignum, exaltetur verbum meum canticis tuis præclaris.

Spe tua *fretus*, labia mea ad loquendum aperio; tu *igitur* per me, juxta voluntatem tuam loquaris coram audientibus. Verbum tuum lucerna est pedibus meis; in ipso ambulabo et curram, sermonem *proferendo* auditoribus proficuum.

De Jacobo doctore veritatis offertur mihi sermo, cum amore magno efferendus. Nemo gravetur benedicti hujus patris gesta audire, quæ ea attingere volentem magno stupore afficiunt. *Quippe* virtutes sublimes et divinæ *gratiæ* fontes contigerunt electo inde ab ejus infantia, iisque jugiter delectabatur. Spiritu sancto replebatur infans, eoque in cunctis suis affectibus..... vere incita-

v. 22. ܕܦ Legendum est ܪܦ *venit, excitatus est, surrexit;* unde ܪܦ ܒܝ *excitatus est in me, mentem meam subiit* etc.

v. 23. Vocem ܫܪܒܐ hic, ut pluries deinceps in carminibus S. Jacobi, verti *gesta*. Est enim ܫܪ̈ܒܬܐ, ܫܪܒܐ fem. gen. sedulo discernendum a ܫܪܒܐ masc. Prius notat *familiam, generationem, nativitatem;* alterum *negocium, rem, argumentum, historiam,* etc. Cfr. Curetonii *Spicilegium syriacum*, p. 92.

v. 25 *Virtutes sublimes etc contigerunt electo.* Notanda est hic anomalia grammatica, qua verbum sing. ܗܘܐ cum nomm. plurr. ܚܝ̈ܠܐ et ܡܒ̈ܘܥܐ construitur. Vide Uhlemann's *Grammatik,* Berlin. 1857, p. 235, n° 3. Præterea observa verbum ܗܘܐ *contigit, accidit, advenit*, cum seq. accus. conjungi. Uhlemann, p. 191, *Anm.* — Si quis hujusmodi structuram admittere nolit, nomen ܚܝܠܐ poterit verbi ܗܘܐ habere subjectum, quo casu ita verterem : « *ipsa* altissima virtus et *veluti* aquarum divinarum *fons* exstabat electus inde ab infantia cet. »

Digitized by Google

ܒܥܠܡܘܢ ܐܪܟܘܗܝ ܘ....* ܫܪܝܪܐܝܬ ܀
ܡܢ ܝܗܒ ܒܪܝܬܐ ܦܪܘܩܘܬܗ ܗܘܐ ܡܟܪܙ ܐܝܟ ܐܪܟܝܐ .
ܕܠܗܘܐ ܠܒܪܝܬܐ ܟܪܘܙܐ ܕܡܘܕܥܐ ܘܟܠܗ ܗܘ ܠܒܢܝܐ ܀
ܘܗܘ ܠܐܦܝܢ ܒܗ ܐܦܪܝܐ ܢܒܝܐ ܐܦ ܗܢܝܐ* .
ܘܠܒܫܬ ܟܠܬܐ ܘܒܢܝܗܝ ܡܠܟܝܢܗ ܒܡܠܟܘܬܗ ܀
ܘܡܠܝܟ ܗܘܐ ܗܘ ܢܦܫ ܐܒܐ ܟܠ ܡܫܠܡܢܘܬܗ .
ܕܢܒܠܝܗ̇ ܐܦ ܠܗ ܡܢ ܒܘܪܟܬܗ ܩܢܝܡܬܐ ܀
ܘܐܢܐ ܕܟܝܐ* ܘܫܒܝܚ ܡܬܩܪܝܐ ܘܡܫܪܬܐ .
ܐܡܝܢ ܦܓܪܐ ܐܩܪܘܒ ܘܐܬܕܡܪܘܡ ܒܩܘܪܒܢ ܡܠܟܐ ܀
ܠܐ ܥܡܝܩܐ* ܠܫܡܝܐ ܕܝܠܝܢ* ܡܢ ܐܗܡܪܐ .
ܕܠܐܝܠ* ܠܡܠܟܐ* ܠܝܫܘܥ* ܥܡ ܠܐ ܚܝܠ ܀
ܠܓܒܪܐ ܕܡܠܝܐ ܟܠ ܛܘܒܬܐ ܡܥܡܪܬܐ .
ܐܢ ܡܠܟܢܫ ܐܠܗ ܠܢܦܫܟ ܐܠܬܝܢ ܝܡܘܫܒܐ ܗܘ ܀
ܠܗܘ ܠܡܫܕܪܐ ܘܪܘܚܐ ܕܠܒܗ ܕܒܪܐ
ܦܠܠܗ ܠܝܒܫܘܫ ܒܟܠ ܕܩܠܬܐ ܕܝܡܪܘܬܐ* ܀
ܐܡܪܐ ܡܠܟܬܐ ܦܠܛܝܐ ܠܡܠܠܟ ܟܠ ܠܝܚܝܕܘܗܝ .
ܕܩܠܡܢ ܐܠܝ ܡܢ ܓܡܠܐ ܠܓܒܪܐ ܐܠܝ ܀
ܐܠܐ ܗܘܢܐ ܦܠܘܪܝ ܒܪܟܗ ܠܗܡܪܐܝܬ .
ܐܘ ܐܡܠܐ ܓܒܪܐ ܕܠܫܡܟ ܠܟܬܒܝܬܗ* ܀

v. 28. Vocem unam legere non potui.

v. 31. ܗܢܝܐ idem valere censeo quod ܗܢܝܐܐ apud Castellum *suavis*, *jucundus*. Derivatur a rad. ܗܢܐ *voluptatem, utilitatem cepit ex aliqua re*, *lætatus est*, *delectatus*.

v. 35. Vox ܕܟܝܐ, si in codice fuit, nunc evanida est; at eam ob spatium, metrum et sensum restituendam putavi.

Digitized by Google

batur. Ex utero *matris suæ* Dominum suum invocaverat sicut Jeremias, ut fieret templum Spiritus Sancti, isque habitaret in eo, et decantaret per ipsum canticum dulce atque jucundum, utque Ecclesia omnesque ejus filii concentibus suis delectarentur.

*Age ergo*, propterea ego contendo laudes ejus *exprimere*, ut et mihi de sanctis ejus benedictionibus pars quædam adveniat. At ego miser, maculisque ac vulneribus redundans, quomodo potero me altiora attingere et meditari? Non decet cœcum lumine orbatum coronam regi conflare, cum ipse nesciat *qui sit facienda. Ita etiam*, si quis vasi huic (nempe *Jacobo*) pulcherrimis formis præstanti, *ita operam præstet ut* has obfuscare præsumat, *dum eas perfecte posse depingere sibi videtur*, is risibilem sese præbet. Quis columnam hanc spiritualem Ecclesiæ filii *Dei* omnigeno cælaturæ ornatu decorabit? Quisnam sermo *eo* pertinget ut de ejus victoriis *digne* loquatur, quippe quæ altiores sunt quam ut eas lingua enarret? Quænam mens historiam ejus clare intelligat, aut quomodo possit ejus facinora proponere?

vv. 37 et 38 fere conjiciendo perfeci. Dubito de lectione vocabulorum ܦܩܥܐ, ܕܠܟܡܐ, ܕܬܐܠܐ, ܢܣܡܘܠ; vocem autem ܠܡܠܟܘܬܐ pro vacuo spatio supposui.

v. 42. Vocem ܨܝܪܘܬܐ in lexicis non vidi. — Derivatur autem a radice ܨܪ aut ܨܘܪ *formavit*, *pinxit*. Hinc ܨܝܪܐ *pictor*, *cælator*, item *pictura* et *res picta*. Conjicio ergo ܨܝܪܘܬܐ =*ars pictoria*, *cælatoria*, etc.

v. 46. Ex ܠܡܠܟܘܬܗ hæ tantum litteræ apparent ܠܡܠܟ.

ܝܡܐ ܗܘ ܪܒܐ ܕܟܠܗ ܗܘ ܢܫܬܠܝܢ ܥܠ ܬܐܘܪܝܐ*.
ܪ̈ܘܚܠܡܐ* ܘܕܟܝܢ ܡܠܠܗ* ܥܠ ܚ̈ܬܡܬܐ .
ܪܘܝܚ* ܡܢ ܝܡܐ ܘܫܐܒܐ ܩܘܫܬܐ ܥܠ ܣܗܕܐ .
ܕܠܐ ܡܬܒܨܝܢ ܠܗ ܥܠ ܐܦܕܘ̈ܪܐ ܒܬܘܪ̈ܓܡܗܘܢ .
ܦܠܠܗ ܡܫܬܒܚ ܠܐܡܝܪ ܒܟܠܗܘܢ ܐܦܟܐ ܕܪܘܚ .
ܕܦܠܓܗܐ ܠܫܦܪܐ ܘܟܪ̈ܘܗܐ ܘܠܐ ܡܫܬܐܡܝ*.
ܘܗܠܐ* ܕܗ̈ܟܝܢ ܒܟܠܗܘܢ ܫ̈ܬܩܝܢ ܡܢ ܡܬ̈ܟܫܗܘܢ .
ܐܝܟ ܐܢܐ ܐܦܪܫ ܘܐܦܪܘܣ ܓܝܪ ܬܫܒܚܬܗ .
ܗܐ ܐܦܠ ܠܟ ܚܘܒܐ ܕܐܡܪ ܡܐܠܟܬܗ .
ܗܘ̇ ܡܐ ܕܢܗܘܐ ܐܦ ܬܫܒܘܚܬܐ ܗܘ ܕܝܠܗ .
ܘܡܫܬܪܪ ܠܟ ܝܡܐ ܕܢܦܩ* ܕܐܬܦܪܫ ܠܗ .
ܠܪܡܐ ܡܫܡܪܐ ܘܦܟܝܐ ܓܒܐ ܡܫܡܘܫ ܢܗܡܐ .
ܗܐ ܐܙܕܘܓܬ ܥܡܗ ܬܘܡܗܘܢ* ܘܐܡܪ ܠܟܠܟܘܢ .
ܐܫܬܘܩ ܕܝܠܐ ܗܘ ܘܐܡܪ ܡܠܬܐ* ܗܘ ܘܡܠܬܐ ܐܟܬܒ .
ܐܢ ܫܬܩ ܐܢܐ ܡܫܬܟܚܢܐ ܐܦ ܒܫܬܩܘܬܐ .
ܘܐܢ ܐܡܪܐ ܐܢܐ ܡܬܬܫܝܡܐ ܬܘܒ ܡܪܚܘܬܐ .
ܦܘܡܝ ܡܠܝ ܒܪܘܚ ܩܫܐ* ܐܝܟ ܢܫܒܬܝ .
ܘܠܒ̈ܘܝ ܩܕܠ ܕܫܠܐ ܢܗܝܪܐ ܘܡܪܕܐ ܠܝ .

vv. 47 et 48. His 2 vv. obscura in codice visa sunt vocabula ܬܐܘܪܝܐ, ܪ̈ܘܚܠܡܐ, ܡܠܠܗ.

v. 49. ܪܘܝܚ sumpsi pro *partic. K'til* a verbo ܪܘܚ *dilatavit, recreavit;* sentio tamen hanc interpretationem quid violentum præ se ferre; quare mallem pro ܪܘܝܚ legere ܪܘܚܝ et porro particulam ܘ omittere in ܘܫܐܒܐ, ita ut hæc habeantur: « spiritus meus *et ipse hauriens* ex *hoc* mari veritatem contestatur de verace. »

v. 52. Vocem ܡܫܬܐܡܝ perfeci ex ܡܫܬ...

Mare magnum est, in quod omnes mercatores spirituales descendunt ut ex eo hauriant thesauros omnes. Refocillatus *sum ego* ex *hoc* mari, et testificor veritatem de verace, ei *scilicet* omnes oratores expositionibus suis non sufficere. Quis potest loqui sicuti oportet de eo qui doctores et sapientes circumagit, quin plene *ab eis* comprehendatur? Ad hujus ergo historiam, cum ii omnes ab ejus laudibus *debite celebrandis* deficiant, quomodo ego pertingere præsumam?

Ecce provocavit me amor ad loquendum de ipso quodcumque suggesserit gratia quæ eum elegit, sed terret me gloriæ oceanus quominus accedam ad caput venerandum et vas electum, *quale est* inclytus Jacobus. Ecce coarctatus versor in bivio, et quid arripiam? Tacere verecundiæ est, et loqui pavori, et quid faciam? *Nam* si tacuero, credetur et *hoc* stultitia; et si locutus fuero, iterum videbitur temeritas.

Domine, Domine noster, largire vitam secundum gratiam tuam, et fiant verba mea sacrificium electum quod tibi placeat! Fiat lingua mea calamus tuus docens

v. 53. ܗܠܝܐ explicandum est ad modum nominativi absolute positi. Uhlemann's *Grammatik*, p. 221, § 76.

v. 57. ܕܡܟܣ̈ abbreviatio est pro ܕܡܟܣܝܐ

v. 59. Proprie : *inter ambo.* Verti : *in bivio.*

v. 60. In codice vidi ܡ..ܝܐ, unde ܡܬܗܝܐ reposui, a rad. ܡܬܗ *extimuit.*

v. 63. Scripsi ܦܪܘܣ ܚ̈ܝܐ ; sed forse erat ܦܪܢܣ ܚ̈ܝܐ legendum et tunc vertendum : *guberna vitam.*

Digitized by Google

ܠܗܘܐ ܠܟܠܗ ܦܠܛ ܫܦܪ ܡܕܠܐ ܫ̈ܚܡܬܐ*.
ܘܒܗ ܠܐܬܢܩܫܢ ܕܟܠ* ܡܫ̈ܡܫܬܐ* ܕܢܦܫܬܐ* ܠܟܘܢ :
ܠܗܘܐ ܡܪܟܒ ܢܟܠܐ ܙ̈ܪܐ ܘܦܫܛܐ ܩ̈ܠܐ .
ܘܢܫܒ ܦܬܟܘܢ* ܡܬ̈ܓܠܝܬܐ ܡܥܡܪ̈ܬܐ :
ܘܢܓܕ ܒܠܠܐ ܡܢ ܒܝܪܬܐ ܘܓܒܠܐ ܓ̈ܒܐ .
ܠܪܡܣܗ ܣܗܒܐ ܕܐܒܐ ܒܪܡܒܐ ܡܕܠܐ ܠܒܫܘܬܐ :
ܐܒܠܐ ܗܘ ܡܟܫܠ ܠܡܪܘܒ ܐܬܝܐ ܙܡܝ ܬܫܟܚܬܗ .
ܕܢܓܘܒ ܠܒܘܠ ܦܐܪܐ ܬ̈ܓܐ ܡܢ ܒܬ̈ܓܘܡܟܘܢ :
ܗܢܐ ܓܠܐ ܗܒܝ ܦܠܟܐ ܐܦ ܬܫܟܚܬܗ .
ܕܐܒܗܝܢ ܒܗܢܐ ܘܐܟܠܗ ܠܦܪܬܐ ܐܫܬܝܘܗܝ ܗܘܘ :
ܘܒܒܘܪܒܢܐ ܘܕܪ̈ܐ* ܕܟ̈ܬܐ ܕܡܦܪܣܝܢ ܗܘܘ .
ܡܢ ܐܠܗܐ ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܒܟܠܟܪܝܢ :
ܫܒܪܬ ܐܠܘ ܐܦ ܓܒܘܬܐ ܐܠܗܝܬܐ .
ܒܗܢܐ ܦܐܪܐ ܗܡܠܠ* ܠܗܘܢ ܡܦܢܝܢ ܗܘܘ :
ܐܬܒܠܝ ܘܐܬܪܒ ܗܘܐ ܡܢ ܐܒ̈ܗܘܗܝ .
ܒܢܫܠܐ ܡܪܢܐ* ܕܗܘܒ ܗܘ ܪܡܫܐ ܕܟܠ ܫ̈ܡܫܬܐ :

v. 65. ܫ̈ܚܡܬܐ conjiciens posui. Æque legi poterat ܫ̈ܚܡܬܐ *ardores*, a singulari ܫܚܡܐ, quod tamen nescio utrum in plurali femininam formam patiatur, quæ hic foret ex ductibus cod. supponenda.

v. 66. Ultimas voces quatuor fere conjeci; scripseram ܟܠ ܡܫܡܫܬܐ ܕܢܦܫܬܐ ܠܟܘܢ quæ si veram lectionem præbeant, nescio; nam non nisi vestigia in cod. comparebant. Cum autem ita vix sensum fundere possint, locum alio modo restitui, qui contextui et metro congruere videtur. — ܠܐܬܢܩܫܢ in fem. genere vocem ܡܫ̈ܡܫܬܐ pro subjecto habet. Porro ܢܩܫ *pulsavit*, in ethp. =*pulsatus est*, *resonat* etc., ut mihi quidem ex præsenti loco colligere videor.

Digitized by Google

verba sapientia, et cuncta resonent cantica qualia *ego* cupidus aveo. Mens mea mysteria ediscat, et *inde* verba profundat atque apparatum componat margaritarum præstantium, texatque coronam ex beryllis et gemmis optimis capiti pio patris benedicti sanctimonia pleni.

Tempus igitur est, fratres mei, ad ejus historiam nos accingendi, ut ex ipsius verbis carpamus et edamus fructus desiderabiles. *Porro* quod ad hunc *adhuc* infantem pertinet, ita docet ejus historia : pater ejus sacerdos ac mater sterilis erat. Inter oblationes autem et dona pura quæ ante Deum omni tempore in fide obtulerant visitavit eos gratia divina et hunc eis fructum largita est quia digni erant. *Itaque* natus est et educatus fuit a parentibus suis in timore Domini quæ est omnis sapientiæ initium. Veluti thesauro, cui invigilant quicumque eum

v. 68. ܡܣܕܪܝ pono esse statum constructum vocis ܡܣܕܪܢܐ a ܣܕܪ. Recte tamen etiam ut participium spectari poterit, et ita latine verti : *mens mea ... verba profundat, ac componat apta dispositione margaritas præstantes.*

v. 75. ܕܪܐ verti *dona*, supponens illud esse græcum δωρεά, nullo tamen auctore. Reliquæ enim significationes syriacæ vocis : *generatio, ætas, pugna, etc.*, hic non conveniunt. — Fieri etiam potuerit ܕܪܐ mendose fuisse scriptum pro ܢܕܪܐ = *vota*, quæ vox præsenti loco apprime conveniat.

v. 78. ܢܫܠܡ ex paucis vestigiis complendum putavi.

v. 80. Vox ܡܟܪܙܐ pro vacuo in codice spatio ex sententiæ contextu suppleta fuit.



Digitized by Google

ܒܬܘܟܠ ܫܡܫܬܐ* ܕܐܗܝܡܢܝܢ ܒܗ ܟܠ ܦܪ̈ܘܫܘ.
ܕܠܐ ܬܬܒܨܪ ܡܢ ܚܝ̈ܠܐ ܕܗܝܡܢܝܢ* ܗܘܘ ܒܗ.
ܘܠܡܫܡܫܘܬܐ ܗܕܐ ܒܪܝܫܬܐ ܕܡܢ ܠܐܠܗܐ.
ܠܐ ܡܬܟܠܝܢ ܗܘܘ ܫ̈ܒܐ ܒܪ̈ܝܫܐ ܒܡܬܟܫܦܝܢ.
ܐܠܐ ܕܢܗܘܘܢ ܟܠ ܕܪ̈ܓܬܐ ܠܐܝܠܝܢ ܕܫܠܝܛ.
ܡܛܠ ܕܫܡܝܐ ܕܐܝܬܝܐ ܚܣܝܢ ܡܢܟ ܠܐܠܗܐ.
ܘܡܢ ܠܡܫܡܫܘܬܐ ܕܬܠܡ̈ܝܕܐ ܬ̈ܠܬ ܐܝܟ ܫܡܝܐ.
ܡܫܠܡܗ ܐܡܗ ܒܟܐܪܐ ܕܕܝܢܗ ܕܡܫܝܚܐ.
ܘܠܟܡܠ ܡܕܝܢܐ ܐܪ̈ܒܥ ܐܦ ܗܘ ܠܟܠ ܦ̈ܢܝܬܐ.
ܡܢ ܙܡܢ ܒܬܘܠܐ ܒܡܪܘܡ ܡܬܝܠܕ ܗܘ ܢܘܗܪܐ.
ܡܢܟ ܦܬܘܪܐ ܕܟܠܗܘܢ ܡܬܬܕܝܪܝܢ ܒܪ ܠܐܠܗܐ.
ܙܕܩ ܗܘܐ ܘܫܐܠ ܡܢ ܠܐܠܗܐ ܒܢܝܐ ܘܦ̈ܠܓܐ.
ܕܢܬܬܠ ܙܘܥܐ ܘܢܓܕܐ ܘܢܚܘܐ ܠܟܠ ܡܘܙܒܢܗ.
ܘܢܬܒܫܪ ܙܐܐ ܕܒܗ ܡܬܬܢܫܝܢ ܟܠ ܢܫ̈ܘܒܘܢ.
ܘܗܡܝܢ ܦܪܝܫܬܐ* ܒܡܬܟܠܬܐ ܙܘܥܐ ܠܟܠ ܡܢ̈ܘܬܐ.
ܕܡܬܟܠܡܢܘܬܐ ܡܫܬܟܚܐ ܐܠܘ ܡܢܡܛܝܬ.
ܗܝܡܢ ܫܡܝܐ ܡܢ ܫܡܫܬܐ ܠܐܠܗܘܬܐ.
ܐܬܬܕܝܠ ܘܫܬܐ ܡܢ ܚܝ ܒܟܠܐ ܕܗܘ ܕܡܬܝܪܬܗ.
ܘܚܙܐ ܠܟܠܗܐ ܡܢ ܣܓܝܢ ܒܗ ܟܠ ܕܟܠܡܝܢ.
ܘܠܡܪܘܡ ܡܘܕܝܢ ܗܘ ܢܘܗܪܐ ܠܟܠ ܡܢ ܫܡܝܐ.
ܘܦܬܚ ܡܫܝܚܐ ܠܦܬܘܪ ܚ̈ܝܐ ܘܐܘܕܝ ܙܡܢܗ.

v. 81. ܫܡܫܬܐ posui ob ductus ܡܫܬܐ adhuc visibiles.
v. 82. ܕܗܝܡܢܝܢ ex spatio, vestigiis et antec. supplevi.

Digitized by Google

possident ut ne diripiatur a latronibus, *ita* ipsi invigilabant et donum hunc a Deo benedictum non neglexerunt unquam senes isti benedicti. Sed contra eleemosynas plurimas egentibus tribuebant propter puerum, ut recte viveret coram Deo.

[Cumque tertium annum puer attigisset, mater in festo apparitionis Unigeniti in Ecclesiam, quo ingens turba confluxerat, eum detulit. Aderat episcopus in intimo sancto sanctorum, et coram mensa, ubi filius Dei immolatur, inclinatus, Deum cum gemitu et lacrymis precabatur, ut adveniret Spiritus sanctus, et oblationi illabens, sacramentum, quod participantibus veniam peccatorum confert, perficeret], et posthac ii qui per baptismum sancte generati sunt heredes *fierent* cum sanctis in regno cœlesti.

[Tum puer divina excitus gratia et e sinu matris dilapsus, per confertam multitudinem in intimum sanctum sanctorum læto hilarique ore prorupit, cunctis stupentibus. Mox accedens ad mensam vitæ, inclinato ter capite adorat, velut in mysterio; et vero quemadmodum si quis aquas, quas sitierat, nanciscatur, ingentem concipit lætitiam,

v. 95. Post ܡܪ̈ܬܐ subintelligi debet in textu ܗܘܘ aut huic simile verbum.

ܠܟܠ ܐܟܠܬܐ ܘܫܒܩ ܡܘܪܕܝܬܗ ܐܝܟ ܕܒܙܪܐ.
ܘܐܝܟ ܐܠܗ ܕܙܪܥܐ ܟ̈ܬܒܐ ܕܠܒܬܐ ܘܫܒܩ ܣܒܐ.
ܡܢܐ ܕܡܬܬܟܢܫܝܢ ܡ̈ܠܐ ܠܗܘܢ ܕܠܫܒܝܠܗܘܢ.
ܗܘܝܐ ܒܓܠܗ ܐܡ̈ܪܘܗܝ ܕܒܗܐ ܡܢܟ ܦܬܘܪܐ.
ܘܟܠܗ ܣܘܥܪܢܝܢ ܒ̈ܠܠܐ ܐܟ̈ܠܝܢ ܐܝܟܢܐ ܐܦ ܗܘ*.

. . . . . . . . . . . . . . . .

ܗܽܘܝܳܐ ܚܰܝ̈ܳܐ ܪܽܘܚܳܐ ܕܒܰܝ̈ܢܳܬܳܐ ܘܰܠܥܽܘܡܶܗ ܠܶܗ.
ܟܽܠ ܟܝ̈ܳܢܳܬܳܐ ܕܐܺܝܬ ܒܥܳܠܡܳܐ ܠܟܽܠܗܶܝ̈ܢ.

. . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . .

ܕܗܘ ܡܢ ܕܐܟܠܗ ܫܒܩ ܗܘܐ ܗܕܐ ܐܝܟ ܕܠܬܘܠܥܐ*.
ܡܢ ܫܪܒܐ ܐܝܟ ܕܡܬܒܪܝܢ ܫ̈ܒܠܐ ܠܡܫܒܩܘ.
ܕܗܒ ܣܠܒܪܬܗܘܢ ܗܘܝܐ ܦܬܐ ܘܒܗ ܡܬܟܪܝܟܝܢ*.
ܠܗ ܗܘܝܐ ܐܬܡܠܗ ܐܫ̈ܐ ܐܝܟ ܕܫܒܩܪܐ.
ܠܟܠ ܣܘܡܟܐ ܘܫܠܗ ܐܢ̈ܫܐ ܒܡܢܣܘܬܗܘܢ*.
ܐܠܐ ܪܘܚܐ ܕܒܘܕܡܐ ܐܦܠ ܡܢ ܫܒܩܬܗ.
ܒܫܘ̈ܬܐ ܒܟܠ ܬܘܪ̈ܥܝܐ ܘܡܐܟ̈ܠܐ ܕܠܐ...*.
ܘܐܠܗܘ ܕܙܕܩܬ ܐܘ ܕܒܢܝܟܠ ܠܟ ܟܠܠ ܡܘܟܠܢܐ.
ܕܢܕܟ ܐܟܠܐ ܕܒܗ ܒܪܝܟ ܗܘܐ ܒܦܟܟܬܘܬܐ.

v. 106. Quod puer *aquam* hauserit in textu syriaco minime dicitur; hanc vocem ex suo comminiscitur Assemanus, eumque in eo commento falli opinor. De hoc infra pauca disputabuntur. Dolendum est seqq. vv. e quibus forse explicatio peti posset in cod. evanuisse. — Post v. 106 sequuntur deinde 15 aut 16 versus, ex quibus vix duo integri, et aliorum pauca vocabula aut vestigia in cod. supersunt. Duos tamen seqq. ex his protulit Assemanus; unde patet atramentum postea adhuc periisse.

sic ille immaculatus ante mensam manus simul porrexit, tribusque *aquam* pugillis hausit; etc . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Exinde cœpit Spiritus sanctus arcana omnia in divinis scripturis contenta eidem revelare et exponere.] . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

*Non est statuendum* quod ille ex suo proprio hoc effecerit *eo fine* ut laudaretur a spectatoribus, sicut agere solent stulti, quorum superbia laqueus efficitur quo ipsi capiuntur. Non ita est, fratres mei, ut ab invidis et osoribus temere creditur; sed Spiritus sanctus elicuit e labiis ejus veritates omnes, commentaria et sermones...

[Si autem scire cupis quisquis doctrinæ studio flagras quando ille docere cœperit, ex ejus historia et ex

v. 109. Verba : *non est statuendum* addidi, ad complendum sensum orationis. Ceterum, ante hunc versum quædam legere potui, quæ tamen, cum non sufficiant ad sensum completum efficiendum, in typis omisi. — In voce ܕܠܘܩܒܠܗ, duæ litteræ priores evanuerunt.

v. 111. In ܡܫܬܪܝܢ ultima elementa ܝܢ supplevi.

v. 113. ܡܬܦܪܣܢܘܬܗܘܢ ex vestigiis probabilis mihi, non certa codicis lectio est.

v. 115. Sequitur vox una abrasa, quam qui restituam non expedio.

Digitized by Google

ܡܩܒܥ ܐܦܪܝܢ ܠܟ ܡܪܓܢܝܬ ܐܝܟ ܕܡܫܡܫܢܐ ܠܟ.
ܡܢ ܬܫܡܫܬܐ ܕܟܠܗܘܢ ܫܒܝܚܐ ܘܡܢ* ܡܠܟܬܐ*܀
ܟܕ ܒܡܫܝܚܘܬܐ ܕܬܪܬܝܢ ܘܡܫܪܝܢ ܩ̈ܠܝܐ* ܒܟܠ* ܗܘܐ.
ܓܪܫ ܗܘܐ ܠܡܐܢܐ ܕܦܠܚܘܬܗ ܠܐܪ̈ܒܥ ܦܢ̈ܝܢ*܀
ܘܦܪܫܗ ܐܠܗܐ ܐܬܐ ܕܝܫܘܥ ܡܢ* ܟܠ* ܕܘܟܐ.
ܕܢܗܘܘܢ ܟܠܗ ܡܢ ܬܫܡܫܬܐ ܕܢܦܩ ܠܗ ܪܘܚܐ܆
ܘܗܘܐ ܡܢ ܗܝܕܝܢ ܝܗܒ ܡܠܟܘܬܗ ܒܝܕ ܢܒܝܐ.
ܘܓܒܪ ܕܢܦܫܐ ܠܐܪ̈ܒܥܬܐ ܡܠܟܘ̈ܬܐ.܀
ܗܟܢܐ ܕܢܝܐܠ ܕܡܠܟܘܬܐ ܪܘܚܐ ܟܬܒ ܐܝܟܘ.
ܕܒܝܬܐ ܘܟܫܒܠ ܢܦܩ ܡܢ ܕܟܝܐ ܕܟܢܘܫܬܐ.
ܘܬܘܒ ܐܒܪܗܡ ܡܠܟܘܬܗ ܕܐܬܐ ܝܗܘܕܐ.
ܐܣܛܘܟܣܐ ܫܒܥܐ ܕܬܪܝܢ ܡܠܟܘܬܗ
ܟܕ ܫܟܝܢ ܗܘܘ ܕܠܐ ܗܘܐ ܟܪܘܒܐ ܦܐܬܐ ܡܠܟܢܐ
ܐܠܐ ܒܬܘܟܠܢܐ ܕܠܡܠܟܘܬܐ ܐܝܟ ܕܐܦ ܐܠܘ
ܘܟܠܗ ܡܠܟܐ ܕܢܫܡܥ ܡܠܟܬܐ* ܦܪܩ ܫܡܥܬܗܘܢ
ܕܟܠܗ ܠܡܫܠܡܘܗܝ ܐܦ ܡܪܓܪܐ ܡܠܟܘܬܗ
ܟܕ ܫܒܝܚܐ ܗܘܬ ܗܕܐ ܬܠܘܐ ܟܠܗܘܢ
ܕܐܠܗܘ ܕܐܡܪܝܢ ܡܢܟ ܕܡܐܪܗ ܠܗܘܡܠܟܘܬܐ
ܬܪܥܝܬ ܗܢܘܢܐ ܗܘ ܕܐܪܥܐ ܗܘܘ ܐܒܘܬܐ

v. 119. Voces ܘܡܢ ܡܠܟܬܐ nunc abierunt a cod.; evanuerint post Assemani tempora; nam hic eas legere potuit.

v. 120. In voce ܩ̈ܠܝܐ dilutum est atramentum; e ܒܟܠ vero sola littera ܟ superest.

v. 121. ܠܐܪ̈ܒܥ ܦܢ̈ܝܢ proprie : *in quatuor terminos*. Ex sola voce ܦܢ̈ܝܢ vestigia reliqua possunt videri.

Digitized by Google

doctore veritatem tibi, prout audivi, exponam. Quum autem vigesimum secundum annum ageret, doctrinæ ejus fama ubique terrarum vulgata, complures undique ad eum ventitare cœperunt, ut collati a Spiritu sancto eidem thesauri participes fierent.] — Ecce autem exinde exundavit doctrina ejus ad maris instar, cœpitque propinare cunctis regionibus eloquentiam *tanquam* potum vivum, quem Spiritus in ejus canali temperaverat, fortiorem quidem et dulciorem quam mellis favum.

[Hoc etiam de ipso memoriæ proditum est. Quinque episcopi eum aliquando convenere, de ipsius doctrina cognituri; putabant enim illum non Spiritus sancti afflatum lumine, sed ex sæculari sapientia, qua et ipsi dicere solebant, verba facere. Postularunt itaque, ut extemporaneum ad ipsos sermonem haberet, ejus doctrinæ sinceritatem exploraturi. Sic enim illis deliberatum fuerat, ut si quid orthodoxæ fidei a patribus traditæ contrarium

v. 122. ܡܢ ܟܠ potius nunc ex spatio conjiciendum quam legendum superest in cod.

v. 125. ܡܠܠܠܠܬܐ legerem ܡܠܠܠܠܬܐ per diæresin. Vox sit lexicographis adhuc incomperta a radice ܡܠܠ, æquivalens vocabulo ܡܠܠܘܬܐ.

v. 126. Verba ܒܓܘ ܐܓܘܗ verti quasi ܐܓܘܗ scriptum fuisset pro ܐܓܘܓܗ = ἀγωγή, nullo tamen auctore. — Rectius forte legeretur ܒܓܘܐ ܓܘܗ. h. e. *in medio ipsius interioris* (*in intimo ejus pectore*); at tunc explicari nequit quare prima vox ܒܓܘܐ in statu emphatico, non autem ܒܓܘ in statu constructo, fuerit descripta.

v. 132. *Extemporaneum* de suo addidit Assemanus; sequentia etiam liberius vertit.

Digitized by Google

ܠܐ ܢܬܠܘܢ ܠܗ ܕܢܣܒ ܡܬܐܡܪܢܐ ܐܘ ܫܘܝܘܬܐ
ܒܟܝܢܬܗ ܕܒܪܐ ܐܠܐ ܕܢܫܠܛܘܢ ܘܠܫܥܒܘܕܗܘܢ
ܘܠܐ ܬܬܦܠܓ ܡܠܟܘܬܗ ܒܚܕ ܡܢ ܩܢܘ̈ܡܝܢ
ܘܡܚܘܐ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܕܫܘܝܘܬܗܘܢ ܠܡܠܟܘܬܐ
ܗܘ ܚܕ ܠܗ ܒܗܘ ܗܘܦܪܐ ܕܗܡܝܢܘܬܐ
ܘܥܡ ܙܒܢܐ ܗܘܐ ܗܘ ܡܫܡܫܢܐ ܒܡܫܡܫܢܘܬܗ
ܕܠܐ ܢܫܬܠܐ ܗܘܐ ܡܛܠ ܗܘ ܒܠܚܘܕ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܬܡܢ
ܠܟܠܗܘܢ ܗܠܝܢ ܐܦܝܣܩܘ̈ܦܐ ܘܟܠܗ ܥܡܐ
ܕܒܟܠ ܡܕܝܢܐ ܕܒܛܠܝܢ ܕܫܪܘܝܢ ܡܬܦܫܩܝܢ ܗܘܘ
ܕܢܦܩܘܢ ܘܢܣܒ ܡܬܐܡܪܢܐ ܐܝܟܢܐ ܕܒܟܠܝܢ ܗܠܝܢ
ܘܠܐ ܢܫܬܥܒܕܘܢ ܐܝܟ ܕܐܬܚܫܒܘ ܡܛܠܬܗ
ܘܢܦܠܬ ܐܠܝܢ ܡܚܝܐ ܕܒܪܬܐ ܕܢܫܬܠܐ ܗܘܐ
ܕܐܝܠܝܢ ܡܬܐܡܪܢܐ ܕܬܒܥܝܢ ܐܠܬܘܢ ܡܠܠ ܕܟܠܗܘܢ ܐܡܪ
ܘܒܪܐ ܗܘܘ ܒܟܠܗܘܢ ܠܐܦܝ ܬܪܥܐ ܕܡܬܟܢܫܝܢ.
ܘܒܪܐ ܕܡܕܒܪܐ ܗܘ ܡܬܪܥܝܬܐ ܕܚܝܐ ܠܥܡܐ.
ܗܘ ܚܝܡܢܐ ܠܥܡܐ ܕܬܪܥܐ ܘܕܘܡܪܐ.
ܘܝܗܒ ܗܘܘ ܡܠܠܗ ܕܟܠܗܘܢ ܠܐܡܪ ܐܡܪܐ ܕܡܪܝܐ.
ܡܛܠ ܗܘܐ ܟܠ ܗܘ ܕܪܘܚܐ ܗܘ*... ܕܒܐܡܪܐ*...
ܕܐܝܬ* ܗܘܐ ܒܥܕܬܐ. . . . . . . . .
ܘܐܬܒܢܝ ܗܘܐ ܡܢ ܣܘܥܪܢܘܬܗ ܕܫܦܝܪܐ ܒܪܝܬܐ
ܘܦܬܚ ܦܘܡܗ ܒܚܝܠܐ ܕܪܘܚܐ ܗܘ ܬܡܝܡܐ.
ܘܥܒܕܐ ܘܐܡܪ ܒܥܠܐ ܪܒܐ ܕܡܠܟܘܬܗ.
ܡܛܠ ܗܘ ܠܥܡܐ ܕܫܒܩ ܓܒܪܐ ܗܘܐ ܕܢܥܒܕ ܡܠܟܘܗܝ.
ܪܒܐ ܕܢܦܩ ܟܠ ܡܬܪܥܝܬܐ ܕܠܐ ܡܬܦܪܫܐ

Jacobus effutiisset, non modo ejus dogmata proscriberentur, sed et ipse, sublata quacunque de rebus ecclesiasticis scribendi facultate, segregaretur. At Spiritus sanctus, qui Jacobum ad doctoris officium selegerat, orthodoxam fidei regulam eumdem prædocuerat. Quamobrem etsi in ea virorum corona pro sua modestia omnino tacere decrevisset, episcoporum tamen auctoritate, populique frequentissimi, qui in templo Batnæ Sarug convenerat, precibus compulsus, veritus præterea antistitum justam indignationem, dictis obsequuturum se respondit, sermonis tantum argumentum ab ipsis petere.

Prostabat ad portam sacri altaris imago currus, quem admirabili prophetæ Ezechiel spectare olim datum fuit. De hoc, responderunt episcopi, tabulam monstrantes, nobis edissere, si potis es.] Stetit itaque super gradum suggesti (τοῦ βήματος) ecclesiæ, [atque hic percepta Jacobus ab ordine benedicto episcoporum benedictione, et in mediam populi concionem progressus, qui incredibili illum audiendi desiderio tenebatur, cœpit simplex ille in virtute Spiritus cum magna vocis contentione dicere: « Altissime, qui inscrutabili currui insides, pangatur in me, quæso, sermo mirabilis de majestate tua. »] Cum

vv. 154 et 155. Vocabula posui ea quæ in cod. legi possunt. Porro ܕܐܠܝܬܐ sic est in cod.



Digitized by Google

ܢܬܦܨܠܐ ܥܡ ܡܠܐܟܐ ܕܢܘܪܐ ܟܠܐ ܙܥܘܪ.
ܘܥܡ ܙܪܐ ܗܘܐ ܥܡ ܡܠܐܟܐ ܕܢܘܪܐ ܘܪܘܚܢܝܐ
ܘܢܬܦܪܫ ܥܡܗ ܐܦܣܩܘܦܐ ܘܟܠܗ ܟܢܫܐ.
ܙܡܪ ܠܗ ܙܘܥܐ ܡܠܐܟܐ ܐܝܟ ܩܘܪܒܐ ܕܚܝܙܩ
ܕܟܠܗ ܦܪܝܫܐ ܘܢܓܡܘ ܠܐܪܐ ܘܟܠܡܟܘܪܗܘܢ.
ܘܢܦܩܘ ܕܢܐܡܪ ܡܠܐܟܐ ܐܝܟ ܩܪܒܐ ܕܚܝܙܩ.
ܩܠܐ ܕܢܒܠܐ ܘܕܡܪܡܘܬܐ ܢܗܡܬܐܝܬ*.
ܒܟܐ ܕܫܒܠܐ ܘܩܒܘܒܬܐ* ܡܪܝܪܬܐ.
ܣܒܟܘܗ ܠܪܟܡܠܗ ܐܝܟ ܡܪܝ ܚܒܝܒܗ ܒܐܡܝܢܬܐ.
ܘܟܠܗ ܡܠܝܐ ܐܦܝܗ ܘܗܘܝ ܐܡܝܪܘ.
ܦܠܠܗ ܗܠܝܢ ܕܗܐ ܫܟܠܗ ܐܝܟ ܚܪܒܐ ܒܚܪܒܐ :
ܕܠܐ ܟܢܫܐ ܠܗ ܐܦܠܐ ܟܠܝ ܕܢܬܦܠܐ ܗܘܐ.
ܕܟܠܗ ܟܕܝܢܐ ܗܘ ܗܫܐ ܕܢܐܡܪ ܡܠܐܟܐ ܐܡܝܢ :
ܘܐܦ ܝܘܡܐ ܗܢ ܢܘܒ ܘܐܡܪ ܒܝ ܚܪܒܐ ܠܗ.
ܡܠܐܟܐ ܝܩܠܝܐ ܕܗܘܘ ܒܐܡܝܢ ܡܢ ܦܪܝܫܐ.
ܢܦܩܘ ܠܐܡܝܢ ܐܬܪܘܬܐ ܘܟܬܝܒܬܐ ܕܒܗܘܢ.
ܡܠܐܟܐ ܩܠܠܐ ܘܕܥܟܐ ܣܠܩܝܢ ܕܐܝܬܘܗܝ ܒܗ :
ܘܫܒܚܘ ܠܡܪܢܗ ܕܐܝܟ ܘܟܒܪ ܐܚܝ ܕܒܝܘ ܠܗ.
ܐܦܣܩܘ ܘܫܒܩܘ ܠܡܠܐܟܐ ܕܟܠܐ ܡܪܢܒܬܐ.
ܗܘܐ ܡܢ ܣܟܝܐ ܐܟܐ ܢܐܦܐ ܕܣܘܪܓܗ ܕܐܡܢ
ܠܐܦܝܣܘܗ ܘܐܚܪܘ ܗܠܝܢ ܠܟܠܐ ܕܐܡܪ ܗܘܐ.

v. 167. ܢܗܡܬܐܝܬ vertendum putavi: *voce lugubri, dolenter*. Derivatur istud adverbium a ܢܗܡ *tonuit, murmuravit, indignatus est, doluit.*

pergeret in mirabili hoc et stupendo sermone et ipsum admirarentur episcopi omnesque *adstantium* oculi, admonuit eum Spiritus sanctus de vastatione civitatis Amidæ, irruisse *nempe* Persas, et locum ac habitatores ejus in captivitatem redegisse; tunc dicere cœpit de vastatione civitatis Amidæ voce lugubri verba dolorosa et angustiæ plena.

[« Terribiles nuncii et amari rumores perturbavere meam mentem : tu, Domine, psalmis tuis illi redde pacem. » Tum episcopi : quorsum ista permisces? nec enim ad rem faciunt aut consequentia sunt, neque de Amida tibi modo dicendum est. Verumtamen ille electus ut qui dolorem dissimulare non posset, Amidenorum cladem a Persis illatam persequi non destitit, subjiciens : « lugeant regiones et qui eas incolunt populi cædes et profusum in ea sanguinem. » Ex hac demum oratione ad hymnum de curru ab episcopis sibi propositum regressus, eum ad finem perduxit; simulque nunciatum est episcopis Amidæ excidium.

Ita demum Jacobi dictis fidem adhibuere. Tum vero sanctus vir ad magnam apud omnes existimationem venit, episcopis ejus doctrinam approbantibus,] eo quod intelli-

v. 168. Vox ܡܩܒܠܢܘܬܐ in Castelli *lexico* deest. Reperitur in *chrest.* Hahnii *hymno VII*, et in Ephræmi *carmm. nisib.* pluries; notat vero 1° *nuntia infausta*, 2° *querelas*.

Digitized by Google

ܘܗܝܡܢ ܐܡܝܢ ܡܫܝܚܐ ܝܫܘܥ ܒܟܠܢ ܡܠܟܢ.
ܘܫܪܝ ܣܓܕ ܒܗ ܐܦ̈ܝܗ ܘܒܫܘܠܡܗ.
ܕܐܬܚܫܒܘ ܗܘܘ ܡܢ ܦܠܚܘܬܗ ܠܗ̈ܘܢܐ.
ܠܦܘܠܚܢܗ ܕܥܡܐ ܢܟܪܝܐ. ܕܦܠܚܐ ܠܓܒܐ.
ܘܒܪܘܣܩܘܕܐ ܦܠܚܐ ܝܫܘܥ ܕܠܐ ܦܘܠܚܢ.
ܠܐ ܐܝܟ ܢܒܝܐ ܡܫܬܪܝܐ ܡܠܟܘܬܗ.
ܘܒܥܒܕ ܡܫܝܚܐ ܕܠܐ ܥܘܡܩ ܢܗܘܡܐ ܒܢܦܫ ܦܝܘܫܬܐ.
ܕܐܬܦܠܚ ܠܗ ܡܢ ܠܗܐ ܠܥܒܕܐ* ܛܒܐ.
ܐܠܐ ܕܢܦܠܘܚ ܦܠܚܘܬܗ ܒܦܫܝܛܘܬܐ.
ܕܒܫܡܥ ܒܪܬܐ ܘܡܠܝܗ ܕܠܗܘܢ ܒܡܫܪܬܗ.
ܠܥܡܐ ܕܐܬܐ ܡܢ ܦܠܚܘܬܗ ܐܣܛܘܣܝܐ
ܠܐ ܐܫܟܚ ܗܘܐ ܦܠܚܘܬܗ ܒܦܫܝܛܘܬܐ.
ܒܪܡ ܫܐܠ ܗܘܐ ܘܠܐ ܦܠܚ ܗܘܐ ܠܥܡܐ ܕܐܦܪܝ.
ܡܠܟܐ ܣܓܝܐܐ ܕܡܠܟܘܬܗ ܘܕܫܘܠܛܢܗ.
ܠܥܡܐ ܕܡܠܟܐ ܕܝܗܒ ܝܗܘܕܝ ܐܦ̈ܝܗ.
ܘܝܗܒ ܠܫܡܥܬܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܗܘܬ ܡܢ ܩܕܡܝܐ.
ܘܗܐ ܡܢ ܗܝܡܢ ܝܗܒ ܡܠܟܘܬܗ ܒܪܡܫܐ ܢܦܫܐ.
ܘܐܬܝܗܒ ܡܠܘܗ ܒܠ̈ܐ ܕܝܗܒ ܗܘܘ ܘܐܬܒܝܫܘ ܗܘܘ.
ܗܢܐ ܕܐܬܝܗܒ ܡܢ ܡܠܟܘܬܐ* ܒܪܡܫܐ ܕܝܘܡ.

v. 189 ita verterem : « (donum) quod huic servo bono concessum fuerat a Deo. » Itaque vocem ܠܥܒܕܐ non enuncio ܠܥܒܳܕܳܐ *operi*, sed ܠܥܰܒܕܳܐ *servo*, quam pronunciationem punctum infra positum indicat. In antiquis enim codd. mss. hæc regula fere observatur ut, ubi ambigua esse possit vocabulorum lectio, ibi sonus elatior superno, ille vero qui est relative mitior puncto inferno notetur; porro in præsenti casu inter

gerent ex verbis ejus divinis quantum doctrina ejus suavis foret et sapore polleret. Sane per Spiritum sanctum electus procul dubio loquebatur; *quare* nemo nimia de ipso (*de ejus merito personali*) opinetur.

[Mandaruntque Jacobo *episcopi*, ut collatam sibi a Deo gratiam nequaquam negligeret, sed doctrinam scripto traderet ecclesiæ et omnibus filiis ejus profuturam; nam ante prædictum episcoporum conventum orationes quidem ille habere consueverat, eas vero scripto vulgare præ summa animi demissione haudquaquam ausus fuerat,] *nempe* antequam Dominus ad ipsum episcopos misisset, iique detegissent thesaurum a multis absconditum.

Age vero exinde fluxit doctrina ejus maris ad instar, ex quo biberunt et gavisi sunt omnes sitientes. Ille est qui bibit ex benedicto fonte Edenis, et vicissim potum aliis tribuet, sicut scriptum est. Ille *est* qui ex labiis ejus tan-

vocales A et O posterior hæc altioris et fortioris pronunciationis habetur. — Qui regulæ hujusmodi generalis applicationes multiplices et de punctis diacriticis subtiliora scire velit, consulat Ewald : *Abhandlungen zur orientalischen und biblischen Literatur*. Göttingen, 1832, pp. 53-129.

v. 200. Verbum ܡܟܣܝܐ, quod equidem legendum putavi, vix vestigia reliquit in cod.

Digitized by Google

ܘܗܟܢ ܐܝܟ ܗܘ ܠܐܣܝܐ ܐܡܝܢ ܕܡܠܝܟ܀
ܗܢܐ ܕܕܪܡܢܐ* ܫܩܘܬܗ ܩܛܠܐ ܣܡ̈ܐ.
ܕܡܠܘܗܝ* ܢܩܠܐ ܟܪܝܗܐ ܕܒܪܐ ܒܡܫܟܢܘܬܗܘܢ܀
ܗܢܐ ܕܐܦܠ ܡܢ ܗܘ ܟܪܣܗ ܬܪ̈ܥܐ ܡܥܝ̈ܢܐ.
ܕܡܫܝܚܝܢ* ܠܗ ܠܠܒܝܬܗ ܕܒܪܐ ܕܡܫܝܚ ܟܠ ܐܣܘܬܗ܀
ܗܢܐ ܕܡܠܠ ܒܪܘܚܗ ܘܩ̈ܘܡܘܢܗܘܢ* ܡܢ ܦܘܠܘܣܬܐ.
ܗܘ ܕܐܬܡܗܘܬ ܡܢ ܒܪܘܢ ܠܬܪܥܘܬܗ܀
ܗܢܐ ܕܗܘܐ ܠܘܩܒܠ ܟܪܘܒܐ ܘܫܡܗ ܐܬܬܢܝܚܬ.
ܘܫܡܗ ܗܘ ܚܝܐ ܗܘܐ ܒܟܠܗܘܢ ܘܦ̈ܠܗܘܢ ܪ̈ܘܚܢܐ܀
ܗܢܐ ܕܗܘܐ ܫܒܪܐ ܕܡܠܟܗ ܪܘܚܐ ܡܘܕܥܐ.
ܘܗܘ ܠܟܠܗ ܗܘܐ ܐܦ ܣܝܒܪܗ ܗܘܐ ܒܟܠ ܚܫ̈ܚܬܐ܀
ܗܢܐ ܕܗܘܐ ܐܝܟ ܕܢܦܫܐ ܠܒܝܢ ܕܠܗܐ.
ܕܟܠ ܐܬܠܝܐ ܡܬܟܢ ܚ̈ܝܐ ܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗ ܒܗ܀
ܗܢܐ ܕܗܘܐ ܒܝܬܗ ܢܘܗܪܐ ܕܒܪܬ ܠܒܝܢܐ*.
ܕܒܝ ܡܬܬܠܝܢ ܠܐܬܪܘܬܐ ܠܟܠܗܘܢ ܦܫܝܛܐ܀
ܗܢܐ ܕܗܘܐ ܢܚܝܬ ܕܬܪܝܢ ܒܠܚܘܕ ܠܥ̈ܡܡܐ.
ܘܬܘ̈ܒܝܢ ܡܠܝܢ ܐܦ ܡܬܒܣܡܝܢ ܪ̈ܘܚܢܝܬܐ܀
ܗܢܐ ܕܗܘܐ ܒܝܬܗ ܕܡܠܬܐ ܢܘܗܪܐ ܠܥܘܪ̈ܐ.
ܕܩܕ̈ܡܐ ܒܬܘ̈ܒܐ ܦܫܝܛܐ ܠܐܝܠܝܢ ܕܡܬܦܪܫܝܢ ܠܗ܀
ܗܢܐ ܕܗܘܐ ܐܝܟ ܗܘ ܡܫܠܡܢ ܢܝܚܐ ܠܬ̈ܠܡܝܕܐ.

v. 202. Descripsi ܕܕܪܡܢܐ quod amanuensis errore positum arbitror pro voce ܕܕܪ̈ܡܢܐ a ܕܪܡܢܐ *pharmacum* et particula ܕ composita.

v. 203. ܡܠܗܝ in cod. est pro ܡܠܘܗܝ.

v. 204. ܟܪܣܗ ex spatio et ductibus paucis reposui. — Cfr. Joh. VII, 38.

quam pharmacum *emittit* aquas vivas, quarum potu ecclesia filii *Dei* jugiter reficitur. Ille ex ventre suo profudit rivos abundantes ad refocillandam ecclesiam filii *Dei*, qui pro ea mortuus est. Ille est cujus sinus cujusque fontes replebantur dono a redemptore nostro duodenario numero *apostolorum* concesso.

Ille effectus est templum Spiritui *sancto; is* in eo requievit, et *ipse* in illo *Spiritu* vivebat quoad omnes affectus suos spirituales. Ille doctorem proprium nactus est Spiritum sanctum, qui eum edocuit et erudivit ad omne sapientiæ genus.

Ille similis exstitit paradiso divino Edenis, in quo omnes arbores vitam tribuebant. Ille similis fuit magnifico fluvio Euphrati, qui sese dividens cunctas irrigat regiones. Item Gihon fuit secundus inter populos, bibuntque ex eo et spiritualiter lætificantur. Ille similis fuit Tigridi, flumini parvo, quod aquas suas benedictas accedenti ad ipsum propinat.

Fuit ille veluti Simon discipulorum princeps, quia etiam

v. 205. In ܕܡܫܡܫܝܢ litteræ ܫܡ vix lineamenta servarunt in cod.

v. 206. Verbum ܘܡܬܒܣܡܝܢ conjeci ex summis lineamentis quæ supererant in cod.

v. 214. Cfr. Genesis II, 10-14.

ܕܐܦ ܡܘܟܟܐ ܕܡܟܝܟܘܬܐ* ܐܫܬܘܝ ܠܗ ܀
ܗܢܐ ܕܗܘܐ ܐܝܟ ܡܫܝܚܐ ܗܘ ܒܪ ܪܥܡܐ*
ܕܒܗ ܠܡܫܝܚܘܬܗ ܕܒܪ ܐܠܗܐ ܒܫܠܡܐ ܓܒܪܐ ܀
ܗܢܐ ܕܗܘܐ ܒܡܫܘܬܐ ܠܬܐܘܡܐ ܕܢܓܥ ܠܒܣܪܐ*
ܘܠܐ ܐܬܟܠܝ ܐܝܟ ܕܐܦ ܬܐܘܡܐ ܒܡܗܝܡܢܘܬܐ ܀
ܗܢܐ ܕܗܘܐ ܐܝܟ ܡܫܝܚܐ ܦܠܟܝܗܝ ܡܢܗ ܀
ܕܥܡܕ ܠܒܪܐ ܘܫܡܥ ܠܩܠܐ ܘܚܙܐ ܠܪܘܚܐ*
ܗܢܐ ܕܗܘܐ ܒܡܫܘܬܐ ܫܡܠܝܘܢ ܡܫܟܚܐ ܟܝܢܐ ܀
ܕܟܠ ܥܡ ܟܠ ܗܘܐ ܗܘܐ ܕܟܠܗ ܢܬܪ ܐܝܟ ܕܢܩܢܐ*
ܗܢܐ ܕܗܘܐ ܢܒܝܐ ܒܪܘܚܐ ܕܟܝܢܐ ܚܝܐ ܀
ܘܡܠܘܗܝ ܐܫܬܡܥ ܠܗ ܟܝܢܐ* ܘܟܠܗ ܬܫܡܫܬܐ ܀
ܗܢܐ ܕܗܘܐ ܦܬܘܪ ܠܥܒܕܐ ܕܟܠ ܚܕܘܬܐ ܀
ܕܐܠܗܐ ܕܐܦܠܐ ܡܢ ܦܠܚܘܗܝ ܠܐ ܡܫܬܘܐ ܦܘܡ*
ܗܘܐ ܕܐܦܠܐ ܡܢ ܫܘܠܛܢܗ ܩܢܘܡܗ ܀
ܩܠܝܠ ܪܘܚܐ ܘܐܡܝܪܬܐ ܗܢܝܐܬܐ*
ܗܢܐ ܕܡܫܚ ܠܗ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܗܘ ܕܝܠܗ ܗܘܐ ܀
ܕܢܛܪ ܠܒܪܐ ܘܡܬܒܪܬܐ* ܘܐܝܬ ܒܦܬܟܐ ܀
ܗܢܐ ܕܩܒܠ ܘܡܫܡܫܢܘܬܐ ܐܦ ܠܒܪܬܐ ܀
ܘܡܫܡܫܢܘܗܝ ܠܒܘܪܬܐ ܠܒܢܝܐ ܕܟܠ ܡܪܘܬܐ ܀
ܗܢܐ ܕܗܘܐ ܐܝܟ ܡܫܝܚܐ ܡܢܗ ܒܐܘܪܚܬܐ* ܀

v. 221. In voce ܕܡܟܝܟܘܬܐ litteræ mediæ in cod. haud comparent.
v. 222. Cfr. Marc. III, 17.
v. 224. Cfr. Joh. XX, 27.
v. 227. Matth. III, 16-17.
v. 229. I Cor. IX, 22.

ipsi donum apostolatus fuit concessum. Fuit sicut Johannes filius tonitru, quippe qui evangelium filii Dei publice prædicaverit. Fuit similis Thomæ qui filium *Dei* attrectavit nec tamen sicut Thomas hæsitavit in fide. Fuit sicut Johannes, domini sui baptista, qui tenuit Filium, audivit Patrem et vidit Spiritum. Fuit similis Paulo apostolo electo, qui cum omnibus fuit *omnia*, ut omnes lucrifaceret, sicut scriptum est.

Fuit fons benedictus, vitam profundens, ex quo bibit omne Syrorum genus. Exstitit ille mensa felix, gaudiis affluens, ex cujus opsoniis si quis manducaverit non esuriet unquam.

Labiis suis sanctis verba spiritualia et cantica jucunda elicuit; dedit ei Spiritus sanctus, qui ipsum elegerat, ut mysteria et abdita scripturarum revelaret. Exposuit autem tam antiquum quam novum *testamentum*, ejusque expositionibus omnium sapientium animæ illustrantur. Fuitque veluti sapiens peritus in scientia qui doctrinam suam exhibuit apto ordine dispositam.

v. 231. Vocem ܟܢܫܐ restitui ex prima et ultima litteris, in cod. remanentibus.

v. 233. Cfr. Joh. VI, 35 coll. IV, 13.

v. 235. ܗܠܟ̈ܬܐ ex tribus litt. conjeci.

v. 237. Vox ܟܢ̈ܫܬܐ dubiæ lectionis videbatur in cod.

v. 240. ܡܫܒܚܬܐ conjiciendo posui, ob v. 380; ductus in hoc loco videbantur ܡ....ܢܐ

ܕܦܘܠܚܢܗ ܡܫܒܚ ܒܬܫܒܚܬܐ ܘܒܬܘܕܝܬܐ.
ܗܢܐ ܕܐܒܝܕ ܡܬܐܡܪܐ ܠܡܫܡܫܘ ܟܠܗ ܠܘܬ ܦܝܫܘܢܐ.
ܟܠ ܡܬܚܡܬܗ ܕܒܪ ܐܠܗܐ ܡܢ ܥܡܗ ܐܒܘܗܝ.
ܘܟܠ ܫܘܪܝܗ ܒܫܠܝܐ ܗܘ ܕܫܠܝܛ
ܘܟܠ ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܠܘܬ ܕܢܦܫܐ ܕܡܬܚܫܒܬܗ.
ܘܟܠ ܗܘ ܕܗܘܐ ܠܘܬ ܕܡܬܚܫܒܐ ܕܢܦܫܐ ܠܗ.
ܟܠ ܦܘܠܚܢܗ ܗܘ ܐܝܟܢܐ ܕܡܢ ܩܕܝܡ ܡܬܡܪܩ.
ܘܟܠ ܕܐܝܟ ܡܬܚܐܗ ܘܡܥܘܪܬܗ ܠܘܬ ܟܠ ܠܡܫܡܗ.
ܘܟܠ ܗܘܟܢܐ ܕܟܠ ܠܟܠܗܘܢܘܗܝ ܡܢ ܕܐܬܢܣܒ.
ܐܦ ܫܘܟܠܗ ܕܟܠ ܐܒܘܗܝ ܒܫܘܒܚܐ ܪܒܐ.
ܘܟܠ ܡܬܚܫܒܬܐ ܕܒܢܝܢܐ ܕܟܠܗ ܠܒܪܝܬܐ:
ܕܟܠ ܚܕ ܡܢܗܘܢ ܒܐܝܕܐ ܠܡܠܐ ܕܒܪ ܐܠܗܐ.
ܟܠ ܡܬܚܫܒܬܗ ܕܐܒܘܗܝ ܐܝܟ ܡܢ ܩܕܝܡܬܐ:
ܟܕ ܗܘܐ ܡܬܐܡܪܐ ܗܘ ܡܠܟܐ ܒܬܫܒܘܚܬܗ.
ܘܒܗ ܡܠܐ ܗܘܐ ܟܠ ܡܬܚܫܒܬܗ ܕܗܘ ܫܘܪܝܐ:
ܕܒܝܬ ܚܝܠܐ ܘܦܘܠܚܢܐ ܣܓܝܐ ܠܟܠ ܩܢܘܡܐ.
ܕܗܘ ܕܐܬܝܠܕ ܡܢ ܐܠܗܐ ܠܘܬ ܩܢܘܡܐ:
ܕܠܗܕܐ ܡܬܚܫܒ ܐܝܟ ܚܕ ܡܢܗܘܢ ܒܗ ܩܢܘܡܐ.
ܘܗܐ ܠܒܪܝܬܐ ܐܬܝܕܥ ܗܘܐ ܗܘ ܒܥܠܡܗ.
ܘܟܠ ܕܒܪܐ ܗܘܐ ܟܠ ܡܫܝܚܐ ܕܐܬܬܫܡܫ ܗܘܐ ܠܗ.
ܘܡܬܚܫܒܐ ܒܠܒܗ ܗܘܢܐ ܡܬܚܫܒܬܗ:
ܕܠܡܫܡܫܘ ܩܕܝܫܐ ܘܬܫܡܫܬܐ ܠܘܬ ܒܪܐ ܗܘܐ ܐܝܟ.
ܟܠ ܡܬܚܫܒܬܐ ܗܘ ܕܢܒܥܐ ܡܬܚܙܐ ܕܚܝܐ:
ܘܕܒ ܡܫܝܚܐ ܕܢܫܐ ܗܘܐ ܒܗ ܠܗ ܕܢܛܪܗ.

[Hic admirabiles homilias et expositiones scripsit de adventu filii Dei ex patre et de voluntaria ejusdem pro nobis exinanitione. Item de mysteriis quæ prophetæ de eodem pronuntiarunt, et de agmine apostolorum, qui eum sequuti sunt.

De humana ejus nativitate ex Maria, de mysterio mortis ejus et sepulturæ, et resurrectionis; de conversatione ejusdem cum discipulis suis postquam resurrexit, deque gloriosa ejus ad patrem ascensione et de cunctis hominum gradibus qui in mundum prodierunt, disserens quo quisque opere placuerit Deo.

De Adami e terrestri paradiso ejectione,] *omni* cura sua doctor sermonem composuit et in eo egit de illius præclari *viri* lapsu qui, cum a Deo in gradu angelorum collocatus fuisset ut sicut unus ex iis in paradiso *ipsi* servitutem præstaret, tantopere gemitibus ac doloribus obnoxius sapientibus *apparet*. Ecce vero voluntatis suæ vitio jumento factus est similis, eo quod mandatum sibi impositum transgressus sit, ideoque sic de eo scriptum est : nongentos et triginta annis flevit Adam ob lapsum quo peccando ceciderat; mandatum quippe conculcavit, cujus observatione vitam habuisset, ipsique etiam angeli et spi-

Digitized by Google

ܘܐܦ ܡ̈ܠܐܟܐ ܘܟܢ̈ܫܐ ܪܘܚܢܐ ܐܬܦܠܚܘܗ̇ ܗܘܘ.
ܟܠ ܕܢܣܒ ܗܘܐ ܡܢ ܦܪܕܝܣܐ ܕܡܠܝܐ ܛܘ̈ܒܐ:
ܗܘܢܐ ܥܘܬܪ ܗܘ ܦܠܚܘܬܐ ܠܟܘܠܗ̇.
ܗܐ ܡܢ ܗܪܟܐ ܟܢܫ ܗܘܐ ܪܥܝܐ ܠܡܠܟܘܬܗ.
ܘܐܦ ܩܢܘܢ ܡܬܩܪܐ ܕܫܡܝܐ ܗܘܐ ܟܠ ܡܪܕܘܬܐ.
ܕܒܪܐ ܠܟܠܐ ܥܡܗ ܬܠܡ̈ܝܕܐ ܗܘ ܚܕܡܐܠ.
ܒܪܝܟ ܗܘܢܐ ܕܦܐ ܡ̈ܠܦܢܐ ܕܠܟܠܝ ܪܥܝܐ.
ܠܐܪܟ ܩܝܡܐ ܘܟܬܪܗ ܒ̈ܟܠܗܘܢ ܐܟܡܐ ܕܘܠܐ*.
ܘܒܗ ܡܬܬܢܝܚ ܟܠ ܟܠ ܕܩ̈ܝܡ ܒܐܝܕܐ ܒܐܝܕܐ.
ܘܫܐܠ ܡܬܡܠܝܐ ܟܠ ܥܘܬܪܐ ܐܦ ܡܪ̈ܝܡܐ:
ܘܒܪܐ ܡܘ̈ܡܠܐ ܕܟܠ ܡܫܝܚܐ ܕܟܢܗ ܠܟܪܝܣܛܘܬܐ.
ܡܢ ܩܠܝܬܗܘܢ ܠܟܘ̈ܢܐ ܘܡ̈ܗܘܢ* ܚ̈ܝܐ.
ܘܦܢܩ ܫܘܒܚܐ ܘܡܬܝܠܕܬܐ ܡܫܝܚܬܐ.
ܡܢ ܬܫܥܝܬܐ ܕܡܗܘܐ ܠܗ ܡܪܝܐ ܠܐܠܐ ܒܪܝܐ.
ܘܫܠ ܡܠܗܘܢ ܥܐܬܐ ܟܬܒ̈ܝܐ ܘܟܠܗܝܢ.
ܕܪܒ ܒܝܬܐ ܗܘܐ ܡܬܗܪ ܒܝܥܬܐ ܘܪܒ ܫܘܥܠܐ.
ܘܓܙܪ ܦܬܓܡܐ ܠܪ̈ܝܫܐ ܡܫܝ̈ܚܐ ܕܟܠ ܚܕ ܡܢܗܘܢ.
ܗܘ ܡܐ ܕܗܠܐ ܐܦ ܐܪܒ ܠܗ ܕܠܬܢܝܢ ܒܗ.
ܒܪܝܐ ܕܡܢܟܐ ܠܬܫܒܘܚܬ ܐܠܗܐ ܗܕܐ ܦܐܝܐ.
ܘܠܡܠܝܐ ܡܠܠܐ ܕܫܘܒܚܐ ܡܢ ܒܪܘܠܐ.
ܘܠܡ̈ܢܝܢܐ ܘܠܡܒܩܪ̈ܢܐ ܪ̈ܝܫܐ ܕܟܢܫܐ.
ܡܬܝܠܕܬ ܡܫܝܚܬܐ ܫܦܝܪ ܢܗܫܝܢ.

vv. 272-275. Hæc magis ad litteram syriacam exacta ita redderem : « hoc enim æquum fuit, sermonesque expositiones et hymnos composuit.

Digitized by Google

ritus cœlestes attoniti sunt, quod e paradiso felicitatis referto exierit.

[Atque ita divino doctori placuit ab hoc initium doctrinæ suæ ducere; nam licet hymnus ille de curru Ezechielis admirandarum visionum prophetæ reliquis antecessit, maluit tamen doctor, Adamum omnium parentem homiliarum suarum agmen ducere, filiosque patrem sequi. Hoc enim æquum fuit, hymnosque et expositiones composuit, in quibus illustrium virorum imagines expressit, per omnes generationes orationem absque ordinis interruptione deducens.]

Gemmas ergo et pretiosas margarites e thesauro sibi a Domino concesso eduxit benedictus *ille* pater, iisque coronas texuit regibus et dominantibus, utpote qui esset dispensator scientia peritus et intelligentia magnus.

Hinc venerandis singulorum capitibus quod proprio eorum honori congruum esset et decens cœpit ordinare: capiti regis impositum fuit diadema pulcherrimum, principi autem corona ex beryllis contexta; judices autem et duces populi primates, margaritæ pretiosæ plurimum

orationem deducens per omnes successive generationes, atque verbis suis divinis et vivificis imagines depingens illustrium *virorum* quorumcunque mundum ingressi sunt etc.»

v. 276. In voce ܘܬܗܡܢ duæ litteræ priores discerni haud poterant in cod.

Digitized by Google

ܘܗ̈ܕܝܐ ܠܟܘܡܪܐ ܕܟܢܫܬܐ ܩܕܝܫܬܐ. ܘܟ̈ܗܢܐ ܡܫ̈ܝܚܐ.
ܕܐܡ̈ܝܪܐ ܕܟ̈ܠܢܐ ܒܗܘܢ ܠܡܫܡܫܘܢ ܐܘ ܠܡܬܪܓܡܘܢ.
ܒܥ̈ܕܬܐ ܕܫ̈ܢܝܐ ܕܡܫܡܫܢܘܬܐ ܠܟܠܗܘܢ ܣܓ̈ܝܐܐ.
ܘܡܠܠ̈ܠܠܢܐ* ܘܥܢ̈ܐ ܘܐܡܪ̈ܐ ܘܠܟܘܫܬܐ.
ܡܠܠܐ ܕܫܡܐ ܡܢ ܟܠ ܝܘܠܦܢ ܩܐܡ ܪܡܐ.
ܫܡܥ ܠܗ ܠܐܝܟ ܡܠܠܐ ܒܪܡܙܗ ܕܫܘܪܝܢ ܒܗ.
ܡܐ̈ܢܐ ܘܩܘܕܫܐ ܘܟܠ ܢܘ̈ܩܦܝܢ ܡܠܬܐ ܕܫܠܡܐ.
ܫܡܥ ܠܗ ܠܒܝܬܐ ܗܘ ܕܩܘ̈ܕܫܐ ܕܐܬܐ ܠܟܠܝܬܗ.
ܕܗܘ ܗܘܬ ܠܟܬܒܐ ܠܐܝܟ ܕܟܬܒ ܟܠ ܫܘܫܒܢܐ.
ܫܡܥ ܠܗ ܠܥܘܡܐ ܕܟܬܪܐ* ܬܗܘܐ ܐܘ ܡܬܐܘܒܠܬܗ*
ܒܟܠܗܘܢ ܫ̈ܡܗܘܗܝ ܟܠ ܕܐܬܟܬܒ ܗܘܐ ܒܪܫܡܬ ܐܝܟ.
ܫܡܥ ܠܗ ܠܗܘܢܟܠ ܡܠܠܐ ܒܪܡܙܗ ܕܢ̈ܒܝܐ ܒܪܡܙܗ.
ܒܗܘ ܕܐܬܬܒܪ* ܗܘܐ ܣܘܟܠܐ ܘܡܬܓܠܐ ܠܗܘܢ ܬܡܢܐ.
ܦܪܫ ܗܘܐ ܕܝܢ ܗܘ ܡܫܡܫܢܐ ܒܡܫܡܫܢܘܬܗ.
ܠܦܐܡ ܟܝܢܐ ܟܠ ܕܢܦܠ* ܗܘܐ ܘܡܬܠ ܐܣܘܗܝ.
ܦܠܓ ܫܡܪܐ ܠܐܝܟ ܕܦܠܐ ܒܟܠ ܒܪ̈ܘܬܗ.
ܕܒܗ ܐܬܦܠ ܢܒܝܐ ܘܐܝܟ ܕܐܦܠܝܢ ܗܘܘ:
ܘܐܦ ܟܠ ܗܢܐ ܡܬܐܡܪܐ* ܐܝܬ ܠܗ ܠܐܪܐ ܒܪܡܙܐ.
ܘܟܠ ܠܒܫ ܡܐܢܐ ܘܟܠ ܡܫܡܫܢܘܬ ܕܡܫܡܫܢܘܬܐ:
ܘܟܠ ܐܒܪܗܡ ܐܦܐ ܕܫ̈ܡܫܐ ܘܕܡܫܪܝܬܐ.

v. 290. ܘܡܠܠ̈ܠܠܢܐ lego, quamquam vix ultimæ vocis litteræ comparent.—Tria quæ sequuntur vocabula reddidi *oves et agni*, iisque intelligo Christianos omnes cujuslibet ætatis in hierarchico gradu haud constitutos.

v. 296. ܡܬܐܘܒܠܬܗ scripsi, quamquam litteræ in medio vocis aliam

decent uti gemmæ *decent* Ecclesiæ electæ præsules atque sacerdotes sanctos; ab his enim agni ovium signantur et signaculo muniuntur in aquis mundis baptismatis in veniam peccatorum *collati*; rectoribus demum ovibusque et agnis *convenit* nitida corona omnicolor et odoriferans.

Adami capiti imposuit coronam, doloribus et spinis necnon omnigenis cruciatibus insertam, ob ejus peccatum. Constituit Hevæ ut in doloribus pareret filios suos quippe quæ Adamo trangressionis mandati causa exstitit. Statuit serpenti pulverem ipsi per totam vitam in escam cessurum, quia deceperat Adamum.

Capiti Habelis coronam imposuit sanguine ejus continctam, eo quod dolore percita fuerit invidia quæ et hunc innocentem necavit. Porro doctor doctrina sua detexit ignominiam Caïni maledicti qui fratrem suum insidiose necavit.

De Seth autem clarissimo, Adamo in omnibus lineis similis, per quem in luctu suo Heva et Adam consolationem perceperunt, pariter tractatum habet benedictus pater, uti etiam de justo Noacho et de illustri Melchisedek. Item de Abrahamo populorum et familiarum patre;

conformationem præbere videantur. — In voce ܕܟܦܪܐ littera ܦ ob dilutum atramentum discerni non poterat.

v. 299. ܕܐܬܬܟܡܪ ܩܘܣ fere evanuit e cod.

v. 301. ܕܢܟܠ proprie : *qui insidiose et fraudulenter egit*. Verbum est dubiæ lectionis in cod.

v. 304. ܡܬܐܟܡܪܐ admodum obscure comparet in cod.

Digitized by Google

ܘܟܠ ܐܬܘ ܠܘܬ ܕܡܢܐ ܐܦܪܘܬ ܠܟ ܫܝܢܐ:
ܘܟܠ ܡܕܝܢܐ ܠܘܬ ܡܬܐܡܪܐ ܒܫܪܐ ܫܡܥ ܡܠܟܘܬܐ.
ܘܟܠ ܡܫܘܬܐ ܘܡܕܝܢܐ ܠܡܠܟܘܬܐ ܦܠܘܪܐܝܬ :
ܟܠ ܡܢܘܬ ܠܘܬ ܕܢܗܘܐ ܡܠܟܐ ܘܡܕܝܢ ܐܬܟܠܗܘܢ.
ܠܟܠܗ ܐܢܫ ܐܝܟ ܕܐܬܦܩܕ ܡܢ ܐܠܗܐ.
ܘܟܠ ܗܘ ܡܢܘܬ ܒܢܘܗܪܐ ܕܗܘܐ ܪܒܐ.
ܘܟܠ ܟܢܫܐ ܕܡܫܬ ܕܡܫܘܬܦܘܗܝ ܡܫܡܫܝܢ ܗܘܘ.
ܘܡܫܡܠܝܢܗܘܢ ܕܠܐ ܒܐܣܪܘܬܐ* ܒܢܝܗ ܡܫܝܚܐ.
ܕܡܫܠܡ ܦܐܡ ܠܒܟܠܗ ܝܠܕ̈ܐ ܡܘܕܐ ܫܠܡܐ.
ܘܟܠ ܠܟܠ ܡܢ ܬܘܬ̈ܝܐ* ܘܟܠ ܠܟܠܗܘܢ.
ܫܡܥ ܡܐܡܪܐ ܡܢܘܬ ܠܗ ܪܘܚܐ ܠܡܫܬܠܠܘ.
ܘܟܠ ܐܡܣܬ ܠܘܬ ܕܐܡܝܢ* ܒܪܘܚܗ ܟܠ ܫܡܝܢܐ*.
ܘܟܠ ܐܣܬܪܐܝܠ ܕܒܙܐ ܒܫܠܡܗ ܐܦ ܫܡܥܬܐ.
ܘܟܠ ܡܘܫܐ ܠܘܬ ܝܠܕܐ ܢܗܝܪܐ ܐܦ ܢܒܝܐ.
ܕܐܦܐ ܠܢܗܝܪܬܐ ܕܟܠܗ ܗܘ ܫܡܥܝܢ* ܟܠ ܝܠܕ̈ܐ*.
ܘܟܠ ܐܠܗܐ* ܠܘܬ ܗܘ ܒܪܘܚܐ ܕܗܘ ܠܟܝܢܗ ܗܘܐ.
ܠܐ ܪܒܐ ܕܬܡܪܐ ܒܡܫܠܡܗ ܘܡܪܢܐ ܒܟܠ ܒܪ̈ܝܢ:
ܘܟܠ ܕܢܐܡܠ* ܘܡܢܗܠ ܘܡܫܡܗ ܘܬܘܠܕܬܗ.
ܝܠܕܐ ܕܢܗܝܪܬܐ ܐܬܠܡܝܕܗ ܗܘܐ ܡܢ ܡܠܐܟܐ.

v. 314. ܕܠܐ ܒܐܣܪܘܬܐ non tam legi quam potius ex vestigiis conjeci.

v. 316. Cfr. 1 Petri II, 11, ubi reperitur vox ܬܘܬܝܐ, quæ in *lexicis* nondum notatur. Derivari eam puto ab ܐܬܐ *advenit*.

v. 318. Significatio quam tribui voci ܐܡܝܢ in Castelli *lexico* non reperitur; sed eam admittit Bernsteinius in *lexico chrest. Kirschianæ*.— In voce ܫܡܝܢܐ littera ܢ dubiæ lectionis erat in cod.

de Jobo qui tantopere cum satana præliatus est. De Moyse vero et de plagis quibus Ægyptum terribiliter percussit composuit doctor sermones decem. *Tractavit* etiam de Josue qui, occisis regibus, horum terram Dei jussu Abrami filiis distribuit. De Jesu, filio Josedek, sacerdote magno.

De filiis Seth qui in principiis suis honesti fuerunt, sed tamen non ad finem usque in virtute perdurarunt, siquidem gigantes cum Caïni filiabus in turpem fornicationem cecidere.

De Elia deinde filio advenorum (*Galaad*) et de Eliseo plurimos ipsi sermones enarrandos tribuit Spiritus. De Isaaco qui in sacrificio suo sese fortiter gladio objecit. De Israële qui scalam vidit in somnio. De Josepho puero formoso et innocente, qui concupiscentiam devicit a qua gigantes omnes rei constituti sunt.

De Enos sapiente, qui docuit terram nomen Domini jugiter invocare. De Daniele qui ob jejunium et orationes suas vir desiderii fuit nuncupatus ab angelo.

v. 321. ܢܣܩܘܢ legi dubitando — Pro ܠܡܨܪܝܐ exscripseram ܠܡܨܪܐ

v. 322. Habetur hic in cod. ܐܝܘܒ *Jobus*, sed in margine notatur ܐܢܘܫ *Enos*, quæ procul dubio vera lectio est. Cfr. *Gen.* IV, 26.

v. 324. Vox ܕܓܠܢ pæne evanuit in cod.



Digitized by Google

ܟܠ ܚܝܠܠܐ ܘܟܠ ܟܪܘܙܐ ܘܟܠ ܡܫܡܫܢܐ.
ܦܠܛܘ* ܕܐܡܪ ܕܥܡܐ ܠܡܫܝܚܗܘܢ ܡܩܛܠܝܢܗܘܢ.
ܕܒܗ ܒܝܘܡܬܐ ܡܪܝܐ ܚܝܪܘ* ܗܘܘ ܒܥܠܡܘܬܐ.
ܘܫܒܩܘ ܡܠܟܗ ܕܝܢ ܠܐ ܡܫܬܟܚܝܢ ܡܢ ܡܩܪܒܘ.
ܟܠ ܣܝܡܬܐ ܘܟܠ ܐܘܨܪܐ ܘܟܠ ܐܣܟܡܐ.
ܒܟܝܢ ܗܘܐ ܡܬܐܡܪܐ ܘܦܠܛܘ ܐܢܘܢ* ܐܝܟܢܐ ܕܚܙܝܢ*.
ܟܠ ܡܘܠܝ ܠܘܬ ܗܘ ܒܪ*. . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . .

ܟܠ ܟܠ ܠܐܝܩܪܝܢ ܕܡܩܒܠܢܐ ܡܢܗ ܟܗ ܪܘܚܐ.
ܕܢܦܠܠ ܗܘܐ ܐܝܟ ܡܢܩܐ ܡܢܗ ܟܠܗ.
ܘܟܠ ܟܠ ܡܬܪܥܝܢ ܕܢܦܫܐ ܘܡܬܬܐ ܕܟܠܗ ܠܥܒܕܘܬܐ:
ܚܝܐ ܘܩܝܡܬܐ ܡܠܟܐ ܘܚܝܠܐ ܕܥܬܝܕܘܬܗܘܢ
ܘܠܐ ܐܝܬ ܡܕܡ....* ܕܥܡܐ ܕܠܐ ܚܙܐ ܠܗ.
ܘܫܡܥܘ ܐܠܗܐ* ܟܠ ܡܠܟܘܬ ܐܘܡܬܐ ܕܥܡܐ.
ܗܐ ܡܢ* ܗܘܐ ܚܙܐ ܠܗ ܐܠܗ ܕܥܡܐ ܫܡܝܐ*.
ܘܥܡܐ ܣܓܝܐܬ ܘܐܘܡܬܐ ܥܡܝܢ ܒܟܬܒܝܗ:
ܘܥܡܐ ܡܟܝܟ ܘܥܡܐ ܠܡܫܝܚ ܘܐܘܡܬܐ ܩܕܝܫ.
ܘܥܡܐ ܥܒܕܝܐ ܐܝܬܝܗ ܒܝܬܐ* ܡܠܟܐ ܘܟܠܗ.

v. 327. In ܦܠܛܘ pauci ductus videri poterant.

v. 328. De verbo ܚܝܪܘ supererat ܚܝ.

v. 331. Supplevi ܕ in verbo ܕܚܙܝܢ et integram vocem ܐܢܘܢ.

v. 332. Sequitur in cod. spatium trium linearum penitus abrasum, et porro etiam in sequentibus sex aut septem prima vocabula evanuerunt, ut adeo sensus effici nequeat. Ex quibus tamen tres versus seqq. Assemanus suo tempore describere potuit.

Digitized by Google

Hananiæ, Azariæ et Misaëlis quam sint elogia admiranda quis dicere valeat; hi *enim* cum flamma prælium confidenter instituerunt, indeque ascenderunt quin ejus ardore læsi fuissent. De Ezechiele autem, Jeremia et Isaia sermonem habuit, in quo eos pro merito laudavit. De Jona autem filio . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

[Divinoque spiritu efflatus, de cunctis cœlestium ordinibus disseruit, qua scilicet ratione adstent coram Deo; præterea de omnibus piorum impiorumve, qui in mundo exstiterunt, gradibus, sive quum viverent, sive postquam vita defuncti fuerunt, tractavit, eorumque mores gestaque descripsit.]

Neque quidquam erat... absconditum, quod ipse non demonstraverit; atque *hinc* unusquisque cognovit quale esset ejus meritum; nam hinc considerare licet quantum sit præstans, quantum sapiens, et in operibus suis honestus, quam humilis, innocens et sanctus, quantum virtutis electo huic interius exteriusque competeret, quantum etiam angelus ejus cautus fuerit et gloriæ ejus invigilarit, ut ne

v. 337. ܐܝܟ ܡܟܪܙ. ad complendum sensum pro vacuo spatio posui.

v. 338. Vocem ܐܠܗܐ pro spatio penitus abraso scripsi, maxime ob v. seq.

v. 339. Vocem ܡܠܟ ex sensus exigentia posui; in cod. ductus apparent trium aut quatuor litterarum, quarum certe prior ܡܠ erat. ܡܫܡܐ autem ob litteras ܫܡ restitui.

v. 342. Voces ܫܘܦܪܐ ܐܝܟܢ ܨܘܚܡܐ incertæ sunt lectionis.

ܘܡܛܠ ܒܚܙܘܗ ܗܕܝܪܐ* ܘܦܐܝܐ ܠܗ ܠܫܘܒܚܗ*

ܕܠܐ ܠܡܫܒܚܐ* ܡܢ ܫܡܝܐ ܘܫܡܚܘܬܗ ܀

ܪܒ ܫܡܥܐ ܗܘܐ ܕܟܠ ܫܡܗ ܠܐܬܪܐ ܕܡܪܝܗ ܡܫܡܠܝ .

ܕܡܪܝܗ ܡܒܩܪ ܠܗ ܕܢܥܪܘܩ ܡܢ....*

ܩ̈ܠܝܐ ܕܪܘܡܐ* ܦܓܥ ܫܡܥܘܗܝ ܡܢ ܩܪܘܒ .

ܕܫܡܗ ܒܐܫܬܪ ܘܫܡܗ ܒܗܪܐ ܐܝܟ ܕܫܡܥܗ ܀

ܠܗܘܢ ܦܓܥ ܗܘܐ ܐܒܐ ܩܪܝܒܐ ܡܢ ܐܠܗܐ .

ܕܢܦܠܛ ܗܘܐ ܠܡܠܟܘܬܐ ܢܟܣܐ ܟܠ ܕܡܫܟܚܐ :

ܘܠܗ ܒܥܠܝܢܐ ܫܒܩ ܘܡܬܛܫܐ ܐܒܐ* ܩܪܝܒܐ .

ܐܠܐ ܐܫܬܘܗܝ ܒܟܠ ܡܬܩܢܢܘܬܐ* ܟܡܐ ܕܐܫܬܪܝܘ ܀

ܘܐܠܗ ܕܪܚܡܬ ܒܥܒܕܐ ܐܪܕ* ܘܚܙܪ ܠܡܫܐܠܬ*

ܘܚܙܝ...* ܡܟܫܘܠܬܗ ܕܫܡܝܐ ܪܒܐ ܀

ܘܐܬܐ ܗܘܐ ܟܠ ܡܢܩܝܐ ܘܟܠ ܡܬܚܢܢܐ .

ܘܚܙܝ ܚܕܝܐ ܘܐܬܦܨܝܐ ܒܗܘܢ ܫܡܫܐܝܬ .

ܚܙܝ ܫܘܦܪܗܘܢ ܕܐܢܫܝܢ ܕܚܒܫܘ* ܟܠ ܐܠܗܐ .

v. 343. Ex ܗܕܝܪܐ, apparebat ܪܐ ...ܗ. — ܠܫܘܒܚܗ *gloriæ ejus*, vel forte rectius : *glorioso huic viro;* nam sæpe Syri abstracta nomina pro concretis ita ponunt. Vide ܡܫܒܚܬܐ eodem modo adhibitum supra v. 156.

v. 344. ܠܡܫܒܚܐ quod solum in ms. apparebat, putavi fuisse ܠܡܫܲܒ̈ܚܐ a ܫܲܒܲܚ.

v. 346. Duo vocabula seqq. discernere nequivi.

v. 347. Descripsi ܕܪܘܡܐ quod ܕܪ̈ܘܡܐ procul dubio legendum sit.

v. 351. Vox ܐܒܐ evanida ferme erat in cod.

v. 352. ܡܬܩܢܢܘܬܐ conjeci ex reliquiis litterarum.

v. 353. ܐܪܕ accepi pro imperativo in specie *katel* a verbo ܪܕ. De rariori hac forma videsis apud Ill. Beelen, *S. Clementis rom. epistolæ binæ de Virginitate*, p. 155, notam 4 et p. 49 ubi eam explicat per

Digitized by Google

a satana ejusque virtutibus *a recto tramite* dimoveretur. Dispensator fuit thesauro a domino suo præfectus, cui dominus gubernationem tribuit......

Claves cœlorum a Redemptore nostro Simeon accepit, ut cum eis ligaret et cum eis solveret pro sua voluntate; has etiam accepit benedictus pater a Deo, ut omnes prophetas et apostolos laudaret.

Neque *tamen* inter apostolos reponendus et locandus est benedictus pater, sed ob mores suos *præstantes* in dignitatibus universis. Si ergo libuerit, cum amore prosequere et attente considera, videasque.... quam insignis fuerit ipsius gradus.

Applica ergo mentem tuam ad priores et medios, itemque vide posteriores, atque omnes sapientes observa. Vide eorum præstantiam qui Deum coluerunt, attende quoque et vide eos qui satanæ mancipati fuerunt: quam

verbum *venari*, cui notioni similem plane intellexi in præsenti loco.— ܬܘܩܢܐܝܬ in *lexicis* non habetur. Derivatur a rad. ܬܩܢ *stetit*, *constitit*, *firmus stetit*; ܬܩܢ *statuit*, *condidit*. Hinc, cum de actu mentis ܬܘܩܢܐܝܬ ut in præsenti loco adhibetur, significari putem *firmitatem*, *attentionem*, et porro vertendum: *attente*.

v. 354. Vox una erat in cod. prorsus abrasa.

v. 355. ܘܐܬܐ. In cod. solum apparet ܘܐܬ. Porro speciem *katel* verbi ܐܬܐ nuspiam inveni ea notione *adducendi*, *applicandi*, quam ei hoc loco tribuendam censui. Forsitan erronee scripserit librarius ܘܐܬܐ pro forma *aktel* ܐܝܬܐ.

v. 357. In cod. abrasa est littera ܘ in voce ܕܡܚܟܡ

ܘܒܬܪ ܙܒܢ ܘܣܦ* ܠܐܠܗܝܢ ܘܦܓܪܗ ܟܠܗ ܫܠܡܐ.
ܡܢ ܚܫ̈ܫܝܢ ܐ̈ܠܢ ܕܚܙܝܢ ܠܗܘܢ ܫܬܐ.
ܡܢ ܕܡܬܬܢܚܐ ܚܫ̈ܘ* ܕܢܐ ܠܟܠܗܘܢ ܒܪ̈ܝܬܐ.
ܘܡܫܐ ܗܒܠܝܢ ܠܗܘܢ ܩ̈ܛܠܝܢ ܓܘܠܐ ܘܟܠ ܒܪ̈ܝܬܐ.
ܟܠ ܫܠܡܐ ܕܪܚܡܘܗܝ ܐܬܠܗܘܢ ܐܦ ܡܠܟܘܬܗܘܢ.
ܚܘܪ ܒܢܝܫܐ ܐܦ ܒܡ̈ܬܠܡܢܐ ܘܡܕܒܪ̈ܢܐ.
ܘܡܩ̈ܠܠܢܐ ܠܙ̈ܡܝܢ ܗܕܡܝܐ ܘܩ̈ܠܠܢܘܬܐ*.
ܐܝܟ ܠܐܒ̈ܠܐ* ܐܦ ܠܒܬܘ̈ܠܐ ܘܠܒܬܘܠܬܐ*.
ܘܠܥܠܡ̈ܝܐ ܘܠܡܫܒ̈ܚܐ ܘܠܝܕ̈ܘܥܐ.
ܐܝܟ ܠܡܫܪ̈ܝܐ ܘܠܡܬܟ̈ܫܦܢܐ ܘܠܚܒ̈ܘܫܐ
ܐܝܟ ܠܝ̈ܬܡܐ ܘܠܩ̈ܫܝܬܐ ܐܝܟ ܠܓ̈ܝܘܪܐ.
ܐܝܟ ܠܡܣ̈ܟܢܐ ܐܝܟ ܠܥܠ̈ܝܡܐ ܐܝܟ ܠܩ̈ܫܝܫܐ.
ܡܫܬܡܠܝܢ ܐܝܟ ܠܝ̈ܘܬܡܐ ܘܐܝܟ....*
ܐܝܟ ܠܐ̈ܒܗܐ ܒܗܢܐ ܚܫܫܝܢ ܗܠܝܢ* ܕܐܢܫܝܢ.
ܐܦ ܚܙܐ ܒܗܘܢ ܕܟܐ.... ܕܠܗܘܢ ܩܕܡ:
ܗܠܝܢ ܡܠܗܘܢ ܕܐܢܫܬ ܡܘܕܝܢܝܢ* ܐܘ ܓܡܘܪܐ.
ܕܐܬܐ ܠܗ ܥܠܡܘܬܗ ܕܝܘܡܢܐ ܕܒܗܢܐ ܙܒܢܐ:
ܕܫܡ ܚܕ ܡܠܬܗܘܢ ܡܠܬܐ ܣܓܝܐ ܕܐܢܫܘܬܐ.
ܡܣܡܟܐ* ܠܗܘܢ ܘܒܗ ܡܬܬܠܝܗ ܗܘܘ ܟܠ ܦܪܘܩܝܢ:
ܘܠܐ ܢܬܠܝܢ ܗܘܐ ܙܒܢ ܩ̈ܠܝܠܗܘܢ ܐܦ ܕܢܩ̈ܒܐ.

v. 358. Vox ܣܦ evanuit.

v. 360. ܚܫ̈ܘ = ܚܫܘܟܐ

v. 364. ܩ̈ܠܠܢܘܬܐ exscripseram, quod quid sit ignorans, restitui ܩ̈ܠܠܢܘܬܐ

v. 365. ܐܒ̈ܠܐ *lugentes* erant religiosi instituti genus. Cfr. B. O. IV,

pulchri sunt justi qui volabunt ante sponsum, ubi is sese mundo manifestabit cum gloria magna, et vicissim quam odibiles sunt omnes iniquitatem et mala operantes cum satana, magistro eorum et doctore!

Attende prophetas, apostolos et evangelistas, magistros quoque orthodoxos eorumque doctrinas. Considera lugentes, virgines utriusque sexus et ascetas, monachos et cœnobitas. Vide eos qui seipsos spoliaverunt, pauperes ac mendicantes, item persecutioni obnoxios ac neci, lapidatos, humiles, mansuetos, mites, misericordes et sanctos.... Vide pœnitentes, quam præclari *sint* qui pœnitentiam agunt. Pariter considera eos....

Quos omnes memini coram te, o auditor, ut tibi gradum electi nostri tam sublimem manifestarem; eorum namque singulis levis quædam particula doni prophetici concessa fuit, qua de Salvatore nostro loquerentur; neque

p. 857.—Vocem ܘܡܫ̈ܡܠܝܘܬܐ in plurali sensu accepi, quamquam signum *ribui* absit in cod.

v. 370. Ultima hujus versus vox evanuit.

v. 371. Vocem ܗܠܟܝܢ adscripsi ob vacuum in cod. spatium.

v. 373. Ex ܕܡܠܟܝܢ... feci ܘܡܕܠܟܝܢ.

v. 376. Supplevi verbum ܣܗܡܐ quod spatio, contextui et metro convenit.

Digitized by Google

ܐܠܐ ܠܐܢܫܐ ܕܙܟܐ ܡܢܨܚܐ ܕܢܣܒܐ ܠܗܘܢ .
ܘܗܘܐ ܝܗܒܐ ܢܓܕ ܐܢܬܝ ܐܝܟ ܕܡܫܡܫܢܐ .
ܥܒܕܐ ܠܗܘܢܘܗܝ ܠܟܠܗܝ ܒܪܝܫܬܐ* ܘܡܦܠܚ ܠܗܘܢ .
ܦܠܠܗ ܒܐܡܪ ܕܒܪܝܢ* ܗܘܐ ܡܢ ܗܘ ܝܗܘܕܐ
ܕܠܡܥܒܕܬܐ. ܕܡܫܝܚ* ܕܐܪܐ ܘܟܠ ܒܩܘܫܬܐ .
ܕܗܠܝܢ ܡܠܠܠܗ ܕܝ ܠܐ ܦܝܩܘ ܡܢܗܘܢ ܕܐܡܪܘ .
ܘܗܘܐ ܐܬܐ ܘܦܩܕ ܐܢܬܝ ܐܝܟ ܕܐܬܬܥܗܘܢ :
ܐܬܐ ܠܟܝ ܡܫܝܚܐ ܕܝܢ ܗܘ ܝܗܘܕܐ ܕܡܫܝܚܘܬܐ.
ܘܒܕܝ ܒܡܠܐ ܕܦܬܐ ܡܥܒܐ ܒܥܝܬܐ ܐܘ ܠܡܥܒܕܐ:
ܕܡܠܟܐ ܕܐܪܐ ܡܢ ܒܪ ܦܠܠܚܐ ܕܠܡܥܠܐ ܠܗ .
ܘܢܠܟܐ ܡܫܘܐ ܠܥܠܡܠܡܐ ܐܘܪܚܐ ܕܚܝܐ .
ܘܗܘܝ ܐܟܘܢ ܕܕܐ ܗܘܐ ܒܐܘܪܚܐ ܕܚܘܒܐ ܡܠܟܐ.
ܘܠܗ ܠܫܒܪܬܐ ܦܩܕܢ ܗܘܐ ܠܗ ܒܥܠܝ ܪܡܐ :
ܘܠܗ ܠܫܒܪܬܐ ܒܠܚܘܕ ܐܓܪܐ ܫܒܐ ܢܗܘܐ .
ܐܠܐ ܠܟܠܗ ܢܓܫܐ ܡܠܟ ܗܘ ܫ̈ܠܝܚܐ .
ܘܒܢܘܪܐ ܘܒܡܫܒܚܪܢܐ* ܘܒܩ̈ܠܠܡܢܐ .
ܐܬܝܗܘܢ ܕܢܝܚܘ ܕܠܡܠܗܘܢ ܐܓܪܐ ܠܠܬ̈ܝܬܐ .
ܘܒܬ̈ܘܡܐ ܠܘܩ̈ܒ ܘܒܬ̈ܘܠܬܐ ܒܢ̈ܬ ܩܝܡܐ*.
ܐܦ ܒܝܡܬܪܐ ܘܒܐܦ̈ܬܐ ܐܦ ܒܪ̈ܘܒܪܘܗܝ*
ܝܗܒܐ ܗܘܐ ܐܟܘܢ ܒܟܠܗܘܢ ܕܡܠܗ ܡܫܬܠܡ.

v. 380. ܒܪܝܫܬܐ pro vacuo spatio supplevi.

v. 381. ܕܒܪܝܢ ex solis ductibus ܪܝ perfeci, quod sinebant sensus et metrum.

v. 382. In ܕܡܫܝܚ solum apparebant litteræ seqq. ܡܫܝܚ

v. 393. Scripseram ܘܡܫܒܚܪܢܐ. Error manifestus pro ܘܡܫܒܚܢܪܐ.

vero *omnibus* aperta erant verba prophetarum, sed iis tantum hominibus quibus ea Dominus manifestare voluit. Hic vero electus ea declaravit veluti in *lumine* solis, lucem suam mundo manifestans eumque exhilarans. Quis dicat hunc fuisse prophetarum cœtui inferiorem qui mysteria vidit et abscondita quæque? ea scilicet enarrarunt ipsi *prophetæ*, quamquam interim ea quæ loquebantur non exponerent; at vero advenit is eaque prout essent exposuit.

Age vero, apostolorum cœtum considera, tam purum et serenum, simplicem ac innocentem, mysteria ediscens a filio *summi* regis cui adhæserat, atque aperte hominibus edocens salutis viam; sed ita quoque pater noster ea via incessit qua regis operarii; ipse enim evangelium præclara voce prædicavit; neque modo evangelium prædicavit senex illustris, sed et universum apostolorum ordinem præconiis celebravit, atque inter prædicatores, evangelistas et doctores, gradus ejus constituendus est, qui cum iis futura prænunciavit.

Pariter inter virginitatis cultores et cultrices, inter perfectos et patres, moribus suis intelligi merebatur pater noster. Etenim, sicut isti, ita ipse domino servivit in

v. 395. Post ܒܢܬ reperitur in cod. lacuna, pro qua vocem ܩܝܡܐ reponere non hæsitavi. Est enim ܒ̈ܢܬ ܩܝܡܐ *filiæ fœderis* usitata apud Syros expressio, qua virgines Deo sacras denotant. Cf. Beelen, *op. cit.* p. 174.

v. 396. Hujus vocis priora elementa hæcce videbantur ܒܪܘ, unde feci ܒܪܘܡܪܘܣ

ܕܐܒܗܬܗܘܢ ܝܗܒ ܦܓܪܗ ܠܟܠ ܡܪܢܗ ܩܛܠܐ ܢܝܚܐ.
ܕܡܫܬܪܘܬܐ ܕܗ̇ܠܝܢ ܕܡܠܟܗܘܢ ܐܡܬܗ ܗܘܬ ܝܗܒ.
ܘܕܡܠܟܗ ܕܣܡܝܐ ܠܗ ܠܡܠܟܘܬܗ ܘܠܡܩ̈ܛܝܠܐ.
ܢܛܪ ܢܝܚܐ ܠܟܝܢܗ ܗܘܐ ܝܗܒܐ ܠܟܠܗ ܫ̈ܪܝܘܗܝ.
ܕܒܗ ܐܬܕܡܝܘ* ܐܦ ܩ̈ܕܝܫܐ ܕܠܥܠܡ* ܚ̈ܝܐ.
ܠܒܝܫܐ ܠܟܠܐ ܕܡܫܝܚܘܬܐ. ܘܕܠܒܪܢܫܘܬܐ.
ܘܡܟܝܟܘܬܐ ܕܢܘܗܪܐ ܦܓܪܐ ܠܢܦܫܐ ܠܗ̇.
ܘܙܕܝܩܘܬܐ ܕܡܢ ܝܘ̈ܡܐ ܩ̈ܠܝܠܝܢ ܣܘܓܐܐ.
ܘܡܝܬܪܬܐ ܕܡܟܝܟܘܬ ܡܛܠܬܐ ܡܢܗ ܐܡܝܢ ܕܠܐܒܝܗ.
ܠܗܠܝܢ ܡܠܗܝܢ ܘܩ̈ܕܝܫܐ ܢܛܪ ܡܢ ܗܠܝܢ.
ܐܬܚܙܝ ܗܘܐ ܘܡܟܣܝܬܗ ܘܡܓ̈ܠܝܬܗ.*
ܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗ ܙܘܥ ܗܘ ܕܡܢܗ ܠܗ ܪܘܚܐ ܕܝܢܝܚܗ.
ܕܢܒܘܐ ܗܘܐ ܗܘ ܣܦܪܐ ܩ̈ܠܐ ܕܟܠ ܠܢ̈ܒܝܬܐ.
ܘܐܬܐ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܘܐܬܪܝ ܟܠܗ ܡܘܪܒܝܗ.
ܗܘܝܬܐ ܕܢܒ̈ܝܐ ܢܒ̈ܝܘ ܒܗ ܡܫ̈ܠܡܐ ܗܘ̈ܠܝܬܐ*.
ܘܩ̈ܠܐ ܫ̈ܠܝܐ ܘܐܡܪܝܬܐ ܕܟܠ ܗܝܟܠܐ*.
ܕܒܗܘܢ ܙܟܝܐ ܒܪܬܐ ܡܫܡܪܬܗ ܕܡܫܝܚܐ.
. . . . . . . . . . . . . . . . . .
ܙܟܝܐ ܝܗܘܒܐ ܗܘ ܕܢܦܫܐ ܟܠܗ ܡܪܡܠܢܗܘܢ*.
ܒܡܘܬ ܕܡܪܢܗ ܘܦܫܐ ܕܦܓܡ ܫ̈ܠܡܝܢܗܘܢ.

v. 402. Verbum ܐܬܕܡܝ, ubi construitur cum ܒ est *imitari quempiam*; et cum seq. ܠ est *similis fieri, assimilari*. Cfr. Ill. Beelen, *Clementis Romani epistolæ binæ de virginitate* ed. 4ª p. 140. — Vocem ܕܠܥܠܡ ex meo addidi ad supplendam vocem evanidam.

v. 408. ܘܡܟܣܝܬܗ ܘܡܓ̈ܠܝܬܗ proprie = *et in abditis suis et in publicis suis*.

Digitized by Google

corde bono, et virtus qua ii præstabant, etiam ipsi facta est propria, qui sanctus *exstitit* et sibimet et *aliis* multis; fiebat *namque* electus noster omnibus eum contemplantibus exemplar optimum, quem imitati sunt multi ut salutem consequerentur.

In gradu austero voluntariæ exinanitionis, abstinentiæ, mansuetudinis quæ sese percutienti præbet maxillam, persecutionis domesticorum veritatem odientium, ac necis quotidianæ propter Dominum, uti scriptum est, in iis *inquam* omnibus, imo et iis multo majoribus partem ipse habuit, cum affectu interno, tum publicis moribus.

Præterea a Spiritu qui ipsum elegerat id sibi concessum habebat, ut foret cithara omnigena melodia resonans, utque Spiritus sanctus descendens ipsius oblationi obumbraret, et labia ejus emitterent cantica suavia, sonos jucundos, omnigenas psalmodias, quibus ecclesia Unigeniti sponsa gaudio afficeretur . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . .

Gaudeat cœtus prophetarum dum eorum lectiones fiunt, in die commemorationis senis qui eorum visiones exposuit.

v. 412 librarii aut alterius glossema inde facile deprehenditur, quod syllabæ plures præter numerum debitum abundent.

v. 413. In cod. exstat ܡܘܣܠܦ

v. 414 sequuntur versus forsitan 6 aut 8, quorum texturam et sensum ex paucis quibusdam vocibus reliquis eruere non potui.

v. 415. Legi ܡܙܠܠܗܘܢ ex seqq. ductibus ܡܙ...ܗܘܢ

ܟܣܝܐ ܓܒܪܐ ܗܢ ܕܫ̈ܠܝܚܐ ܕܒܪ ܪܥܝܢܗܘܢ*

ܗܘ ܕܐܬܪܓܫ*.... ܒܗܝܡܢܘܬܐ.

ܠܢܒܝܐ ܛܘܪܐ* ܕܡܣܒܪܢܐ ܘܕܒܪܘܢܐ.

ܘܕܡ̈ܠܟܐ ܐܬܩܪܝ ܗ̄ܘ̄* ܒܗܢܐ ܡܘܡܐ.

ܕܒܗ ܡܬܬܪܓܡ ܐܦ ܡܬܦܫܩ ܐܦܐ ܒܪܡܐ.

ܐܝܟܢܐ ܕܡܫܝܚܐ ܒܝܫܘܥܗ ܘܡܫܡܠܝܘܬܗ.

ܠܒܘܟܝ ܡܘܕܝܢ ܡܫܝܚܐ ܟܠ ܟܢܘ̈ܫܐ.

ܘܩ̈ܠܘܬܐ ܟܘܢ ܘܩܠ̈ܝܠܬܐ ܟܠ ܓܒ̈ܪܐ.

ܘܐܪܡܝܐ ܢܦܫܐ ܕܩ̈ܕܝܫܐ ܘܡܫ̈ܡܫܢܐ.

ܘܕܡܪܘܬܐ ܘܕܡܬܡܪܝܢܐ ܘܕܡܫ̈ܡܫܢܐ:

ܘܕܕܡܪܘܬܐ ܘܕܡܟܬܒܢܐ ܘܡܬܪܚܡܢܐ.

ܘܕܐܒ̈ܗܬܐ ܟܘܢ ܐܦ ܕܕ̈ܝܪܝܐ ܐܦ ܕܩ̈ܫܝܫܐ.

ܐܦ ܕܡܠܦ̈ܢܐ. ܐܦ ܕܡܫܪܘܬܐ ܕܡܠܟܘܬ ܡܢܝ.

ܕܡܠܟܘܬ ܫܡܝܐ ܕܒܗ ܡܬܩܪܐ* ܫܒܩ ܡܬܝܢܐ.

ܒܗܘܢ ܟܐܢ̈ܘܬܐ ܕܡܫ̈ܝܚܐ ܠܒܫܝ ܡܘܕܝܢ.

ܒܗܘ ܡܠܟܘܬܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܐܬܩܪܝ ܡܘܡܐ.

ܡܢܗܘܢ ܓ̈ܒܪܐ ܕܐܝܬ ܒܗ ܒܬܪܟܐ ܠܒܫܝ ܡܘܕܝܢ·

ܒܗܘ ܕܐܪܝܒ ܟܠܗܘܢ ܡܫܝܚܐ ܕܡ̈ܫܐ ܘܦܫܛ ܐܠܗܝ.

ܦܪܝܩ ܒܫܠܝ ܐܘ̄ ܡܫܘܚܬܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ*.

v. 417. Transscripseram ܕܒܪ ܟܠܡܗܘܢ de hac tamen lectione valde dubitans. Porro edendum censui ut feci, quod sic metro et sensui fieret satis; atque *filium sententiæ apostolorum* intelligo *eorum mente animatum*, *discipulum*.

v. 418. Duæ voces post ܕܐܬܪܓܫ pæne sunt abrasæ; nonnisi posterioris ductus ultimi ܫܝ adhuc apparebant.

v. 419. Quid per *montem evangelistarum* sibi velit Georgius non

Gaudeat cœtus apostolorum quod eorum socius atque discipulus cum fide celebretur.... Gaudeat mons evangelistarum et prædicatorum, necnon doctorum orthodoxorum in die hac, qua benedictus pater exaltatur celebraturque pro sanctitatis et virtutis suæ merito.

Exultent hodie monachi et ascetæ, utriusque sexus virgines et juvenes, castus justorum chorus, sacerdotum quoque et diaconorum, lectorum et psalmistarum, interpretum et cœnobitarum, mansuetorum et misericordium, flentium pariter et persecutionem patientium, lapidatorum et occisorum, eorum denique qui sese propter dominum nostrum abjectioni voverunt, quique ob spem resurrectionis mortuorum facultates oderunt.

Cuncti cœlitum chori gaudeant hodie de doctore illo orthodoxo. Omnes ecclesiæ ordines gaudeant hodie in eo qui ipsos potus vivifici affluxu refocillavit.

Igitur et nos, auditores fideles, agite, de eo in die festi-

plane intelligo. Forse per *montem* metaphorice notatur *cœtus sublimis*.

v. 420. ܡܫ̈ abbreviatio est pro ܡܫܝܚܐ. Cfr. infra v. 444.

v. 430. ܕܚܝܐ ܡ̈ܝܬܐ proprie = *vitæ mortuorum*. Ast hic notat *resurrectionem* ut I Cor. XV, 12, in versione *peshito*.

v. 435. ܡܫ̈ܡܥܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ proprie *auditores fidei*, hic *auditores fideles*. Amant Semitæ abstracta nomina substantiva illic ponere, ubi nos adjectiva qualitatis adhibere solemus.

Digitized by Google

ܠܳܟ ܢܶܣܒܳܐ ܒܶܗ ܒܡܰܘܬ ܠܒܰܪܬܶܗ ܒܶܢ ܐܰܦܪܶܝܡ :
ܥܰܬܺܝܪܳܐ ܕܣܰܓܺܝ ܠܒܰܪ̈ܬܳܐ ܒܩܶܢܝܳܢܳܐ ܕܟܽܠ ܒܽܘܪܟܬܳܐ .
ܒܪܳܐ ܠܟܠܒܪܬܟ ܘܢܛܪ ܡܟܝܠܬܗ ܡܢ ܢܟ̈ܝܠܐ .
ܒܟ ܠܬܒܪܘܗܝ ܡܟܝܠܬܗ ܕܒܪܬܐ ܕܫܬܡܪܝܬ ܒܟ .
ܘܢܦܬܚܘܢ ܠܗ ܬܪܥܐ ܕܡܠܟܝ* ܐܝܟ ܚܒܘܒܝ .
ܒܟ ܠܬܓܢܝ ܒܟܠܝܠܐ ܕܫܢܬܐ* ܘܒܛܝܒܘܬܟ .
ܕܒܟ ܢܫܬܒܗܪܘܢ ܘܒܥܘܗܕܢܟ ܟܠ ܕܫܠܝܡܝܢ .
ܒܟ ܡܪܐ ܟܠ ܢܦܠܚܝ ܥܡܠܐ ܒܒܠܒܘܬܐ ܕܟܠܗ .
ܘܬܣܒܐ ܠܟܝ ܘܡܐܡܪܗ ܗ̄ܘ ܒܒܠܒܠܝܢ .
ܠܗܘ ܕܒܣܘܒܗ ܫܒܩܗ ܠܐܪܥܐ ܒܥܢ ܡܢ̈ܗܘܢ .
ܕܡܠܟܘܬܗ ܥܠܐ ܙܘܓܐ ܡܢ ܫܠܝܡܐ .
ܘܫܠܝ ܡܪܝ ܡܫܬܫܠܝܢ ܠܟܝ ܒܝ̈ܬܗ .
ܕܐܒܘܝ ܗܘܐ ܡܠܐ ܡܫܘܬܐ ܡܫܡܘܫ ܫܡܐ :
ܐܓܒܪ ܡܢܝ ܐܝ̈ܕܐ ܕܙܘܓܐ ܘܕܒܥܬܐ .
ܘܟܠ ܫܪܝܬܐ* ܡܢ ܒܝܬ ܓܘܐܝ ܙܒܢ

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

ܘܐܒܢܐ ܐܠܝ ܡܬܢܣܒܠܢܘܬܐ ܕܢܣܒܟܐ ܠܟܝ .
ܗܒ ܡܪܝ ܫܠܡܐ ܘܒܝܫܪܘܬܐ* ܒܝ̈ܬܝܬܐ .
ܘܢܛܪ ܠܥܕܬܐ ܘܠܡܫܡܫ̈ܢܐ ܕܒܗܘܢ ܠܡܦܪܫ :
ܐܦ ܠܡܫܘܚܬܐ ܘܡܒܪ̈ܟܬܐ ܘܣܩܝܐ ܕܒܪܬܐ.

v. 440. Ex eo vocabulo quod scripsi ܕܡܠܟܝ non nisi ..ܠܝ dis-tincte apparebat.

v. 441. ܒܟܠܝܠܐ ܕܫܢܬܐ *corona anni*. Cfr. ps. 65 v. 11 : ܒܪܟܬ ܟܠܝܠܐ ܕܫܢܬܐ ܒܛܝܒܘܬܟ — Cfr. etiam *anaphora S. Jacobi sarug.* inter *Liturgg.*

Digitized by Google

vitatis ejus gaudeamus, dicentes: Domine *Deus* qui exhilaras justos omnium benedictionum fluctibus, exhilara ecclesiam tuam et serva filios ejus a nocentibus. In te benedicantur ecclesiæ filii qui in te gloriantur, eisque pax tua donetur juxta promissionem tuam.

In te et per clementiam tuam benedicatur anni circulus, ut per te et per donum tuum protegantur omnes *auxilio* egentes. Per te, omnium Domine! regnet pax in mundo universo, ut grex tuus feliciter vitam degens, ejus gloriam jugiter decantet qui terram in amore suo per sanctos suos visitavit, et propter illos indignationem suam cohibet a peccatoribus.

Nos itaque, Domine noster, per orationes inclyti patris nostri sancti Jacobi, gratiis cumulati, te deprecamur ut transferas a nobis tempora iracundiæ et pressurarum, atque cuncta prospera ex thesauro tuo benigne *concedas* . .

. . . . . , . . . . . . . . . . . . . . . .

et miserationem tibi placentem ipsis suppedita.

Da, Domine, pacem etiam in sanctis cœnobiis, et serva sacerdotes et diaconos qui in hisce commorantur; item præsules, duces et capita ecclesiæ a noxiis et adversis

*orientt.* tom. II, p. 362: «benedic coronæ anni per gratiam tuam,» quæ verba putem syriace eadem in cod. extare quæ in ps. leguntur.

v. 450. ܣܘܪܘܬܐ proprie *gaudia*; sed ponitur hic per metonymiam effectus pro causa, nempe *gaudia* pro *felicitate*. — Post hunc versum, quinque lineæ e cod. penitus evanuerunt.

v. 452. Lego ܡܣܘܪܘܬܐ ex vestigiis hisce: ܡܣ ܪ ܬܐ

ܢܛܝܪ ܡܪܥܝܐ ܡܢ ܠܚܒܠܐ ܘܡܢ ܫܘܓܫܐ.
ܘܢܛܝܪ ܡܠܠܗ ܕܐܒܗܐ ܕܫܦܝܪ ܟܠ ܚܕ ܠܗ.
ܕܟܠܐ ܕܡܢܗ ܒܪ ܐܠܗܐ ܒܝܕܗ ܚܝܐ܀
ܘܒܗܘܢ ܐܣܝܪܘܗܝ ܐܬܒܠܥ* ܡܘܬܢܗ ܕܠܐܝܬܘܠܗ.
ܐܦ ܠܪܟܒܘܬܗ ܒܡܠܟܝܐ ܕܒܘܫܠܐ ܘܡܢܐ ܒܪܝܬܐ:
ܘܐܬܦܣܩܘܬܗ ܠܟܠܠܗ ܡܠܟܐ ܒܥܒܕܐ ܘܕܡܐ.
ܕܠܦܫܐ ܒܠܚܘܕ ܡܢ ܦܬܘܪܗ ܕܒܪ ܐܠܗܐ܀
ܟܕ ܠܬܦܪܚ ܗܘܐ ܐܢܫ ܕܡܢ ܐܬܟܢܫܬܐ.
ܫܦܐ ܠܚܒܐ ܘܪܡܐ ܡܫܡܪܐ ܡܫܡܫ ܚܫܐ܀
ܡܐܬܐ ܝܗܒܐ ܘܠܘܫܐ ܕܪܘܚܐ ܘܪܟܒܐ ܪܒܐ.
ܘܠܬܚܡܦ ܠܗ ܪܟܘܡܐܬܬ ܒܝ ܐܦܪܝܡܝܢ
ܟܐ ܟܝ ܐܒܘܢ ܫܟܘܪ ܡܪܟܒܬܐ* ܕܟܝ ܐܬܟܠ
ܡܢ ܗܘ ܕܕܒܝܩ ܠܥܡܗ ܣܟܥܢܗ* ܟܠ ܪܡܫ ܥܡܐ܀
ܕܗܐ ܡܥܒܕܐ ܟܝ ܕܬܗܒ ܠܗ ܒܠ ܒܘܪܟܬܐ.
ܡܢ ܒܡܬ ܢܝܪܐ* ܕܡܘܡܬܐ* ܒܐܡܪܝܢ ܐܘ ܠܝܒܫܐ܀
ܒܪܘܟ ܢܦܫܬܐ ܠܐܡܠܝܢ ܕܐܬܘ ܠܦܟܡܗܘܢ.
ܒܐܡܪܬܐ ܕܪܘܚܐ ܕܩܘܕ* ܠܒܝܪ ܚܕܐ܀
ܘܬܘܒ ܦܠܐ ܠܗܘܢ ܒܠ ܬܐܠܬܗܘܢ ܡܫܡܪܬܐ.
ܕܗܝܢ ܐܝܟ ܕܬܬܠ* ܐܒܘܢ ܠܐܡܠܐ ܕܫܠܝܡ܀
ܠܐܡܠܐ ܕܡܪܝܡ ܗܒܒ ܣܒܠܟܠܐ ܐܦ ܐܫܡܘܬܐ.

v. 458. Vox ܐܬܟܠܟܠܗ in cod. adeo detrita erat, ut eam non tam legere quam potius ex sensu conjicere debuerim.

v. 466. ܡܪܟܒܬܐ *grex* hic ponitur, ut sæpe alibi, pro *ecclesia* et quidem pro *christianorum cœtu episcopo commisso*.

v. 467. ܣܟܥܢܗ in cod. pro ܣܟܥܢܗ. Nempe punctum diacriticum

Digitized by Google

Dominus præservet, atque ab ea (*ecclesia*) lupos arceat, qui moliuntur ovium perniciem, quas filius Dei sanguine suo pretioso acquisivit, quasque illorum manibus commendatas dedit ut eas gubernent, pascuis magnificis ac benedictis aquis reficiant, sponsam regis lactando corpore et sanguine quæ e mensa filii Dei quotidie sumuntur.

Venite, accedamus nunc, fratres mei, ad athletam, senem castum, et caput venerandum, pium Jacobum, vas electum, templum Spiritus sancti et pastorem magnum; ipsumque instanter supplicemur dicentes : veni, pater noster, visita gregem tibi ab eo commissum qui semetipsum pro eo obtulit in vertice ligni; ecce enim te deprecatur ut ipsi cunctas benedictiones impertiaris ex thesauro manibus tuis, inclyte, commisso.

Retribue bona eis qui sanctum tuum corpus psalmodiis Spiritus sancti veneratum venerunt, et redde illis omnes rectas petitiones eorum; sic enim te decet, pater noster, omnibus egentibus tribuere.

Infirmis da valetudinem et sanationem; confractis adhibe

affixi pronominis aut a librario omissum, ut omitti poterat, aut in cod. deletum fuerit.

v. 469. Ex vacuo spatio post litt. ܢ conjeci ܢܬܠ ܕܡܘܗܒܬܐ

v. 471. ܕܡܘܕܐ = ܕܡܘܕܝܐ

v. 473. ܕܠܠܢ ex vestigiis conjeci.



Digitized by Google

ܘܠܐܡ̈ܬܐ ܕܟܦܢ ܠܪܘܫܡܗܘܢ ܦܐܫܠ* ܡܢ ܩܘܪܗܠܗ :
ܠܐܡ̈ܬܐ ܕܡܟܟܢ ܗܘ ܫܘܡܐܐ ܐܦ ܠܗܘܒܠܐ ..

. . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . .

ܡܘܬ ܐܘ̄ ܐܦܢ ܚܨܦܪܐܬܐ ܐܡܘ ܪܒ ܫܡܠܐ
ܡܢܗܘ ܡܘܒܢ ܠܗ ܕܟܪܓܐ ܘܡܟܟܪܒܗܘܢ ܘܡܟܠܦܘܬܗ .
ܡܘܬ ܒܐܦ̈ܝܗܘܢ ܒܡܡܠܬ ܚܘܪܐ ܘܫܒܪ ܐܠܗܝ .
ܕܠܐ ܢܠܦܚܝܢ ܡܢ ܫܡܝܐ ܘܡܫܡܠܘܬܗ .
ܕܐܡܢ ܕܙܢܝܐ ܕܡܐܓܐ ܠܝܡܐ ܕܟܠ ܫܢܘܬܐ .
ܙܢܝܐ ܦܩܗܕܐ* ܐܦܘܗ ܠܝܡܐ ܕܟܠܡ̈ܝܐ :
ܘܐܡܐ ܕܡܟܒܕܫ ܡܟܫܠ ܐܬܪܐ ܒܡܢ ܪܫܘܬܐ*.
ܡܟܟܡܢ ܬܫܠܘܡܐ ܟܠ ܢ̈ܟܡܐ ܕܠܦܨܢ ܐܠܗܝ .
ܘܐܡܐ ܕܣܪܐ ܐܢ̈ܫܐ ܒܡܢ̈ܝܬܐ ܐܦ ܬܡܢ̈ܝܡܐ .
ܙܐܕ* ܦܢ̈ܘܗܢ ܘܡܦܟܢ ܠܢ̈ܦܫܗܘܢ ܘܡܟ̈ܝܫܬܗ .
ܘܐܡܐ ܕܢܣܪܐ ܒܠ̈ܘܐܐ ܘܢ̈ܦܫܐ ܠܟܠ ܡܫ̈ܝܚܐ .
ܟܠܐ ܕܢܣܪܐ ܠܐܡܐ ܙܟܢ ܣܘ̈ܦܩܗܘܢ .
ܘܡܠܦ ܢܡܢ ܒܦܬܟܠܬܐ ܕܢܗܠ ܐܠܗܝ .
ܡܢ ܫܠܡܘܬܗܘܢ ܐܠܘܒ ܕܝܟܠܐ ܕܢܡܪܒ ܠܡܠܟܗܘܢ .

v. 475. ܦܐܫܠ participium hoc loco *conjunctivi* vim præ se fert; neque ideo, ut a grammaticis nonnullis fieri statuitur, particula ܕ præcedit. Cfr. Uhlemann § 64. 3. A. a.

v. 476. Sequitur spatium septem aut octo linearum, quæ legi non possunt.

v. 482. Forse legendum ܢܗܡܬܐ *rugiens*, ut II Petri V, 8. Sed si, ut

curam, ut a morbo suo resurgant; tribulatis consolationem et fiduciam tribue. . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Surge fortiter, o pater noster, siculi princeps; Dominus tuus tibi dedit ut oves suas et agnos pasceres. Ante faciem eorum consistas veluti murus, eosque protegas ne a satana et potentiis ejus diripiantur; quia, sicut omnium animantium sanguinem inhiat lupus, ita etiam ille rugiens sitit hominum sanguinem; ubicumque autem vel minimam per *morum* dissolutionem opportunitatem reperit, pugnam adversus debiles excitat ad eos perdendos.

Sic ubi videt homines simplices et innocentes, insidias suas struit, ac laqueos et retia sua abscondite ponit; atque ubi virgines videt, castos et sanctos, indagare nititur quonam cogitationes eorum inclinent, sedetque sedulo observans, ut eas per manifestationes suas ediscat, ut queat eis bellum indicere.

dubitans scripseram, legatur ܡܗܕܪܐ ab ܗܕܪ *direxit, duxit,* tunc significatio proxima *circumeundi* huic voci erit adscribenda.

v. 483. In ܦܫܝܪܘܬܐ littera ܦ haud amplius manifesto comparebat. — Porro hæc vox sensu ethico notat *pigritiam, negligentiam, remissionem animi* qualis cernitur in iis qui moribus sunt dissoluti. Cfr. Ill. Beelen, S. *Clementis epistt. binæ de Virg.* p. 203.

v. 486. Ex sola littera ܙ per conjecturam effeci ܙܐܕ

ܘܗܘܐ ܡܢ ܗܘܪܐ ܚܪܝ ܚܟܝܡܐ ܡܪܟܐ ܠܥܠܡܗܘܢ .
ܕܥܒܕܝܢ ܡܠܟܐ* ܒܟܠ ܐܣܟܡܝܢ ܒܫܠܡܘܬܗ .
ܘܐܝܟܐ ܕܚܙܐ ܡܟܝܟܘܬܐ ܚܪܝ ܡܫܒܚܘܬܐ .
ܘܐܝܟܐ ܕܚܙܐ ܬܡܟܝܟܘܬܐ ܠܟܠ ܐܢ ܡܟܝܟ .
ܘܐܝܟܐ ܕܚܙܐ ܡܫܟܠܘܬܐ ܚܪܝ ܚܟܡܬܐ*.
ܘܐܝܟܐ ܕܚܙܐ ܐܝܟܢܘܬܐ ܦܠܓܐ ܡܠܬܗ .
ܘܐܝܟܐ ܕܚܙܐ ܦܫܛܐ ܘܪܚܡܐ ܘܠܐܚܝܘܬܐ .
ܚܙܝ ܕܠܚܫܬ ܒܝܢ ܡܐܘܟܠܬܐ ܐܝܟܢ ܕܥܠܡܝܢ .
ܘܐܝܟܐ ܕܚܙܐ ܡܪܚܡܢܘܬܐ ܘܡܣܟܢܘܬ ܠܟܠܐ*.
ܚܙܝ ܕܐܬܪܘܢ ܡܥܡܪܬܐ ܒܝܢ ܬܪܥܝܬܐ :
ܘܐܝܟܐ ܕܚܙܐ* ܕܒܝܬ ܠܟܠܐ ܘܒܝܫܘܬܐ
ܚܙܐ ....ܗ ܟܠ ܕܒܝܬܐ ܐܢܘܢ ܡܟܝܟ .
ܘܐܝܟܐ ܕܚܙܐ ܚܟܡܬܐ ܚܫܒܐ ܕܟܠܗ ܒܗ ܡܘܡܬܐ .
ܚܙܝ ܕܟܠ ܠܐܡܬܐ ܕܦܠܚܬܐ ܐܝܟ ܡܠܟܐ .
ܘܐܝܟܐ ܕܚܙܐ ܐܢܫ ܕܪܕܝܦ ܗܘܐ ܡܠܟܐ ܡܢܢ .
ܦܠܓܐ ܠܥܡܠܐ ܕܬܘܒ ܢܦܫ ܠܗ ܐܢܘܢ ܕܡܟܝܟ .
ܕܡܢ ܗܕܐ ܢܦܠܬ ܐܢܫܐ ܠܟܘܫ ܫܒܪܐ .
ܘܠܚܟܡܐ ܐܢܘܢ ܡܢ ܒܘܪܟܬܐ ܕܐܠܗܐ ܠܟܘܢ .

v. 492. Ex voce ܡܠܟܐ, si in cod. exstitit, non amplius apparebat nisi dubium ܡ et ܟ cum puncto inferius posito. Ex quo puncto conclusi legendum esse ܡܶܠܟܳܐ *consilium*, non autem ܡܰܠܟܳܐ rex. Cfr. nota p. 44. — Porro ܥܒܕܰܝ ܡܶܠܟܳܐ sint *servi consilii*, *ii qui consiliis obsequuntur*, *qui consulto agunt*, *prudentes*; cujus tamen significationis proprium exemplum non vidi; conferri potest illud *Marc. XV*, 1 : ܘܡܶܚܕܳܐ ܒܨܰܦܪܳܐ ܥܒܰܕܘ ܡܶܠܟܳܐ *et confestim mane consilium fecerunt.*

Digitized by Google

Ecce vero jam nequam prælium commisit cum ipsis prudentibus, *adhibendo* omnimodos astutiæ dolos : ubi videt *animi* demissionem, ingerit superbiam; ubi videt innocentiam, nocet quando potest; ubi videt paupertatem, molitur flagitia ; ubi videt luctum, ab eo exhorrescit ; ubi famem, sitim et abstinentiam deprehendit, tunc cibo et potu allicere solet ; ubi videt miserationem et benignitatem, tum menti parsimoniam insinuat ; ubi puritatem cordis et sanctitatem observat, injicit.... adversus puritatem quoad potest.

Ubi pacem serenam et immaculatam videt, eum qui vel parumper negligens est perturbare conatur.

Ubi vero deprehendit aliquem propter Dominum vexari, insidiosus quærit unde ipsi quoad fieri potest *vexationem* augeat, quia per hoc homines ad desperationem adducit, eosque mercede ipsis reposita frustratur.

v. 493. ܟܢܘܬܐ in *lexicis* desideratur; reperitur autem hæc vox *opp. S. Ephræmi*, III, 127, a. ܟܢܘܬܐ ܕܕܥܟܬ ܠܗܠ ܗܪܟܐ ܫܠܗܒܬ ܫܠܗܒܝܬܗ « Impudentia et contumacia alibi exstincta, apud nos flammam extulit, » uti libere vertit St. Ev. Assemanus; litteraliter equidem redderem : « perversitas, quæ illic exstincta est, hic flammam suam vehementer exeruit. »

v. 499. ܛܒܘܬ ܠܒܐ = *εὐθυμία*.

v. 501. ܕܫܪܐ e cod. prorsus evanuit.

v. 502. Vox una abrasa est in cod.

Digitized by Google

ܘܐܡܬܝ ܕܫܪܐ ܐܝܟ ܕܡܬܦܫܩܢ ܡܠܬܗ ܡܟܝܠ.
ܠܐ ܡܫܬܘܩ ܦܪܘܩ ܠܡܣܟܢ̈ܐ ܕܩܪܘܗܝ ܒܡܬܐܪ̈ܐ ܠܗ .
ܘܐܡܬܝ ܕܫܪܐ ܠܟܪ̈ܝܗܐ ܕܢܦܠܐ ܕܡܘܗܒܬܐ.
ܐܝܟܘ ܕܡܬܒܥܝܢ ܒܠܠܐ ܒܗ ܢܘܪܐ ܗܘ ܗܘ ܦܪܘܥܢܐ*.
ܘܐܡܬܝ ܕܫܪܐ ܚܘܒܐ ܕܡܐ ܒܚܠܡܐ.
ܐܬܐ ܕܢܪܥܐ ܚܪܒܐ ܘܡܬܠܐ ܘܟܠ ܒܫܡ̈ܫܬܐ:
ܘܐܡܬܝ ܕܫܪܐ ܐܝܟ ܕܒܥܠܝܟ ܠܗ ܠܡܒܥܐ ܚܝ̈ܘܗܝ*.
ܬܒܘ* ܦܫܝܩ ܕܠܐ ܡܕܪܫܘܬܗ ܕܢܦܠ ܒܗܘܢ .
ܘܡܠܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܠܟܠܗܘܢ ܕܒܟܠܗܝܢ*.
ܕܠܐ ܐܝܟ ܦܐܪܐ* ܟܠ ܕܝܠܗ ܘܡܟܝܪܬܗ .
ܡܟܝܠ ܒܕܝܢ ܡܢ ܕܢܦܠ ܟܠ ܫܘܬܦܐ .
ܘܡܠܬ ܐܝܟ ܬܘܒ ܠܡܦܪܥ ܠܬܪ̈ܘܬܗ ܒܗ .
ܘܢܒܝܐ ܡܠܠܗ ܒܬܘܠܬܐ ܡܢ ܐܦܪܝܡܝܢ.
ܒܥܘܬ ܢܟܝܠܝ ܐܚܐ ܒܪܚܡܐ ܗܢ ܕܒܥܬܬܗ .
ܒܬܪܬܘܬܐ ܘܒܫܘܡܠܝܐ ܟܘܬ ܟܠܗ.
ܗܝ ܬܡܬܐ ܠܝ ܚܒܝܒܐ ܘܡܫܒܚܐ ܡܫܘܫܡ ܚܘܒܐ.
ܡܢ ܕܡܝ ܡܠܝܟ ܕܫܝܢ ܕܥܠܝܡܘܬܗ ܘܦܠܚܠ ܗܘ ܠܗ .
ܘܠܐ ܡܝܪܐ ܠܒܪܐ ܠܟܠ ܡܐܟܠܬܐ ܚܡܝܪܬܐ.
ܒܥܘܬ ܡܡܟܝܟܘ ܘܓܪܝܘ ܟܐܒܐ ܕܐܬܒܟܝܬ ܠܗ .
ܘܪܚܡܗ ܐܝܟ ܒܬܘܠܬܐ ܡܡܫܟܢܘܬ:
ܒܥܘܬ ܡܡܟܝܟܘ ܘܒܪܝܘ ܐܡܪܝܢ ܘܢܦܬܘܚܘ.
ܘܡܚܝܠ ܐܝܟ ܬܒܥܐ ܗܘܐ ܕܬܫܬܘܒܘ.

v. 512. Clare in cod. supersunt litteræ ܦܪܘ unde ܦܪܘܥܢܐ complevi. Hæc vox = *detrectator*, *seditiosus*, διάβολος seu *adversarius*.

Dum videt aliquem propter Jesum tenaciter patientem, numquam accedit ad ipsum omnino, quia is eum contemnit.

Ubi thalamum videt mundum a fornicatione, ibi si potest adulterium admiscet diabolus. Ubi videt amorem in homine purum, supervenit ipse, injiciens cædem, necem et quælibet malefacta. Ubi videt hominem salutis suæ sollicitum mille laqueos coram ipso tendit, ut præcipitetur in eos.

Sed quantum, fratres mei, dicere possimus de inimico nostro, contra cujus astus et insidias nemo stat *securus!* Itaque transeamus ab hoc sermone de satana, et ad patrem nostrum accedentes apud ipsum refugium habeamus; ipsum invocemus, orantes et dicentes : protende, benedicte pater, dexteram tuam hanc quam extendisti in orationibus et supplicationibus ad Deum. Hæc nobis adducat clementiam, miserationem et veniam peccatorum a Domino tuo quem multum dilexisti, qui exaudit te neque potest ullis rectis petitionibus resistere.

Extende dexteram tuam et benedic ovibus tibi commissis, quas tu, pater noster, diligenter et sapienter pavisti. Extende dexteram tuam et benedic ovibus tuis et agnis,

v. 515. Proprie : *cui cura est ut possideat vitam suam.* Vocem ܢܦܫܐ non amplius dilucide comparebat in ms.

v. 516. ܪܡܘ ex vestigiis ductuum conjeci.

v. 517. ܡܟܠܡܢܝ est in cod. fere abrasum.

v. 518. ܦܠܟ edidi, quamquam littera media e charta detrita abierat.

ܩܒܘܠ ܡܫܝܚܢ ܗܢ ܕܐܬܦܫܛܬ ܥܠ ܙ̈ܩܝܦܘܢ.
ܕܒ̈ܢܝ ܒܫܪܐ ܘܒܨܒܝܢ ܐܠܗܝ ܒ̈ܢܝ* ܡܠܟܘܬܐ:
ܘܒܗ ܠܬܒܪܝ ܠܡܘܬܐ* ܡܠܗ ܠܟܠ ܥܠ ܕܐܝܬ ܒܗ.
ܕܗܘܝ ܦܓܪܐ ܕܬܫܒܘܪ ܠܥܠܡܝ ܙ̈ܘܥܝܐ:
ܩܒܘܠ ܡܫܝܚܢ ܗܢ ܕܥܠ ܡܠ̈ܝܟܘܬܗ ܕܡܫܠܡܢܘܬܐ.
ܡܬܦܫܩܐ ܗܘܬ ܘܒܨܒܝܢ ܐܠܗܝ ܒ̈ܢܝ ܐܠܗܘܬܐ*:
ܘܒܗ ܠܬܒܪܝ ܥܠܡܐ ܕܐܝܟ* ܡܫܠ* ܕܡܪܝܢ.
ܒܡܫܝܚܘܬܐ ܘܫܘܒܚܐ ܕܒܗ ܘܦܪܘܩܘܬܐ:
ܩܒܘܠ ܡܫܝܚܢ ܗܢ ܕܥܠ ܒ̈ܢܝܐ ܡܬܦܫܩܐ ܗܘܬ.
ܘܡܢ ܠܥ̈ܠܝܐ ܙ̈ܘܥܝܐ ܒܨܒܝܢ ܐܠܗܝ:
ܘܗܘ ܬܒܥܐ ܠܝ ܡܢ ܙܡܢ ܡܠܟܝ ܥܠ ܫܘܩܒܬܐ.
ܘܒܗܘܢ ܠܒܪ ܥܠܡܝ ܡܠܗ ܐܠܐ* ܒܪܡܫܐ*:
ܩܒܘܠ ܡܫܝܚܢ ܗܢ ܕܥܠ ܦܓܪܐ ܡܬܦܫܩܐ ܗܘܬ.
ܘܗܘ ܦܠܓܗ* ܠܗܘܢ* ܚ̈ܝܐ ܠܟܠ ܒ̈ܢܝܗܘܢ*:
ܩܒܘܠ ܡܫܝܚܢ ܘܒܪܝ ܐܪܥܐ ܠܟܠ ܠܡܫܪܝܗ.
ܕܬܬܟܠ ܦܓ̈ܪܐ ܥܠ ܬ̈ܟܠܬܐ ܘܥܠ ܫܘܩܒܬܐ:
ܕܢܚܘܪܐ ܘܡܠܟܘ̈ܬܐ ܢܫܡܥܘܢ ܡܢܗܐ.
ܡܢ ܡܫܘܚܬܗ ܒܪ̈ܬܝ ܡܪ̈ܝܡܬܐ:
ܩܒܘܠ ܡܫܝܚܢ ܘܗܒ ܠܗ ܡܫܡܥܐ ܠܟܢܫܐ* ܐܡܝܢ.

v. 532. In ܒ̈ܢܝ littera ܒ evanuit.

v. 533. ܠܬܒܪܝ ܠܡܘܬܐ posui conjiciendo ad complendum sensum. Est enim codex hoc loco rasilis.

v. 536. Scripseram ܐܠܗܘܬܐ *divinitatem*, quamquam ex vestigiis etiam ܡܠܟܘܬܐ effici queat.

v. 537. ܕܐܝܟ conjeci; ex ܡܫܠ vero evanuit ܟ

eosque congrega sub protectione orationum tuarum. Extende dexteram tuam hanc, quæ super eorum capita extendisti, quos ex hominibus carnalibus effecisti regni *cœlestis* filios *et heredes.*

Ea *dextera tua* benedicatur commoratio ista (*istud monasterium*) cum universis habitatoribus ejus; sic enim decet ut filios tuos spirituales foveas.

Extende dexteram tuam hanc quæ extensa fuit super baptizandos, ut eos Dei filios efficeret. Ea benedicatur cœtus qui diem commemorationis tuæ celebravit cum fide, cum amore puro et sapientia. Extende dexteram tuam hanc quæ extensa super sacerdotes, eos e terrenis effecit spirituales, hæcque nunc nobis a Domino cunctas benedictiones adducat quibus cœtus noster ditetur, benedicte pater!

Extende dexteram tuam hanc, quæ super *Christi* corpus extensa fuit, illudque distribuit omnibus sumentibus in remissionem peccatorum. Extende dexteram tuam et benedic terræ et habitatoribus ejus, ut producat illa fructus uberrimos quorumlibet segetum, utque mendicantes et pauperes Dominus ex dono suo ob sanctas tuas orationes sustentet.

Extende dexteram tuam et pacem tribuas ecclesiæ matri tuæ, in qua inde a pueritia ad senectutem usque conver-

v. 542. Vocis ܐܒܐ nihil superest in cod., et in ܦܪܝܫܐ vestigia vix apparebant. Unde hæc non nisi ad complendum v. adjeci.

v. 544. Initio hujus v. legi adhuc poterat ܘܗܘ ܦܠܚ, post quæ informia vestigia ex diluto atramento sequuntur, atque ex his conjeci ܦܠܚܗ ܠܡܫܝܚܐ. — Tandem vocem ܬܫܡܫܬܗ ex sensu et paucis ductibus admittendam censui.

v. 549. *Ecclesiæ* Sarugensi.



Digitized by Google

ܕܒܗ ܐܬܪܒܝܬ* ܡܢ ܛܠܝܘܬܟ ܘܠܡܫܡܫܘܬܟ:
ܫܘܒܚ ܡܫܡܠܝܐ ܘܫܒܝܚܐ ܡܫܡܫܝܢ* ܐܬܝܢ ܕܢܒܟܘܢ.
ܘܐܬܟܢܫܘ ܠܗ ܠܟܢܫܬܐ ܥܡܝ ܕܩܝܡܬܗܘܢ܀
ܫܒܬܐ ܡܫܡܠܝܐ ܘܬܐܙܝ ܐܟܘܢ ܟܠܗ ܢܦܫܬ
ܕܠܐ ܢܬܦܠܓܝ ܡܢ ܫܘܒܚܐ ܕܡܫܡܫ ܠܡܫܝ܀
ܫܘܒܚ ܡܫܡܠܝܐ ܘܒܐܬܪܐ ܕܟܠܝ ܪܘܚ ܘܫܘܐ ܠܝ.
ܕܢܗܘܐ ܐܦ ܣܠܩ ܡܫܬܡܫܢܬܐ* ܐܝܟ ܕܐܦ ܗܘܠܝ
ܫܘܒܚ ܡܫܡܠܝܐ ܒܠܫ* ܠܦܘܬܢܐ ܡܢ ܡܢܫܡܬܝ.
ܐܝܟ ܪܒ ܒܝܬܐ ܡܘܗܒܐ ܘܐܘܪܚܝ ܕܫܡܘܬܐ:
ܫܘܒܚ ܡܫܡܠܝܐ ܘܒܪܝ ܠܡܪܐ ܕܡܫܡܪܝ.
ܕܒܗ ܗܘ ܫܡܝܐ ܡܠܐܟܐ ܕܒܚܪܝ ܗܘ ܩܕܝܫܐ܀
ܫܘܒܚ ܡܫܡܠܝܐ ܘܒܪܝ ܒܗܠܘܗ ܘܡܫܡܫܢܘܗ.
ܟܠ ܕܩܪܘܗ ܐܦ ܒܬܘܡܗܘܗ ܘܡܫܒܚܢܘܗ:
ܟܠ ܡܩܪܒܘܗ ܘܡܫܡܫܢܘܗ ܘܡܫܒܚܢܘܗ*.
ܐܦ ....* ܕܐܬܥܠܝ* ܡܗܒܘܗ ܠܟܢܫܐ ܡܪܗܘܢ܀
ܫܘܒܚ ܡܫܡܠܝܐ ܘܒܪܝ ܐܠܗ ܘܠܟܠܗܘܢ ܡܫܬܡܗܘܢ.
ܕܫܡܫ ܒܝܬܝ ܘܫܘܒܚܐ ܠܗܘܢ ܟܠܗ ܠܡܫܒܚܘܗ܀
ܦܪܘܩ ܡܫܝܚܐ ܠܥܡܪܘܬܗܘܢ* ܐܦܐ ܦܪܝܫܐ.
ܘܢܫܬܩ ܦܬܩܝ ܫܠܪ ܐܠܗ ܦܬܟܠܬܟ܀
ܦܗܝܐ ܕܐܬܠ ܒܗ ܒܟܠܡܢܝ ܐܦܝ ܘܡܫܡܫܝܢ ܒܗ.

v. 550. Proprie : *adolevisti*, *educatus es*.

v. 551. Debet hic ܡܫܡܫܝܢ ut partic. cum notione *conjunctivi* considerari. Cfr. v. 475.

v. 556. In ܡܫܬܡܫܢܬܐ littera ܠ discerni non poterat.

v. 557. ܒܠܫ pæne evanuit.

Digitized by Google

satus es. Extende dexteram tuam et sustenta, ut erigi possint, eos qui ceciderunt et per relaxationem suam satanæ mancipati existunt. Extende dexteram tuam, et obumbret, pater noster, animabus nostris, ne seducantur a satana qui nobiscum præliatur.

Extende dexteram tuam, et nos inter oves gregis tui collocare digneris, ut et nos, sicut illæ, *tibi* dociles efficiamur. Extende dexteram tuam, pestilentiam a grege tuo arceas sicut potens Moyses et Aaron illustris.

Extende dexteram tuam et benedic habitationi tuæ honorabili in qua reponitur pars sancti tui corporis. Extende dexteram tuam et benedic illius sacerdotibus, diaconis, monachis, præsulibus et ducibus, curatoribus, ministris, ædituis itemque.... quos commendatos voluit *Deus* ministris Domini. Extende dexteram tuam, et benedic eorum cum habitationibus, tum personis, qui magna sollicitudine et cura erga habitores istius *monasterii* aguntur. Bona virtuti eorum retribue, pater benedicte, et per orationes tuas sub alis tuis protege, o pater, sacerdotes regionis tuæ (*tui*

v. 563. ܡܒܢܝܢܘܬܐ deest in *lexicis* Forma est a ܒܢܐ *ædificavit* derivanda.

v. 564. Vocem unam legere non potui; — dubito pariter utrum recte sumpserim ܐܬܟܠ.

v. 567. Rectius forte pro *virtuti eorum* verteretur : *eorum Celsitudini*, gallice : *à leurs Excellences*. Vide supra vv. 156 et 343.

ܢܦܩܠ ܡܪܝܐ ܡܕܒܪܢܘܬܗܘܢ. ܐܝܟ ܡܕ̈ܒܪܢܘܬܗ݁.
ܕܗܟܠ ܐܡܪܐ ܗܘ ܠܡܫܡܥܐ ܘܦܐܪܐ ܒܪܡܫܐ.
ܕܦܪܩ ܐܡܪܐ ܕܒܝܐ ܢܓܫܐ ܠܡܪܥܝܐ ܒܛܘܪܐ:
ܢܩܫܠ ܡܪܝܐ ܡܕܒܪܢܘܬܗܘܢ ܐܝܟ ܡܕ̈ܒܪܢܘܬܗ݁.
ܕܐܒܪܡ ܥܐܢܐ ܐܦ ܡܠܟܝܙܕܩ. ܘܡܪܥܐ ܕ̈ܥܐܢܐ.
ܢܛܠܐ ܡܪܢ ܟܠ ܕܚ̈ܫܝܗܘܢ ܘܪ̈ܓܬܗܘܢ.
ܘܐܢܝܚ ܗܕ ܠܗܘܢ ܡܢ ܡܚܘܒܘܬܐ ܠܚܘܒܬܐ:
ܢܦܪܘܩ ܐܢܘܢ ܡܢ ܗܘ ܢܟܠܐ ܕܡܠܟܘܬܐ.
ܕܫܝܥ ܡܛܟܢܠ ܟܠ ܬ̈ܡܢܐ ܘܟܠ ܩܘܦܐ:
ܢܦܪܘܩ ܐܢܘܢ ܡܢ ܗܘ ܟܦܬܐ ܕܐܝܬ ܠܗ ܕܝܢܐ.
ܕܠܐ ܢܣܒܠܘܢ ܠܟܝ ܣܐܠܡܪ* ܡܬܡܣܟܢܐ*:
ܢܦܪܘܩ ܐܢܘܢ ܡܢ ܠܓܝܘܢ ܕܗܘ ܠܡܚܪܐ.
ܘܠܟ ܟܟܪܙ ܗܘ ܡܫܝܚܐ ܢܒܐ ܐܠܗܝ:
ܘܡܠܠܢܝܐ*. . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . .

v. 580. ܣܐܠܡܪ nescio quid proprie notet. Bar Bahlul apud Castellum sub voce ܣܠܟ legit ܣܠܡܐܪ *satanas, dæmon.* — Porro ܡܬܡܣܟܢܐ *malignum* verti; proprie idem notat quod græcum *νοητός intelligibilis.*

*monasterii*) quique in ea ministrant; suscipiat Dominus oblationes eorum, sicut oblationes Habelis, agni innocentis et fructus benedicti, qui in monte agnum in sacrificium perfectum obtulit Domino.

Suscipiat Dominus oblationes eorum sicut oblationes justi Abrahami, Melchisedeki et aliorum justorum.

Perficiat Dominus omnia sacrificia et preces eorum, et *tu*, illis abundanter largiaris de dono divino.

Salva illos ex hoc mari flammæ, quæ perversos et impios æstuat. Salva eos ex fovea horribili ut ne crucientur cum dæmone maligno. Salva eos a cruciatu divitis et cum Lazaro paupere ipsos exhilara. Peregrinos vero (*defunctos*) . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . .

v. 583. Vox ista ultima est folii 114; porro folio 115 incipit *carmen ejusdem sancti Jacobi doctoris de sancto Stephano archidiacono et protomartyre.* Cum autem Georgii *panegyricum* ita minime absolutum habeatur, probabile videtur folia, unum aut plura, hic e volumine excidisse.

Digitized by Google

## § 2. DE AUCTORE HUJUS CARMINIS PANEGYRICI.

Mox quæ in hoc Georgii panegyrico carmine Sarugensis historiæ, aut catholicæ traditioni illustrandæ utilia esse possunt indicabo singulatim; sed præstat antea quædam dixisse de ipsius Georgii ætate et vitæ conditione. Floruit autem sæculo sexto et definitius circa annum 522; nam, ut infra videbimus, hoc ipso anno Jacobus Sarugensis e vita migravit; hujus vero discipulus fuit Georgius ut in ipso *panegyrici* epigrammate testatur amanuensis; neque modo eo sensu quo qui aliquam doctrinam e scriptis hauserit, horum auctoris discipulus quandoque audit, sed strictius et copulatius, quippe qui auribus perceperat magistri sui vivæ vocis oraculum; ipsum enim quædam vitæ S. Jacobi adjuncta didicisse ex relatione magistri liquet ex ejus verbis supra positis: « dicam tibi veraciter sicut audivi ex historia « de ipso (*conscripta aut tradita*) et ab *ipso* doctore: » ubi sane per doctorem κατ᾽ἐξοχήν nullus nisi Jacobus intelligitur, qui hoc titulo sibi veluti proprio cum passim apud Syros gaudet, tum præcipue ab encomiaste suo decoratur.

Vixit itaque Georgius ea, qua dixi, ætate. Attamen certum historicum de ipso testimonium, quod sciam, non exstitit ullum, et fatetur Jos. Sim. Assemanus (1) sese eruere non valuisse quæ hujus viri conditio et qua fuerit dignitate commendatus. Porro, quod hæc attinet, ipsum non hominem laicum fuisse sed in hierarchico gradu constitutum, imo cujusdam civitatis, nempe Arabum christianorum, episcopum, probabile est ex sequenti Barhebræi testimonio, ita de Jacobo Sarugensi in *chronico* scribentis (2): « habet etiam

(1) B. O. I, 340.

(2) ܐܝܬ ܠܗ ܐܦ ܦܘܫܩܐ ܕܡܐܡܪ̈ܐ ܬܠܬܐ ܕܐܘܪܓܢܘܢ ܕܐܪܝܣܛܘ ܐܟܙܢ ܐܝܟ ܠܬܠܡܝܕܗ ܕܡܢܗ ܓܘܪܓܝܣ ܕܐܦܣܩܘܦܐ ܕܐܣܛܠܘܗܝ ܗܘܐ ܠܡܫܡܫܢܘܬܗ. Cfr. B. O. II, 322.

expositionem centuriarum sex Evagrii, quam a Mar Georgio gentium *episcopo* suoque discipulo (1) rogatus conscripsit. » Sane vero est simile Georgium panegyrici sermonis auctorem hoc loco designari, quamquam id certum non est; neque enim *episcopus* ille, quisquis fuerit, expresse dicitur a Barhebræo; *episcopum* tamen ob consuetum bujusmodi formulæ sensum non immerito, ut mihi videtur, interpretatur Assemanus.

Ceterum Georgium, si episcopali dignitate fuerit insignitus, non exstitisse Jacobi successorem vel, saltem dum *panegyricum* scriberet, Batnarum antistitem satis constat; Jacobo enim, teste Dionysio Telmaharensi, substitutus fuit Moyses quidam; ad hæc, ita loquitur Georgius ut indicet sese ad Jacobi ecclesiam minime pertinere : distinguendum enim innuit gregem a grege, item ecclesiam et territorium Sarugense cui Jacobus olim præfuerat et ubi corpus ejus asservabatur, ab ea ecclesia cujus ipse membrum fuisse videtur. Quæ si ita secreveris, recte et dilucide omnia procedunt, alias intricate et obscurius connexa; primum enim Deum ipsum invocat, ut per intercessionem S. Jacobi prospera quæque largiatur ecclesiæ universæ prælatis et membris, nulla hic singularis ecclesiæ facta mentione; beatum inde directe compellat et in primis longa oratione deprecatur ut gregis, ipsi dum in terris ageret commissi, agnos et oves benedictionibus cumularet; tandem hinc transiens, ita loquitur ut sese non esse hujus gregis subindicet : « Extende dexteram tuam, ait, et inter oves gregis tui nos admittere digneris (*benedictionem tuarum participatione*), ut etiam nos sicut illi tibi dociles efficiamur etc. »

(1) Georgius iste, Jacobi discipulus, confundi non debet cum alio ejusdem nominis, qui fuit etiam, teste Barhebræo B. O. I, 166, *populorum arabum* ܕܥܡ̈ܡܐ ܛܝ̈ܝܐ episcopus; erat enim is Jacobo Edesseno æqualis, atque in scriptis Dionysii Barsalibæi et Gregorii Barhebræi sæpe laudatur. Huic forte auctori adscribenda sit *epistola*, quam e codice londinensi edidit P. A. de Lagarde, in *analectis syriacis*, pp. 108-134.

Utrum vero Georgius alia scripserit præter istud *panegyricum* ignoratur. Catholicum fuisse certum est; secus namque Jacobum orthodoxum, eo tempore quo controversiæ religiosæ maxime fervebant, tantis laudibus haudquaquam extulisset.

### § 3. GEORGIANÆ PANEGYRIS SUMMA.

Plura autem in eo quod modo exhibuimus documento reperiuntur traditionis catholicæ testimonia. Asseritur *regeneratio per baptismum* (v. 535), *præsentia realis Christi in Eucharistia* (v. 543), *quotidiana apud Syros missæ celebratio* (v. 460 seqq.), *cultus ss. reliquiarum* (v. 470), *intercessio sanctorum* (v. 445 et v. 524 seq.), *resurrectio mortuorum* (v. 430), alia.

Porro, ea quæ Georgius de præceptore suo in *panegyrico* prolixo sermone refert, ad sequentia capita revocari possunt.

1° Jacobus prodigioso modo natus est e parentibus sterilibus, et quidem a patre sacerdote (1); ii autem filium suum piissime educarunt.

2° Is qui jam in utero matris velut alter Jeremias Dominum invocasset, triennio natus a matre in festo Epiphaniæ Domini ad ecclesiam deductus, intra missarum solemnia, subito Spiritus sancti motu excitus, in ipso sanctuario coram episcopo sacrum calicem haustum perrexit; exinde ejus doctrinæ præstantia repetenda est.

(1) Ecclesiæ tam syriacæ quam græcæ disciplina permittitur, ut viri matrimonio juncti ad sacerdotium evehantur. Vide Arcudium, *de presbyterorum græcorum matrimonio*, ad calcem operis : *de concordia ecclesiæ occid. et orient.* Lutet. Paris. 1672, p. 652 seqq. Monent autem Johannes Darensis lib. IV *de sacerd.* cap. 7, et Barhebræus in *nomocanone* « ut diaconus aut presbyter unicam et virginem ante ordinationem duxerit et post ejus mortem alteram non ducat. » B. O. II *Dissertatio de syris monophysitis*, cap. ult.

Digitized by Google

3° Cum annum ageret vigesimum secundum, fama ejus permoti, conveniunt ipsum episcopi quinque, doctrinæ illius originem et orthodoxiam exploraturi; coram quibus Jacobus carmen de curru Ezechielis recitavit, et interim visione prophetica illustratus, ruinam civitatis Amidæ descripsit, tunc oppido contingentem. Ex eo autem tempore lucubrationes suas scripto mandare incepit.

4° Deinde Georgius magistri sui doctrinam magnifice extollit, compositiones perlustrat celebratque virtutes.

5° Invitat ordines omnes ecclesiæ, cum triumphantis, tum militantis, ut in Jacobi festivitate communi gaudio exultent.

6° Deum ipsum Jacobi intercessione, Jacobum deinde directa oratione precatur, ut fidelibus auxilium et benedictionem impertiantur : ubi perspicue indicat magistrum suum episcopali dignitate fuisse insignitum.

## § 4. AUCTOR ANONYMUS DE JACOBO.

Georgio in multis consonat auctor anonymus (1), qui compendiariam vitæ s. Jacobi descriptionem syriace reliquit; hujus interpretationem latinam, brevitati studentes, tantummodo referimus : « Sanctus mar Jacobus doctor, « Spiritus sancti fistula et fidelis ecclesiæ cynara, patriam « habuit Curtamum pagum ad Euphratem situm, christianis ac sterilibus parentibus natus, qui eum ex voto « susceperunt. Triennis a matre in quodam ex festis dominicis ad ecclesiam adductus, eo temporis momento, quo « oblatio peragitur, sanctusque Spiritus sacramentis illa-

(1) Vixit hic auctor, Assemano judice, quo tempore Mesopotamia jam fuerat a Mahometanis occupata. Cfr. B. O. I, pp. 286-289. — Exstat quoque *vita Jacobi Sarugensis* in cod. musæi britannici 12. 174 add. mss. fol. 286 seqq. Vide *Catalogi specimen*, quod ex Curetonii manuscripto exhibet Land in *Anecdotis syriacis*, p. 26.



Digitized by Google

« bitur, e sinu matris prorupit, et frequentem populi tur-
« bam scindens, ad mensam vitæ se contulit ac Spiri-
« tum sanctum tribus pugillis hausit. Inde ejus eloquentia
« atque doctrina initium sumpsere. Postmodum, percrebes-
« cente Jacobi fama, episcopi hominem conveniunt, explo-
« rant, edicunt ut de curru Ezechielis disserat. Paruit ille,
« sic orsus carmen : *Altissime qui cœlestium mentium currui*
« *insides*. Tum vero, ut quæ docebat, scripto ecclesiæ tra-
« deret, imperarunt. At ille sermones doctasque homilias
« cœpit in ecclesia componere, quum annum vigesimum
« secundum (1) ageret. Postea quum annos ageret septem
« supra sexaginta cum dimidio, urbis Sarug creatus epis-
« copus fuit, nimirum anno Græcorum 830, post Christi
« adventum 519. Postquam autem ecclesiam doctrina vitæ
« illustrasset, et eximias lucubrationes suas atque commen-
« taria in orbem universum diffudisset, migravit ad Domi-
« num, sepultusque fuit solemni pompa Sarug in urbe sua
« anno 833, die 29 Novembris. Vixit annos septuaginta ex
« quibus sexaginta et septem cum dimidio exegit ante epis-
« copatum, in episcopatu vero annos duos cum dimidio. »

## ARTICULUS II.

### DISCUTIUNTUR VITÆ S. JACOBI ADJUNCTA PRÆCIPUA.

### § 1. DE EJUS ÆTATE ET PATRIA.

Hæc igitur sunt duo prisca documenta, ex quibus Jacobi nostri vitæ adjuncta et præclara facinora, collatis etiam pro re nata aliorum auctorum testimoniis, præcipue sunt indaganda.

(1) In cod. syriaco XV, unde ista desumpta fuere, scribitur *annus duodecimus*. Putat Assemanus hunc annum ܝܒ ex incuria librarii pro *vigesimo secundo* ܟܒ obrepsisse.

Digitized by Google

In primis ejus ætatem diligenter notat Anonymus, juxta quem e vita migravit mense novembris anni Græcorum 833, seu Christi 521 (1), idemque scribit Dionysius Telmaharensis, primus hujus nominis Jacobitarum patriarcha sub finem sæculi octavi (2); cum autem tunc natus esset annos septuaginta, primum hanc lucem aspexisse colligitur anno aeræ christianæ quadringentesimo quinquagesimo secundo.

Porro non alio quam hoc anonymo fonte novimus auctorem nostrum patriam habuisse Curtamum, pagum quoddam ad Euphratem situm et, ut verosimile est, in ipsa ditione episcopatus sarugensis quem postea rexit; ita saltem concludi posse videtur ex iis *panegyrici* verbis, quibus Georgius beatum supplicatur ut ecclesiæ sarugensi ejus matri benedicat, *in qua inde ab infantia sua fuerat educatus* (v. 657).

De Sarugo mentio primum occurrit in *Chronico* Josue Stylitæ ad annum 503, ubi tradit Cavadem Persarum regem, in bello quod Romanis indixerat, Arabes cunctos in Sarugum immisisse, qui excursionem ad Euphratem usque fecerunt (3). — Nomen istud, forte a patriarcha Sarug

(1) ܘܐܬܩܒܪ ܒܐܝܩܪܐ ܒܣܪܘܓ ܡܕܝܢܬܗ ܒܫܢܬ ܬܡܢܡܐܐ ܘܬܠܬܝܢ [illegible] *et honorifice sepultus est in civitate sua Sarug, anno* 833, *die* 29 *mensis Tishri secundi* (*novembris*). Cum autem in æra Seleucidarum annus incipiat cum *Tishri primo* (sive *octobri*), sequitur tres hujus anni menses priores distare ab anno æræ christianæ annis 312, non vero 311 uti obtinet pro reliquis novem; quo sensu intelligas notam meam pag. 10. — Cfr. Ideler, *Handbuch der Chronologie*, I, 451.

(2) Vocat hunc Dionysius Barsalibæus, sæculi XIII scriptor monophysita, a patrio loco ܬܠܡܚܪܝܐ *telmahroio*. Scripsit autem Telmaharensis *annales ab orbe condito ad suam usque ætatem*, nimirum ad annum Græcorum 1086, seu Christi 775. Exstat hoc Dionysii *Chronicon*, initio et fine mutilum, in cod. palimpsesto ab Assemano in bibliothecam vaticanam ex scetensi Syrorum monasterio inlato. *Libri primi textum e cod. ms. transscripsit notisque illustravit* Otto Frid. Tullberg, Upsaliæ 1850.

(3) ܛܝܝ̈ܐ ܕܝܢ ܕܦܪ̈ܣܝܐ ܗܢܘܢ ܘܐܣܬܪܚܘ ܒܣܪܘܓ : ܘܐܙܠܘ ܥܕܡܐ ܠܢܗܪܐ ܦܪܬ B. O. I, 285.

Digitized by Google

repetendum (*Gen. XI*, 20), territorio primitus tribuebatur, civitatis vero minime proprium erat; postea vero usus paulatim invaluit, ut regionis vocabulum oppido ejus primario *Batnis* afficeretur; imo post occupatam a Sarracenis Mesopotamiam, rejecto Batnæ nomine, urbs illa arabice سروج *Sarug* appellari cœpit, uti liquet ex Anonymo, quem ea tempestate vixisse ex hoc ipso concludit Assemanus.

In indice geographico civitatum episcopalium Jacobitarum, *dissertationi de Syris monophysitis* inserto, sequentia leguntur (1): « *Sarug* ܣܪܘܓ olim *Batnan*, Stephano *Batnæ*, « Procopio (2) *Batne*, Mesopotamiæ oppidum ab Edessa « millia passuum X distans, juxta itinerarium Antonini, « totidemque ab Haran et a Birta, teste Abulpheda (in *tab.* « *geogr.* n. 232), qui illud sua ætate dirutum affirmat. » « Batnæ, ait Zosimus (3), municipium erat Osdroënæ (4). » Ceterum, urbecula ista non erat sæculo quarto omnino ignobilis, cum ibi ad nundinas annuas magnus fieret Indorum Serumque concursus (5); tempore vero Anastasii imperatoris ab incursione Persarum magna damna accepit,

(1) B. O. II *Dissert. de syris monoph.* cap. 9.

(2) Cfr. Procopius cæsareensis *de bello persico*, lib. 2, cap. 12, ubi sic legitur: πόλισμα βραχὺ καὶ λόγου οὐδενὸς ἄξιον, ἡμέρας δὲ ὁδοῦ Ἐδέσσης διέχον i. e. *urbecula nullius nominis, unius diei itinere ab Edessa distans.*

(3) *Hist.* lib. III, cap. 12.

(4) Osdroëna sive Osrhoëna Mesopotamiæ pars erat Edessæ circum vicina, ab imperatoribus Trajano, Severo et Caracalla Romanorum imperio subjecta. Cfr. Dio Cassius XL, 19; LXXV, 1; LXXVII, 12.

(5) Scitur id ex Ammiano Marcellino, lib XIV, III, 3: « BATNE municipium in Anthemusia conditum Macedonum manu priscorum, ab « Euphrate flumine brevi spatio disparatur; refertum mercatoribus opu« lentis: ubi annua solemnitate, prope Septembris initium mensis, ad « nundinas magna promiscuæ fortunæ convenit multitudo, ad commer« canda quæ Indi mittunt et Seres, aliaque plurima vehi terra marique « consueta. » — Hoc oppidulum pariter meminit ac fuse describit Julianus, in *epist.* 27, *ad Libanium.* — Cfr. etiam Ritter, *Erdkunde*, X. 1132, 1140; XI, 280, 282, 284, 289.

Digitized by Google

ejusque mœnia collapsa instaurata fuere anno 505, quod Josue in *Chronico* suo testatur.

Errant profecto Renaudotius (1) et Masius noster (2), ubi *Sarugum* et *Batnas* duas urbes fuisse opinantur; nam in codicibus manuscriptis sæpe quidem sermo est de *Batna Sarugi*, ut v. g. in inscriptione *panegyrici*, vel de *Batna in Sarugo*, ut adjecto regionis nomine urbs cæteroquin obscura magis innotescat; nusquam tamen ita conjunguntur ista nomina ut iis duo oppida significentur.

Porro in concilio antiocheno, in causa Ibæ celebrato, legitur subscriptio Dadæ episcopi *Batenorum;* synodo autem generali quinto subscripsit Julianus *Batnon.*

His de Jacobi ætate ac patria notatis, singula ejus vitæ capita lustrabimur, quoad ejus fieri poterit, brevissime.

## § 2. DE FACINORE INSOLITO QUOD JACOBO INFANTI LEGITUR ATTRIBUTUM.

Auctorum quos supra protulimus uterque factum mirabile, divinum futuræ sapientiæ augurium, de puero trienni expresse memorant. Is enim, juxta Anonymum, prosiliens e matris sinu a qua fuerat in ecclesiam adductus, sese oblationis tempore ad altare contulit *ac Spiritum sanctum tribus pugillis hausit;* quod nec clarius nec definitius exprimitur a Georgio, ubi dicit puerum, *in festo Epiphaniæ Domini* id egisse *ex gratia divina*, ut *coram episcopo in ipsum sanctuarium* irrumpens, *tribus pugillis per tres vices biberit.* Adjungit hic « cœpisse *exinde* Spiritum sanctum arcana omnia in divinis scripturis contenta eidem revelare, » ille autem asserit « Jacobum ex tunc producere cœpisse sermones et doctrinæ documenta. »

(1) *Liturgg. orientt.* tom. 2, p. 367.

(2) In *præfat.* ad librum Moysis Barcephæ, cui titulus *de Paradiso*, p. 10. Antverpiæ ex officina Christoph. Plantini, 1569.

Digitized by Google

Quod hanc narrationem attinet, Jos. Sim. Assemanus (1) ea sese expedit dicendo « hoc ad adultam Jacobi ætatem esse « referendum; » quo quidem explicandi modo difficultas nullo negotio seponitur, sed non æque horum scriptorum interpretationi fit satis. Præterea doctissimus auctor *aquam benedictam* a Jacobo haustam fuisse immerito æstimat, imo ipsius textus syriaci versioni vocem *aquam* perperam interserit, antecedenti comparatione forsan deceptus; hinc etiam in subjecta nota difficultati, qua contra Georgii et Anonymi auctoritatem objiciatur aquæ benedictionem, in festo Epiphaniæ faciendam, seriori tantum ætate fuisse institutam, fusius occurrit; sed hoc inutili plane labore, siquidem de aqua nulla fit mentio. Contra narrationis contextus omnino suadet sermonem esse de *ipso Christi Domini sanguine* in calice contento : describitur scilicet tota sacræ liturgiæ actio, maxime autem invocatio Spiritus sancti, quam apud Syros, uti in reliquis orientalium ecclesiis, fieri consuevisse notissimum est (2). Præterea, traditur infans divino instinctu adorationem exhibuisse, quæ utique aquæ benedictæ haudquaquam tribuitur.

Sane res ipsa quæ narratur, si intimius inspiciatur, nihil absurdi continere videtur; non est ergo cur errorem aut fallaciam suspicemur, neque potuisset quidem Georgius, cum ea primum ederet brevi post Jacobi mortem, hujusmodi figmento auditoribus illudere vel lectoribus, quibus celeberrimi doctoris vitam apprime cognitam fuisse merito conjicitur. Ceterum non pauca passim leguntur in vitis sanctorum parum dissimilia futuræ sapientiæ aut specialis vocationis prodigiosa indicia, quæ ab omnibus, qui negandi prurigine non laborant, vera habentur et authentica.

(1) B. O. I, 286.

(2) Cff. Renaudot, *litturgg. orientt.* tom. II, p. 605, et Th. Lamy, *de Syrorum fide etc.*, p. 11.

Digitized by Google

Tandem nihil obstat quominus in præsenti casu plane naturaliter Jacobi factum explicemus, quod talis est indolis, ut omnino potuerit a trium annorum puerulo præstari (1); quod autem illud Spiritus sancti instinctui tribuant auctores nostri et habeant miraculi instar, id ex mira eloquentiæ et sanctitatis præstigia, qua tantopere deinceps Jacobus inter populares suos inclaruit, oriri natum erat, maxime apud homines qui sunt, ut Syri, in res mirabiles valde proclives.

Sive vero miraculum admittamus, sive illud inficiemur, stat utriusque scriptoris, Georgii et Anonymi, veracitas; neque ex eorum narratione sequitur, quod fidem omnem superaret, Jacobum a triennio tractatus aut sermones composuisse. Dicitur quidem eum *ex hoc tempore*, *exinde* doctrinæ suæ præstitisse documenta; sed hoc ita commode resolvitur, ut e Spiritus sancti inspiratione, veluti ex fonte, eam intelligatur hausisse sapientiam, quæ deinceps in ejus lucubrationibus maxime splendescere visa est (2): non secus ac vir quidam sanctus inde a baptismatis fonte vitam innocentissimam duxisse tunc merito dicitur, si gratiam in baptismate susceptam, a quo tempore virtutis et meriti proprii capax exstitit, nunquam prætermiserit excolere et enutrire.

### § 3. DE INSTITUTIONE S. JACOBI SARUGENSIS.

Porro de Jacobi juventute parum vel nihil in promptu habetur. Eum a teneris unguibus vestigiis ingressum suorum genitorum virtutibus præstantissimis floruisse conficimus ex Georgii encomio; sed neque is, neque Anonymus referunt quo præceptore usus eruditionem sibi

(1) Atque id eo minus admirationem movebit, si ad usum ss. Eucharistiam pueris ministrandi animum advertamus. Cf. Denzinger, *Ritus Orientalium*, I, p. 39-40, 66. Wirceburgi, 1863.

(2) Hinc mihi videntur particulæ ܡܢ ܗܪܟܐ *exinde* et ܡܢ ܗܝܕܝܢ *ex tunc*, *causaliter* potius quam *temporaliter* accipiendæ.

Digitized by Google

comparaverit ; verum, etiamsi dicitur (v. 130 seq.) « non ex sæculari sapientia verba fecisse, sed ex afflatu Spiritus sancti, » ideo minime excluditur industria humana, quæ in ipso insitam sapientiam promoverit, cœlesti auxilio accedens. Quare probabile judico quod refert Mares Salomonis filius, sæculi XII scriptor nestorianus (1), nimirum, Jacobum una cum Barsauma nestorianæ sectæ coryphæo, litteras didicisse in schola edessena; quas autem ibi falsas admiscet criminationes, capite sequenti plenius redarguam, ubi vindicabitur Jacobi nostri catholica fides. Interim ex Simeone Beth-Arsamensi (2) constat Edessæ tum temporis non unam, quod injuria Mares supponit, sed duplicem exstitisse scholam, quarum altera Persarum erat et Assyriorum persicæ ditioni subjectorum, Mesopotamenorum altera. Fieri itaque potuit Jacobum una cum Barsauma in edessena civitate, Syrorum Athenis, eruditionis causa versatum fuisse, dum persicam hic, aliam ille scholam adibat; atque, ut ita statuamus inducimur ejusdem Simeonis scriptoris coævi testimonio, quippe qui undecim scholæ persicæ celebriores discipulos recensens, Jacobi nullam mentionem exhibet; hujus profecto auctoritas assertioni hominis, in Catholicos et Jacobitas ple-

(1) In libro quem ܡܓܕܠ *turris* inscripsit. Assemanus B. O. III, 384 seqq. hunc librum tribuit scriptori, duobus seculis posteriori, nempe Amri Matthæi filio, qui etiam opus exaravit eodem titulo insignitum. Sed hunc errorem, ex Abulbarcati auctoritate et quorumdam manuscriptorum mendosa inscriptione acceptum, corrigit ibid. p. 580. Porro hæc sunt Maris verba : « Jacobus Sarugensis olim quidem orthodoxus « (nestorianus) fuerat, et in schola Edessena una cum Barsauma eruditus; « ac postea imperatorem Severo favere intelligens, ejus errorem am- « plexus est, scriptisque sermonibus unam Christo inesse substantiam « et divinitatem passam fuisse affirmavit. »

(2) Cfr. B. O. I. p. 203 seq. — De celeberrimis scholis Edessæ olim vigentibus, vide ibid. in *Prologo*, pag. IV, et p. 270; item tom. II. p. 402 ; tom. III, pp.63, 226, 376.

Digitized by Google

rumque iniqui, in scribendo parum diligentis, et ætate multum posterioris, apud æquos rerum æstimatores magnopere prævalebit. Ceterum quæ de hac Jacobi eruditionis origine diximus, intra conjecturæ limites consistere debent, neque enim, tacentibus veteribus, certum quidquam statui potest.

§ 4. DE EXAMINE QUO SARUGENSIS SCIENTIAM AC FIDEM EXPLORARUNT EPISCOPI QUINQUE, DEQUE ILLIUS SCRIPTORUM ORIGINE.

Major est graviorque testium copia, qua certiores efficimur Sarugensem, cum annum ageret vigesimum secundum, suæ doctrinæ coram quinque episcopis fecisse periculum. Contigit istud examen anno Christi 474; factum, præter duos auctores supra citatos, etiam Gregorius Barhebræus qui floruit sæculo XIII, refert his *Chronici* sui verbis : « alii narrant ejus doctrinam, cum adhuc juvenis « esset, a quinque episcopis exploratam fuisse, qui una « considentes in ecclesia, postularunt ut de curru Eze« chielis, quem in tabula expressum ante oculos habebant, « diceret; Jacobum vero extemporaneo carmine sermonem « illis verbis inchoasse : *altissime qui sedes super currum etc.* « et ad ruinam Amidæ mox digressum fuisse; episcopos « vero ea digressione perturbatos, et Jacobum memoriæ « vitio aberrasse suspicatos, superveniente de clade « Amidensi nuncio, intellexisse a Spiritu sancto infusam « juveni scientiam, ac proinde illum rogasse, ne ab in« cœpto desisteret (1). »

Quod autem hic et in Georgii *panegyrico* de Amidæ expugnatione narratur nullo modo cum historicis documentis componi posse videtur; nam hujus civitatis exci-

(1) B. O. II, p. 321. Scribit ibidem Barhebræus doctrinam Jacobi fuisse etiam a Severo, patriarcha antiocheno monophysita, examini subjectam et laudatam; sed hoc, quod nullo alio teste comprobatur, dixerit studio conciliandi propriæ suæ sectæ hujus doctoris auctoritatem. Cfr. cap. seq.



Digitized by Google

dium, a Persis illatum, demum contigit anno 503, ut docet nos Josue stylita, auctor coævus; atqui memorata Jacobi doctrinæ exploratio facta fuit anno ætatis suæ vigesimo secundo, qui quidem convenit cum anno 474, nequaquam, ut illud obiter notem, cum anno 472, quem Assemanus inadvertenter posuit (1); porro hujus sequentem conjecturam probandam putaverim : « prædictionem illam de « Amidæ expugnatione, quam Georgius actis Jacobi in« serit, crediderim ex falsa relatione vulgi haustam, aut « fortasse a sciolo quopiam panegyri Georgianæ inter« textam fuisse (2). » Re enim vera, nulli alii interpretationi locus est; neque dici potest civitatem Amidæ ea tempestate, quæ a Georgio indicatur, forsitan cladem aliquam a Persis fuisse perpessam; nemo enim illorum, qui istorum temporum historiam reliquit, vel ullum verbum dixit de dissidiis aut bellis, quæ tunc inter imperatores et Persarum reges viguissent (3). Accedit et illud, nempe in codicibus manu scriptis, ubi reperitur carmen *de curru Ezechielis*, nullibi planctum adjungi *de excidio Amidæ.*

Pergit Georgius, docens Jacobum, ante quam Dominus ad ipsum episcopos misisset, nihil adhuc scripto mandasse ob summam animi sui demissionem, deinde vero illorum mandato moram gerentem lucubrationes suas vulgare cœpisse (4).

(1) B. O. I. 289.

(2) Ibid.

(3) Historiam hujus civitatis, quæ hodie vocatur *Diarbekr* breviter delineatam videsis in opere : *Expédition scientifique en Mésopotamie, exécutée par ordre du gouvernement*, *de* 1851 *à* 1854, publiée par Jules Oppert. Paris, imprimerie impériale, 1863. Cfr. Ritter, *Erdkunde*, IX, 714, 964; XI, 21 seqq.

(4) Non video quo jure Assemanus (B. O. I, 289, in nota) Georgium ex hac parte lapsum esse contenderit, et ad id conficiendum Josue stylitam adduxerit, inutili labore. Quamvis enim erraverit Georgius admiscendo narrationem *de Amida* sermoni quem Jacobus coram epis-

Digitized by Google

### § 5. DE CONDITIONE VITÆ S. JACOBI, ANTE EJUS EPISCOPATUM.

Ignoratur utrum Sarugensis jam tunc in aliquo ecclesiasticæ hierarchiæ gradu constitutus, et quo ætatis suæ anno sacerdotio fuerit initiatus. Quo circa id solummodo ex Josue constat : ipsum ante annum 503, ætatis suæ quinquagesimum primum, *periodeutam* egisse sive regionis Batnensis *visitatorem*, quæ est episcopatum inter et presbyteratum media dignitas (1). Juvat autem integrum Josue

copis habuit, et ita tempora confuderit, dicendo tamen magistrum suum tum primum scripta sua exarare cœpisse, minime contradicit Stylitæ, qui Jacobum jam plura scripsisse ubi contigit Amidæ excidium affirmat. Prior enim loquitur de anno 474, posterior vero de anno 503. Fallitur itaque ipse Assemanus, dum asserit « falsum esse Jacobum anno ætatis vigesimo « secundo, quo ab episcopis de ejus doctrina periculum factum fuit, « nihil adhuc scriptis mandasse. »

(1) Munus periodeutarum in ecclesia syriaca etiamnum vigere, liquet ex hujus gentis *pontificali*. Apud Maronitas catholicos, post synodum Libanensem, celebratam anno 1736, præside Josepho Simonio Assemano ablegato apostolico, ordinationes sequentes frequentantur : 1° cantoris seu psaltis; 2° lectoris; 3° subdiaconi; 4° diaconi; 5° archidiaconi; 6° presbyteri; 7° periodeutæ seu visitatoris; 8° archipresbyteri; 9° chorepiscopi; 10° episcopi et metropolitani; 11° patriarchæ; harum autem ritum exhibuit Josephus Aloysius Assemanus, Simonii ex patre nepos, tom. IX *Codicis liturgici*, in præfat. pp. LXXVII-LXXXIX. Ex quibus patet apud ipsos diversam esse chorepiscopi et periodeutæ ordinationem; non ita tamen res se habet apud omnes orientales; nam Jacobitis una eademque est periodeutarum cum chorepiscopis ordinatio (B. O. II, *Dissert. de Syris monophys.*, X); pariter « in jure recentiori tam græcorum Melchita- « rum, quam Nestorianorum, pro uno eodemque sumuntur *chorepis-* « *copus* et *periodeutes*, etsi in antiquis conciliis diversæ res fuerint, et « inter officiales ecclesiæ Constantinopolitanæ *periodeutæ* ab exarchis, « qui in locum chorepiscoporum successere, distinguuntur. » Cfr. B. O. IV, p. 830, ubi additur periodeutarum officium fuisse, ut defectu episcopi, quem in villis et agris præfici non decet, ipsi loca illa circumobirent et cunctos ad rectæ vitæ sanæque doctrinæ normam efformarent. Porro veteres chorepiscopi propriam sedem habebant in pagis et villis, periodeutæ nullibi, sed huc illuc per totam episcopi diœcesem, per pagos scilicet et villas, excurrebant. — De chorepiscopis, archipresbyteris et perio-

Digitized by Google

locum in medium proferre, quia insignem continet Jacobi laudem a catholico scriptore prolatam, et existimationis, qua apud gentiles suos pollebat, testimonium non mediocre: « Cavades (Persarum rex) urbe (Amida) potitus, relicto « trium millium peditum præsidio, ad Sigar montem pro- « ficiscitur, et Rufinum (Anastasii imperatoris legatum, « quem in custodiam tradiderat) tunc demum dimittit, « ut calamitates Amidenorum Anastasio renunciet. Ea res « supra quam dici potest terruit Syros quotquot ad orien- « tales Euphratis partes habitabant, ut in occidentem « omnes migrare pararent. At venerabilis Jacobus perio- « deutes, qui plurimas de variis scripturarum sectionibus « homilias, cantica etiam hymnosque de illa locustarum « tempestate conscripsit, haud segniter se gessit in ea « calamitate; sed prout ipsum decebat, epistolam paræ- « neticam ad omnes civitates dedit, confidere unumquem-

deutis docte disputavit Joh. Morinus; in eo tamen erravit quod vocem ܦܪܝܘܛܐ vel ܦܪܝܕܘܛܐ a ܦܪܝܐ *vigilans* voluerit derivari; non est enim nisi ipsum græcum vocabulum περιοδευτής, quod syriace proprio nomine ܣܥܘܪܐ *visitator* dicitur. — « Περιοδευταί, inquit Suicerus, vocantur « *curatores animarum*. Omnium infimi, villarum episcopi, χωρεπίσκοποι « dicebantur. Nam et hi episcopalem consecrationem habebant, sed « minores tantum ordines consecrabant, hypodiaconos nimirum, lec- « tores et exorcistas, ut diserte docet canon X antiochenus. Unde et « postea ne vilesceret in his nomen episcopi, placuit appellari eos pro « chorepiscopis περιοδευτάς id est *curatores*..... Non enim, ut multi « arbitrantur, περιοδευταί illi, qui pro chorepiscopis dicti sunt et in « eorum nomen locumque successerunt, ita vocabantur quod *circitores* « essent. In uno quippe loco manebant ἐπισκοποῦντες id est *curantes* « ut urbium episcopi..... Hinc sanxit can. 57. synodi laodicenæ ὅτι οὐ « δεῖ ἐν ταῖς κώμαις καὶ ἐν ταῖς χώραις καθίστασθαι ἐπισκόπους, « ἀλλὰ περιοδευτάς. » Hæc Suiceri opinio, ut liquet, non plane Asse- mani sententiæ congruit. Ceterum implicata est hæc quæstio de chor- episcoporum et periodeutarum origine, officio et distinctione; hic autem, pro scopo nostro et argumenti necessitate, pauca quæ produximus suf- ficere arbitramur.

Digitized by Google

« que jubens in salutare Dei, admonensque eos, ne fugam « minime necessariam arriperent (1). » Tametsi Jacobus hic non expresse *sarugensis* appelletur, procul dubio ipse ille significatur aperte, quandoquidem ejus scripta ab aliis laudata indicantur nominatim; præterea diserte testatur Barhebræus Jacobum sarugensem *periodeutæ* officio ea tempestate defunctum fuisse (2).

### § 6. DE JACOBI MUNERE EPISCOPALI, OBITU ET SANCTITATE.

Demum, cum annos natus esset supra sexaginta septem, virtutibus illustris et doctissimis scriptis ubique gentium nobilissimus, episcopus Batnarum constituitur, eamque ecclesiam, teste Georgio, sanctissime et sedulo rexit. Diem vero clausit supremum, die 29 novembris anni 522, postquam vixisset annos septuaginta, in episcopatu autem duos cum dimidio. Sepultusque fuit honorifica pompa in civitate ejus episcopali, ubi ipsius reliquiæ mox fidelium veneratione, memoria instituta festivitate coli cœperunt. Hæc itaque de Jacobi historia dicta sunto.

Ea vero fuit ipsius sanctitatis apud Syros opinio, ut eum

(1) Syriace hæc partim leguntur B. O. I, p. 21 : ܩܕܡ ܡܠܟܝ ܬܐܢܬܐ ܐܓܪ̈ܬܗ ܡܠܝ̈ܬܐ ܕܡܠܘܟܐ ܫܕܪ ܘܐܬܦܢܝ ܠܡܕܝܢܬܐ ܠܡܕܝܢ̈ܬܐ. ܡܗܝܡܢܐ ܕܝܢ ܡܫܡܫܢ ܦܘܪܫܢܐ ܗܘ ܕܐܬܐܡܪ̈ܐ ܬܘܚܡܐ ܫܡܝܫܝܢ ܠܗ ܠܟܠ ܦܘܩܕܢ̈ܐ ܕܥܠܡܐ ܘܬܫܡܫܬܐ ܘܡܫܡܠܝܘܬܐ ܕܡܫܝܚ ܠܗ ܟܠ ܐܢܫܐ ܗܘ ܕܡܚܝܐ: ܠܐ ܐܬܚܝܒ ܐܠܐ ܡܚܝܢܐ ܗܘ ܦܢܝ ܐܢܫܐ ܕܢܚܝܐ ܗܘܐ ܠܗ: ܐܠܐ ܕܠܘܬ ܐܝܟܢܐ ܕܡܬܬܪܨܐ ܠܡܫܠܡܘ ܡܫܝܚܘܬܐ ܦܝ ܡܫܟܚ ܠܗܘܢ ܟܠ ܦܘܪܫܢܐ ܕܫܠܡܐ ܘܡܫܠܡܢ ܠܗܘܢ ܕܠܐ ܢܥܪܩܘܢ ✣

(2) B. O. II, 322 : « (sub Severo) claruit etiam doctor celeberrimus, mar « Jacobus, qui Batnis Sarugi episcopus præfuit..... Erat autem perio- « deutes seu visitator Hauræ in Sarug. » ܐܫܬܡܗ ܗܘܐ ܗܢܐ ܦܪܝܘܕܘܛܐ ܕܚܘܪܐ ܕܣܪܘܓ

tam orthodoxi quam hæretici veluti sanctum venerentur. Maronitæ quidem ejus memoriam agunt die 5 aprilis; Jacobitæ vero die 29 octobris, 29 junii et 29 julii. Sed et in divinis officiis et in sacra liturgia quotidie apud utrosque laudatur, una cum S. Ephræmo; at in *martyrologio* ecclesiæ romanæ nulla ejus mentio occurrit.

---

Hæc dum prælo subjacebant, nuntium accepi jucundissimum, nimirum S. Jacobum Sarugensem, quem Bollandiani antiqui penitus ignorasse videntur, tandem locum suum in *Actis Sanctorum*, habiturum, *tomo XII Octobris*, brevi in lucem prodituro; commentarium de eo complectentur paginæ 824 et seqq., quas mecum, jam ante totius voluminis complementum, humanissime communicavit earum auctor doctissimus, R. P. H. Matagne, S. J., qui, quod de bollandiano monere fere supervacaneum est, sermone perspicuo, critica diligenti et eruditione accurata, istud argumentum tractavit. Observare proinde me juvat, cum iis quæ cl. vir juxta documenta quæ præ manibus potuit habere, statuit de Jacobo, ea fere consentire quæ ex fontibus disserui. Ita, verbi gratia, facinus Jacobi triennis (supra, *pag.* 93, *seq.*) etiam ipse, contra Assemanum, *de vino consecrato* a puero hausto interpretatur. Alia, capite sequente, ubi opportunum visum fuerit, enotabo. Hic solummodo, quia ad antegressa referuntur, duo addenda esse video.

Primum est, Georgium, *panegyrici* auctorem, a doctissimo bollandiano haberi Jacobo Edesseno æqualem ejusque forsan discipulum; hunc ego supra, *pp.* 86-88, ipsius Sarugensis discipulum et ab altero juniore quodam Georgio, pariter Arabum episcopo, distinguendum asserui. Fateor sane quæstionem esse impeditam et, attenta præsenti documentorum penuria, ægre solvendam; cui forsitan nonnihil lucis ab eo affundi posset, qui *vitam Jacobi Edesseni*, *vitæ Jacobi Sarugensis* conjunctam, qualis exstat in codice musæi britannici 12. 174 *add. mss.*, præsto haberet (vide notam ad *p.* 89). Interim argumenta et conjecturæ, quibus Georgium duobus ferme sæculis Sarugensi posteriorem fuisse efficeretur, ea non sunt, meo quidem judicio, quæ dilucidum et certum Gregorii Barhebræi testimonium, amanuensis contestationem verosimiliter ex codice antiquiori desumptam, atque, quantum sapio, probabilem ipsius Georgii confessionem certo convellere queant.

Alterum, quod adjungere volebam, ad cultum spectat quem

Digitized by Google

sanctus Jacobus in ecclesia obtinuit; quæ quæstio, ad *Actorum* scriptores proprie spectans, a Rev. P. Matagne dilucide æque et docte disputata est verbis, quæ hic eo magis integre recitare placet, quod ad ea confirmanda inserviant, quæ mox ipsi, ubi de Jacobi orthodoxia sermo erit, sumus dicturi. « A Maronitis hodie ad diem » 5 aprilis, a Jacobitis, qui immerito orthodoxum doctorem sibi » vindicant, diebus 29 junii, 29 julii et 29 octobris colitur. Armeni » vero ad diem 25 septembris sanctum episcopum Sarugensem re» colunt, ut videre est apud Assemanium et Aucherium. Satius » utique fuisset Maronitas catholicos sequi, quam Jacobitas » heterodoxos; sed, ut notum est, in nostro opere historiam sanc» torum narrare primum intendimus et, quamvis ut plurimum » orthodoxorum et præcipue Romani Martyrologii ordinem sequa» mur, commentariorum tamen seriem historiæ utilitati inservire » jubemus, et omnem libenter captamus occasionem, ut defectus » operis aliquando resarciantur. Demum notandum est in kalen» darii Romæ anno 1624 editi latina translatione, quam Romæ » accepit Papebrochius, s. Jacobum non nominari ad 5 aprilis, » quod quidem primum valde mirabar, at brevi intellexi, post» quam manibus versavi Faustini Naironi Maronitæ *Euopliam* » *fidei*. Hinc enim vidi anno 1624 ipsis Maronitis non plane per» spectam fuisse *Jacobi* Sarugensis historiam, quum in ejus ætate » definienda, et laudandis operibus, non satis distinguat quæ ad » Jacobum Edessenum et ad Sarugensem pertinent, vir doctus qui » anno 1694 Romæ suum opus edidit. In kalendario anni 1624, lau» datur ad diem 27 januarii cum Ephræmo Jacobus Edessenus, » quod omnino congruit iis, quæ ex Maronitarum kalendario » affert Naironus. At puto ex ignorantia Edessenum illic nomina» tum fuisse, et pro Edesseno Sarugensem reponi oportere. Re» centiores ergo institutionis esset festum diei 5 aprilis, et post » Naironi admissum tempora. »

Digitized by Google

# CAPUT ALTERUM.

## DE SCRIPTIS ET DOCTRINA S. JACOBI SARUGENSIS.

---

Jacobus tanta floruit apud Syros doctrinæ et eloquentiæ fama, ut « fistula Spiritus sancti et fidelis Ecclesiæ cythara (1), » item « veritatis doctor et columna spiritualis (2) » nuncupari meruerit. Reliquit autem pene innumera ingenii sui monumenta, ut testes locupletissimi indicant. Si vero Gregorio Barhebræo fides est, ubi eum claris scriptoribus qui Severi tempore enituerunt accenset, « habuit amanuenses septuaginta describendis ejus sermonibus occupatos, quos septingentos sexaginta recensent, « præter expositiones, epistolas, hymnos et cantica (3). » Quibus verbis cum ligatæ, tum metro solutæ compositiones summatim complectuntur. Porro sola metrica, eaque non omnia, sed quæ de viris illustribus veteris fœderis, de angelis et de mysteriis filii Dei concinnavit, indicantur in

(1) Ab Anonymo supra, p. 89, et a Georgio, p. 67.

(2) A Georgio pp. 27 et 29.

(3) B. O. II, p. 322 : ܘܗܘܘ ܠܗ ܟܬܘܒܐ ܫܒܥܝܢ ܡܫܬܡܫܝܢ ܕܟܬܒܝܢ ܡܐܡܪܘܗܝ ܕܡܢܝܢ ܫܒܥܡܐܐ ܘܫܬܝܢ. ܣܛܪ ܡܢ ܦܘܫܩܐ ܘܐܓܪܬܐ ܘܡܕܪܫܐ ܘܣܘܓܝܬܐ.

Digitized by Google

*panegyrici* parte quæ legitur capite superiore, neque alia memorare videtur auctor anonymus supra recitatus : « reperimus, inquit, totam ejus doctrinam prophetas quinquaginta mole æquare; homilias (*carmina*) autem ejus septingentas esse et tres supra sexaginta, quarum prima est quam de curru scripsit, postrema vero de Maria et Golgotha, quam imperfectam reliquit (1). »

## ARTICULUS I.

### JACOBI SCRIPTORUM RECENSIO, FORMA ET STYLUS.

§ 1.

Multæ forsitan ex sancti Jacobi scriptis irreparabili jactura perierunt; cetera adhuc fere omnes hinc inde in bibliothecarum pluteis reconduntur, editorem expectantes. Nonnulla reperiuntur Florentiæ, ut constat ex *catalogo bibliothecæ mediceæ laurentianæ palatinæ*, quem edidit Stephanus Evodius Assemanus (2), alia Londini (3), alia Parisiis

(1) ܐܫܟܚܢ ܕܗܘܐ ܟܠܗ ܡܠܦܢܘܬܗ ܚܡܫܝܢ ܢܒܝܐ ܕܫܩܠܐ. ܡܐܡܪ̈ܐ ܕܝܢ ܡܫܟܚܢܢ ܫܒܥܡܐܐ ܘܫܬܝܢ ܘܬܠܬܐ. ܡܐܡܪܐ ܩܕܡܝܐ ܕܥܠ ܗ̇ܘ ܕܥܠ ܡܪܟܒܬܐ. ܘܐܚܪܝܐ ܗܘ ܠܐ ܫܠܡܗ ܥܠ ܡܪܝܡ ܘܓܓܘܠܬܐ. Cfr. B. O. I, 299, ubi ܡܐܡܪ̈ܐ vertitur per *homilias*. Quamvis sane vox syriaca *homilias* significare valeat, rectius tamen eam reddi putem per *carmina*, ubicumque de *sermonibus metricis* adhibetur.

(2) Ea autem sunt : *hymni viginti de ss. martyribus* (*p.* 74 *catalogi*); *homilia metrica de Constantino et de synodo patrum tercentum decem et octo* (*pp.* 85 et 86); *epistola de Trinitate et Incarnatione* (*p.* 123); demum *homiliæ quatuor metricæ*, in arabicum sermonem conversæ (*p.* 127).

(3) Londini inveniuntur ista in *Museo britannico*, et pertinent partim quidem ad *codices Richianos*, partim vero ad *additional manuscripts*, quorum, quantum equidem novi, nondum prodiit catalogus. Porro in *catalogo*, quem anno 1838 ediderunt Rosen et Forshall, censentur hæc Jacobi Sarugensis monumenta : 1° *liturgia*, syriace, *cod.* 7180 *Rich.*, fol. 69. b. 2° *sermo metricus de Antichristo*, syriace, 7190 *Rich.*, fol. 244. b.;



Digitized by Google

aut alibi. Quum vero ea omnia ipse inspicere non potuerim, completum horum catalogum texere non vacat, sed eam solummodo enumerationem, quam exhibet Jos. Sim. Assemanus in *Bibliotheca orientali,* operum S. Jacobi quæ in *vaticanis codicibus* exstant, hic reponendam esse putavi; initia tamen et excerpta ibi frequenter obvia, ne lectorem fastidio gravarem inutili, prorsus omisi. Carmina autem nunc recensenda numerantur 231, seu tertia circiter pars eorum quæ Jacobus composuisse traditur; istorum autem duo non amplius syriace, sed tantum arabice conversa in Vaticano supersunt, ut suo loco indicabitur (1).

1 *Carmen de curru quem vidit Ezechiel propheta.* Cod. 117, fol. 1; arabice, cod. IX, fol. 1.
2 *De consecratione ecclesiæ.* Cod. 117, fol. 9, et cod. 118, fol. 1 cum hoc titulo : *de scrutatione, et de consecratione ecclesiæ.*
3 *De encæniis ecclesiæ.* Cod. 117, fol. 11.
4 *De illapsu Altissimi super montem Sinaï, et de mysterio ecclesiæ.* Cod. 117, fol. 14.
5 *De Domino nostro et Jacob, de ecclesia et Rachel; deque Lia et synagoga.* Cod. 117, fol. 17.
6 *De Thamar et ecclesiæ symbolo.* Cod. 117, fol. 19, et cod. nitriensi XIV, fol. 28.
7 *De visione Jacob in Bethel, quæ est ecclesiæ symbolum.* Cod. 117, fol. 21.

3° *sermo metricus de resurrectione*, syriace, 7190 *Rich.* f. 251; 4° *sermo metricus de crucifixione Christi*, syriace, 7190 *Rich.*, fol. 255. b.; 5° *sermo de oratione dominica*, arabice, 7206 *Rich.*, f. 51; 6° *sermo de iis qui pauperes sunt spiritu*, arabice, 7206 *Rich.*, f. 52; 7° *sermo de pœnitentia, de jejunio et de eleemosyna*, arabice. 7190 *Rich.*, fol. 45. — Præterea alia plura adhuc Londini latere non dubito, aliqua autem adesse in *cod.* 12,162 *add. mss.*, item in 12,165 et 12,166, novi ex Land, *Anecdota syriaca*, p. 15; denique ex *cod. add.* 14,590 et 17,158 edita quædam fuere in opere : *ancient syriac documents*, London, 1864; ex cujus operis pag. 193 constat alia contineri in *cod. add.* 14,624.

(1) Codices, arabicis numeris notati, juxta hodiernam notationem bibliothecæ Vaticanæ indicantur; qui autem romanis notis, ita ex *Biblioth. orient.* proferuntur, quia nunc *catalogum* assemanianum præ manibus non habens, hujus numerum correspondentem inquirere non potui.

Digitized by Google

8 *De annunciatione Zachariæ*. Cod. 117, fol. 25, et cod. 118, fol. 5.
9 *De annunciatione Deiparæ*. Cod. 117, fol. 31.
10 *De profectione Mariæ ad Elisabeth*. Cod. 117, fol. 32.
11 *De nativitate Domini* sermo primus. Cod. 117, fol. 36; cod. 118, fol. 6; cod. nitr. XIII, f. 44. Citatur etiam in cod. arabico XXIII, qui *fides Patrum* inscribitur.
12 *De nativitate Domini* sermo secundus. Cod. 117, fol. 43; cod. 118, fol. 19; cod. nitriensi XIII, fol. 125.
13 *De nativitate Domini* sermo tertius. Cod. 117, fol. 45, et cod. 118, fol. 15.
14 *De nativitate Domini, et de stella quæ Magis apparuit, deque infantium cæde*. Cod. 117, fol. 47; cod. 118, fol. 40 et 52; cod. nitr. XIII, fol. 173.
15 *In illud Isaïæ prophetæ : et vocabitur nomen ejus Emmanuel*. Cod. 117, fol. 54; cod. 118, fol. 22; cod. 251, fol. 48.
16 *In illud Isaïæ : et vocabitur nomen ejus admiratio*. Cod. 117, fol. 55; cod. 251, fol. 50.
17 *De Balaam et Balac*. Cod. 117, fol. 57, et cod. 114, fol. 50.
18 *In illud : venite faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram; et de nativitate Christi*. Cod. 117, fol. 59, et cod. arabico IX, fol. 39.
19 *Quare Dominus triginta annos in mundo egit, ante quam miracula edere inciperet*. Cod. 117, fol. 62, et cod. 251, fol. 15.
20 *De inscrutabili Christi dispensatione*. Cod. 118, fol. 24.
21 *De sancta Virgine Dei genitrice Maria*. Cod. 117, fol. 64, et cod. 118, fol. 26. — Sermo is infra prodibit.
22 *De sancta Virgine Deipara alter sermo, congruitque adversus divinorum mysteriorum scrutatores*. Cod. 116, fol. 67, et cod. arabico vaticano LV, fol. 46.
23 *De sancta Dei genitrice semperque virgine Maria, et adversus eos qui blasphemant et dicunt eam post partum nequaquam virginem permansisse*. Cod. 118, fol. 31. — Prodibit ad calcem.
24 *De s. Stephano archidiacono et protomartyre*. Cod. 117, fol. 115; cod. 118, fol. 57, et cod. nitr. XIII, fol. 40.
25 *De infantium cæde*. Cod. 117, fol. 74.
26 *De Moyse propheta et de infantium cæde*. Cod. 117, fol. 76.
27 *De Constantino fideli imperatore, deque synodo nicæna*. Cod. 117, fol. 80.
28 *De Christi Domini baptismo*. Cod. 117, fol. 83; cod. 118, fol. 56.
29 *De baptismo*. Cod. 118, fol. 61.
30 *De legis, Joannis et Christi baptismo*. Cod. 117, fol. 86; cod. 251, fol. 13.
31 *De torrente quem vidit Ezechiel propheta*. Cod. 117, fol. 88; cod. 251, fol. 55; cod. nitr. XIV, fol. 3.

Digitized by Google

32 *De desponsatione Rebeccæ, deque mysteriis et symbolis quæ in ea continentur*. Cod. 117, fol. 90; cod. nitr. XIII, fol. 22.
33 *De Samaritana*. Cod. 117, fol. 93; cod. nitr. XIV, fol. 1.
34 *De decollatione s. Joannis baptistæ*. Cod. 117, fol. 104; cod. 118, fol. 69.
35 *De laudibus s. Joannis baptistæ*. Cod. 117, fol. 107; cod. 118, fol. 65.
36 *De Jona propheta, qui in urbe Ninive prophetavit*. Cod. 117, fol. 117.
37 *De præsentatione Domini in templo et de Simeone sene*. Cod. 117, fol. 140; cod. 118, fol. 74, et cod. arab. vatic. XLIV.
38 *In illud Simeonis senis : hic positus est in ruinam et in resurrectionem multorum in Israël*. Cod. 117, fol. 143; cod. 118, fol. 77.
39-40 *De sacerdotibus* sermones duo. Cod. 117, fol. 144; nitr. XVI, fol. 112; *I*us cod. 117, fol. 148.
41-43 *De Aaron sacerdote* sermones tres. *I*us cod. 117, fol. 151; *II*us ibid.; *III*us ibid. fol. 152.
44-55 *De fidelibus defunctis* sermones duodecim. *I*us cod. 117, fol. 152; *II*us cod. 117, fol. 162 et cod. nitr. XVI, fol. 40; *III*us cod. 117, fol. 163, et nitr. XVI, fol. 90; *IV*us cod. 117, fol. 163, et nitr. XVI, fol. 97; *V*us cod. 117, fol. 165, et cod. nitr. XI, fol. 30; *VI*us *de pueris*, cod. nitr. XVI, fol. 91; *VII*us *de peregrinis*, cod. nitr. XVI, fol. 94; *VIII*us cod. nitr. XVI, fol. 95; *IX*us cod. nitr. XVI, fol. 98; *X*us *de virginibus et monialibus*, cod. nitr. XVI, fol 100; *XI*us *de pueris*, cod. nitr. XVI, fol. 102; *XII*us cod. nitr. XVI, fol. 111.
56-65 *De fine mundi, de Antichristo, de secundo Christi adventu et de judicio* sermones decem. *I*us cod. 117, fol. 158; *II*us ibid. fol. 287; *III*us ibid. fol. 160; cod. 251, fol. 76, et cod. arab. IX, fol. 227; *IV*us cod. 117, fol. 288, et cod. 251, fol. 66; *V*us cod. 117, fol. 324; cod. 251, fol. 69; *VI*us cod. 251, fol. 74, et cod. nitr. XVI, fol. 92; *VII*us, *VIII*us... cod. 117, fol. 217; *IX*us ibid. fol. 218, et cod. 251, fol. 71; *X*us cod. 117, fol. 246.
66 *De muliere septem virorum et de resurrectione mortuorum*. Cod. nitr. XIII, fol. 111.
67 *De regno et gehenna*. Cod. 117, fol. 283.
68 *De miraculo quod fecit Dominus in Cana Galilææ*. Cod. 117, fol. 167.
69-71 *De sacra quadragesimali jejunio* sermones tres. *I*us cod. 117, fol. 169; cod. 118, fol. 80, et cod. arab. IX, fol. 218; *II*us cod. 117, fol. 171; cod. 118, fol. 87; *III*us cod. 117, fol. 176.
72 *De Domini cum diabolo certamine*. Cod. 118, fol. 91.

Digitized by Google

73 *De tentatione Domini deque ejus lucta cum diabolo.* Cod. 117, fol. 353, et cod. 251, fol. 62.
74 *In illud Domini : nolite jurare omnino.* Cod. 117, fol. 179.
75 *Parænesis.* Cod. 117, fol. 183; cod. 118, fol. 96, et cod. arab. IX, fol. 159.
76 *De miraculis quæ fecit Dominus.* Cod. 117, fol. 195.
77 *In illud Domini effatum : quid prodest homini etc.* Cod. 117, fol. 196; cod. 118, fol 98; cod. arab. IX, fol. 153.
78 *In illud Domini : simile est regnum cælorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentatum est totum.* Cod. 117, fol. 198; cod. 118, fol. 144; cod. 251, fol. 3.
79-82 *De pœnitentia* sermones quatuor. *I^us^* cod. 117, fol. 199; *II^us^* ibid. fol. 205; *III^us^* ibid. fol. 209; cod. 118, fol. 101; item cod. berœensi I, et arabico IX, fol. 163; *IV^us^* cod. 117, fol. 266, et cod. 118, fol. 171.
83 *De amore pauperum.* Cod. 118, fol. 105.
84 *De amore divino.* Cod. 118, fol. 109; cod. nitr. XIII, fol. 93 et arabico IX, fol. 100.
85 *De superbia.* Cod. 117, fol. 208, et cod. arabico IX, fol. 95.
86 *In illud Jeremiæ prophetæ : qui gloriatur in Domino glorietur.* Cod. 117, fol. 281, et cod. 251, fol. 53.
87 *In illud Domini : quum spiritus nequam ex homine exierit, circumvagatur per loca arida.* Cod. 117, fol. 219.
88 *De decem drachmis et centum ovibus.* Cod. 117, fol. 221, et cod. arab. IX, fol. 169.
89 *De divite et Lazaro.* Cod. 118, fol. 186, et cod. arab. IX, fol. 120.
90 *Parænesis et adversus blasphemos.* Cod. 117, fol. 232.
91 *De leproso qui dixit ad Dominum : si vis, potes me mundare.* Cod. 118, fol. 113.
92 *De paralytico.* Cod. 118, fol. 116.
93 *De chananæa.* Cod. 117, fol. 248.
94 *De filia Jaïri archisynagogi.* Cod. 117, fol. 250, et cod. 118, fol. 117.
95 *De Zacchæo publicano.* Cod 117, fol. 251.
96 *De operariis vineæ Domini.* Cod. 117, fol. 253, et cod. 118, fol. 140.
97-98 *De filio qui bona sua dissipavit* sermones duo. *I^us^* cod. 117, fol. 256; *II^us^* cod. 117, fol. 260; cod. 118, fol. 180, et cod. nitr. XIII, fol. 82.
99 *De publicano et pharisæo, qui in templo ad orandum ascenderunt.* Cod. 117, fol. 264; cod. 118, fol. 154; cod. nitr. XIII, fol. 7, et arab. IX, fol. 189.
100 *De Adæo apostolo et Abgaro Edessæ rege.* Cod. 117, fol. 268.

Digitized by Google

101 *In illud Domini : facilius est camelum per foramen acus intrare quam divitem in regnum Dei.* Cod. 117, fol. 271; cod. arab. IX, fol. 109.
102 *De præceptorum observatione, et parænesis.* Cod. 117, fol. 272.
103 *De oratione quam Dominus discipulos suos docuit.* Cod. 117, fol. 273; cod. 118, fol. 147, et cod. arab. IX, fol. 175.
104 *De juvene qui dixit Domino : quid faciam ut vitam æternam possideam?* Cod. 117, fol. 277, et cod. 118, fol. 201.
105 *In illud Domini : simile est regnum cælorum grano synapis.* Cod. 117, fol. 279.
106 *De ss. quadraginta martyribus.* Cod. 117, fol. 292, et cod. 118, fol. 169.
107 *De tribus defunctis quos ad vitam Dominus revocavit.* Cod. 117, fol. 294, et cod. 118, fol. 131.
108 *De illo qui ab Jerusalem descendit in Jericho et in latrones incidit.* Cod. 117, fol. 296, et cod. 118, fol. 161.
109 *In illud Domini : simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro.* Cod. 117, fol. 298; cod. 251, fol. 4, et arab. IX, fol. 115.
110 *De Eucharistia.* Cod. 117, fol. 299, et cod. 251, fol. 181.
111 *De muliere quæ dorsi curvitatem per annos duodeviginti passa est.* Cod. 117, fol. 302, et cod. nitr. XIV, fol. 1.
112 *De quinque panibus et duobus piscibus.* Cod. 117, fol. 304.
113 *Parænesis, et de paupertate.* Cod. 117, fol. 308.
114 *De amore pecuniæ.* Cod. 117, fol. 310.
115 *In illud Salomonis : vanitas est mundus et vanitas vanitatum.* Cod. 117, fol. 312.
116 *De pauperis gemitu.* Cod. 117, fol. 315.
117 *Parænesis.* Cod. 117, fol. 316.
118 *De filio viduæ quem Dominus suscitavit.* Cod. 117, fol. 306; cod. 118, fol. 120, et arab. IX, fol. 204.
119 *De hemorrhoïssa.* Cod. 117, fol. 329; cod. 118, fol. 123; cod. 251, fol. 1.
120 *De miraculis a Domino patratis, quæ sunt curationis sæculi symbola.* Cod. 118, fol. 134.
121 *In illud Domini : vulpes foveas habent.* Cod. 118, fol. 158.
122 *De centurione cujus puerum Dominus in Capharnaum suscitavit.* Cod. 118, fol. 174.
123 *De homine in quo legio dæmoniorum erat.* Cod. 118, fol. 197.
124 *De vidua quæ duos obolos in gazophylacium immisit.* Cod. arab. IV, fol. 197.
125 *De filia Jephte.* Cod. 117, fol. 332, et cod. 114, fol. 146.
126 *De Ozia rege et Isaia propheta.* Cod. 117, fol. 335, et nitr. XIV, fol. 6.

Digitized by Google

127-133 *Adversus Judæos* sermones septem. *I*us cod. 117, fol. 339; *II*us ibid. fol. 341; *III*us ibid. fol. 343; *IV*us ibid. fol. 345; *V*us ibid. fol. 346; *VI*us ibid. fol. 348; *VII*us ibid. fol. 350.

134 *De Lazaro quem Dominus suscitavit.* Cod. 117, fol. 360, et cod. 118, fol 128.

135 *De dominica hosannarum.* Cod. 117, fol. 367; cod. 118, fol. 208, et nitr. XIII, fol. 106.

136 *De ficu cui Christus maledixit.* Cod. 117, fol. 369, et cod. 251, fol. 82.

137 *De parabola vineæ.* Cod. 117, fol. 388, et cod. 118, fol. 212.

138 *De rege qui fecit nuptias filio suo.* Cod. 117, fol. 394; cod. 118, fol. 137, et cod. 251, fol. 6.

139 *De parobola decem virginum.* Cod. 117, fol. 391; cod. 251, fol. 10; cod. nitr. XIII, fol. 117, et arab. IX, fol. 143.

140 *De Abraham et Isaac.* Cod. 117, fol. 399; cod. 118, fol. 217, et nitr. XIII, fol. 157.

141-142 *De Samsone* sermones duo. *I*us cod. 117, fol. 403; cod. 114, fol. 103, et nitr. XIV, fol. 24; *II*us cod. 117, fol. 448, et cod. 114, fol. 109.

143-146 *De Abel et Cain* sermones quatuor. *I*us cod. 117, fol. 405; et nitr. XIV, fol. 60; *II*us cod. 117, fol. 407; *III*us ibid. fol. 409; *IV*us ibid. fol. 411.

147-156 *De Joseph* sermones decem. In cod. 117, foll. 412-432, ubi tamen quintus desideratur. Quatuor postremi exstant etiam in cod. nitr. XIV a fol. 53.

157 *De vacca rubra quæ pro populo ex legis præscripto comburebatur.* Cod. 117, fol. 404; cod. 118, fol. 226, et cod. 114, fol. 75.

158 *De hirco qui pro populo mactabatur.* Cod. 117, fol. 436; cod. 118, fol. 229, et cod. 114, fol. 69.

159 *De duobus passeribus, quorum alter ad fontem aquarum juxta legem mactabatur, alter pro peccato dimittebatur.* Cod. 117, fol. 440; Cod. 118, fol. 248; cod. 114, fol. 64, et nitr. XIV, fol. 49.

160 *De serpente æneo.* Cod. 117, fol. 449; cod. 118, fol. 224, et cod. 114, fol. 60.

161 *De peccatrice.* Cod. 117, fol. 457; cod. 118, fol. 164, et cod. nitr. XI, fol. 1.

162 *De fide.* Cod. 117, fol. 476, et cod. nitr. XII, fol. 131.

163 *De passione Domini.* Cod. 117, fol. 370, et cod. 118, fol. 262.

164-170 *De crucifixione Domini* sermones septem. *I*us cod. 117, fol. 484; *II*us ibid. fol. 485; *III*us ibid. fol. 486, et cod. 118, fol. 234; *IV*us cod. 117, fol. 489, et cod. 118, fol. 257; *V*us cod. 117, fol. 291; cod. nitr. XIII, fol. 62; *VI*us cod. 117, fol. 494; *VII*us cod. 118, fol. 259.

Digitized by Google

171 *De latrone dextero.* Cod. 118, fol. 239.
172 *De sepultura Christi.* Cod. 117, fol. 496.
173 *De ingressu Domini in inferos.* Cod. 118, fol. 292.
174 *Corpus Christi passibile fuisse ac mortale ante resurrectionem.* Cod. 117, fol. 498, et cod. 251, fol. 21.
175-176 *De resurrectione Domini* sermones duo; *I*us cod. 117, fol. 501, et cod. 118, fol. 293; *II*us cod. 117, fol. 503, et cod. 118, fol. 294.
177 *In illud Pauli apostoli : unus est mediator Dei et hominum homo Christus Jesus.* Cod. 117, fol. 504, et cod. 251, fol. 40.
178-179 *De Eucharistia* sermones duo. *I*us cod. 117, fol. 505; cod. berœensi I et arabico IX, fol. 210; *II*us cod. 117, fol. 509, et nitr. XIII, fol. 73.
180 *In illud Apostoli : mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi.* Cod. 117, fol. 507.
181 *De idolorum lapsu.* Cod. 117, fol. 511, et cod. 251, fol. 27.
182 *De Thoma Apostolo et de resurrectione Domini.* Cod. 117, fol. 914; cod. 118, fol. 303, et cod. 251, fol. 58.
183 *De ascensione Domini in cœlum.* Cod. 117, fol. 517, et cod. 118, fol. 316.
184 *De pentecoste.* Cod. 117, fol. 520.
185-186 *De Paulo apostolo* sermones duo. *I*us cod. 117, fol. 526; cod. 251, fol. 30, et nitr. XIII, fol. 29; *II*us cod. 117, fol. 530, et cod. 251, fol. 36.
187 *De monte Thabor.* Cod. 117, fol. 537.
188 *De sancta cruce.* Cod. 117, fol. 540.
189 *De Constantino imperatore et de lepræ ejus mundatione.* Cod. 117, fol. 542, et cod. arab. vatic. LV, fol. 230.
190 *De s. Simeone stylita.* Cod. 117, fol. 548.
191 *De Samouna et Guria, qui Edessæ martyrio coronati sunt.* Cod. 117, fol. 551.
192 *De s. Habibo diacono qui Edessæ martyrium subiit.* Cod. 117, fol. 553.
193 *De Melchisedek.* Cod. 251, fol. 41.
194 *In illud psalmi : tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedek.* Cod. 251, fol. 46.
195 *De die et nocte, de labore et requie.* Cod. 251, fol. 79.
196 *De Achar filio Charmi.* Cod. nitr. XI, fol. 5.
197 *De Asa rege.* Ibid. fol. 27.
198-207 *De Moyse* sermones decem. *I*us, *II*us, *III*us *et IV*us. Cod. 114, foll. 1-15; *V*us ibid. et cod. 117, fol. 546; *VI*us cod. 114; cod. nitr. XIV, fol. 19; *VII*us cod. 114, fol. 38, et cod. 117, fol. 442; *VIII*us cod. 114, fol. 40, et nitr. XIV, fol. 42; *IX*us cod. 114, fol. 45; cod. 117, fol. 23, et nitr. XIV, fol. 37; *X*us cod. 117, fol. 146.

Digitized by Google

208 *De Phinees*. Cod. 114, fol. 55, et nitr. XIV, fol. 22.
209 *De ciborum delectu*. Cod. 114, fol. 79.
210 *De Rahab meretrice*. Cod. 114, fol. 80.
211-212 *De Josue* sermones duo. *Ius*. Cod. nitr. XV, fol. 80; *IIus* initio mutilus, ibid. fol. 92.
213 *De arca Dei a Philistæis ad terram filiorum Israël reducta*. Cod. 114, fol. 113, et nitr. XIV, fol. 16.
214 *De Oza*. Cod. 114, fol. 125.
215-217 *De David et Goliath* sermones tres. *Ius* cod. 114, fol. 129, et cod. 117, fol. 355; *IIus* ibid.; *IIIus* cod. 114, fol. 137.
218 *De Osee propheta et duabus ejus uxoribus*. Cod. 134, fol. 141, et cod. nitr. XIV, fol. 30.
219 *De Elisæo propheta et Sulamitide*. Cod. nitr. XIII, fol. 15, et nitr. XIV, fol. 13.
220 *De turre babylonica*. Cod. nitr. XIII, fol. 13, et cod. nitr. XIV, fol. 45.
221 *De pueris Ephesi*. Cod. nitr. XIII, fol. 79.
222 *De sanctis martyribus*. Cod. nitr. XIII, fol. 101.
223 *De Anania, Azaria, Misaële et Daniele*. Cod. nitr. XIII, fol. 187.
224 *De opere sex dierum*. Exstat mutilus cod. nitr. XIII in fine.
225 *De Job*. Cod. nitr. XIV, fol. 11.
226 *De Elia propheta*. Ibid. fol. 13.
227 *In eos qui dicunt angelos filiabus hominum commixtos fuisse*. Ibid. fol. 52.
228 *De creatione Adæ et de resurrectione mortuorum*. Cod. 117, fol. 155, et cod. arab. IX, fol. 29.
229 *De ejectione Adæ e paradiso*. Cod. arab. IX, fol. 45.
230 *De Adam, mortalisne an immortalis creatus fuerit*. Cod. arab. IX, fol. 66.
231 *De justo Noe et de diluvio*. Ibid. fol. 72.

Ex his non nisi tria, quantum novi, integre in publicam lucem prodierunt, scilicet unum de *S. Simeone Stylita*, quod edidit Stephanus Evodius Assemanus (1), altera duo tum *de Habibo martyre*, tum *de martyribus Samouna et Guria* (2), quæ Curetonii curæ debentur. Apud eumdem

(1) Vide *Acta sanctorum martyrum orientalium et occidentalium, in duas partes distributa*. Pars II. Romæ 1748, typis Josephi Collini, pagg. 230-244.

(2) Reperiuntur in *Cod. Vat.* 117 et supra indicantur numeris 191



Digitized by Google

legitur insuper brevis Jacobi hymnus *de legatione Edessenorum ad Christum Dominum* (1), item brevissima excerpta ex carminibus *de lapsu idolorum* et *de urbe Antiochiæ* (2).

Cl. Pius Zingerle pariter pauca quædam, ex multis quæ Romæ transcripsit, elegantissima versione donata cum eruditis communicavit in ephemiridibus, quæ Lipsiæ ad rerum orientalium studia promovenda vulgantur (3). Tandem omitti non debet, hymnorum Jacobæorum partes sat amplas legi in Syrorum *officiis ecclesiasticis*, Romæ pluries editis in *typographia polyglotta S. C. de Propaganda Fide.* — Et hæc quidem ad poetica pertinent omnia.

Quæ autem noscuntur Jacobi opera soluta oratione conscripta, sequentia sunt.

1° *Anaphora* seu liturgia, apud Eus. Renaudotium inter *liturgias orientales* (4).

2° *Ordo sancti baptismi* (5).

et 192. — Edita sunt ex codice musei britannici 17,158 *add. mss.*, in the *Ancient syriac documents.... discovered, edited, translated, and annotated, by the late W. Cureton,... with a preface by W. Wright.* Williams and Norgate. London. 1864. Cfr. ibi *pagg.* ܦܗ-ܨܘ et 86-106.

(1) Op. cit. *pp.* ܨܙ et 106 seq., ex eodem codice.

(2) Ibid. *pp.* et 112, *ex codd. add. mss.* 14, 624 et 14,590.

(3) Vide *Zeitschrift der Deutschen morgenländischen Gesellschaft.* Leipzig, Brockhaus, tom. 12, anno 1858, pag. 117 seqq.; a. 1859, p. 44 seqq.; a. 1860, p. 679 seq.; a. 1864, p. 751. — Aliqua etiam carminum S. Jacobi specimina, ex Zingerleio et *officiis* Syrorum deprompta, impressa reperiuntur apud J. B. Wenig S. J., *schola syriaca*, OEniponte, 1866, pp. 155-159.

(4) ܐܢܐܦܘܪܐ vox græca est ἀναφορά, syriaca civitate donata. « Sunt autem *anaphoræ,* ait Renaudotius, *liturgg. orientt.* tom. II, p. 45, præcipua illa pars officii eucharistici, quæ ab oratione osculi pacis incipit, et usque ad gratiarum actionem extenditur. » — Exstat *anaphora* Jacobi Sarug. syriace in cod. nitr. III, fol. 160 et cod. echellensi V, fol. 80, eamque latine edidit Renaudotius tom. II *liturgg.* pp. 556-566. Paris. 1715.

(5) ܛܟܣܐ ܕܥܡܕܐ ܩܕܝܫܐ. Hunc e manu scripto Syrorum Maroni-

Digitized by Google

3° *Ordo Confirmationis* (1).

4° *Epistola ad Samuelem* abbatem monasterii sancti domini mei Isaac Gabulensis. Inedita.

5° *Epistola ad Stephanum* Bar-Sudaïli edessenum. Inedita.

6° *Epistola ad dominum Jacobum* abbatum monasterii edesseni, quod appellatur *de anima*. Inedita. Exstat in cod. syr. VI.

7° *Epistola paraenetica* de humilitate et amore divino. Exstat in codd. syr. VI et X. Inedita.

8° *Epistola ad quemdam præstantem virum*. Inedita. Exstat in cod. syr. VI (seu 126 in *catalogo* assemaniano).

9° *Homiliæ sex seu expositiones* ܬܘܪ̈ܓܡܐ *de nativitate Domini*, *de epiphania Domini*, *de jejunio quadragesimali*, *de dominica hosannarum*, *de feria VI passionis*, *de dominica resurrectionis*. Exstant in codice 109 (syriaco X). Eas omnes descripsit Cl. Pius Zingerle, ego primam.

*Epistola* tandem, quam supra (2) Stylites memorat, et *expositio centuriarum sex Evagrii*, de qua loquitur Barhebræus (3), nescio utrum uspiam repertæ fuerint.

§ 2.

His universim et summatim de scriptis S. Jacobi prænotatis, quædam speciatim adjungere necessarium arbitror, queis eorum forma, methodus et doctrina enucleatius explicentur et accuratius. De forma quidem metrica fusius, in sequenti disquisitione de Syrorum poësi agendum erit; si vero quis jam quærat quid de ejus stylo, de verborum delectu, de sententiarum perspicuitate et elegantia

tarum *rituali* edidit syriace et latine Jos. Aloys. Assemanus in *codice liturg.* tom. II, pp. 309-350, hoc titulo præfixum : ܛܟܣܐ ܕܡܥܡܘܕܝܘܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܐܝܟ ܕܛܟܣܗ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܕܒܛܢܢ ܕܣܪܘܓ *Ordo sancti baptismi, institutus a domino Jacobo Batnarum Sarugi.*

(1) Ex eodem Maronitarum *rituali* editum fuit tom. III *codic. liturg.* pp. 184-187; in seqq. vero legitur juxta recensionem Stephani Aldoënsis Maronitarum patriarchæ, qui obiit circa annum 1704. — Confirmationis sacramentum vocant Syri ܚܬܡܐ ܕܡܫܝܚܘܬܐ *signaculum chrismatis*, illudque immediate post baptismum a simplici presbytero apud ipsos conferri solebat.

(2) Pag. 100. (3) Supra, pagg. 86 et 87.

sit dicendum, judicem Jacobo Edesseno, auctore syro qui in his rebus diligenter et ex professo versatus fuit, alium peritia aut æquitate præstantiorem non facile inveniet. Atqui is Sarugensem veluti exemplar syriace bene et eleganter dicendi proponit, una cum Ephræmo, Isaaco Magno et Xenaia Mabugensi (1). Quinimo, haud immerito ipsum habueris, post S. Ephræmum, Syrorum omnium antiquorum copia et facundia primum. Ob hanc etiam rationem popularibus suis perpetuo videbatur « scientiæ « donum non humana industria, sed Spiritus sancti mu- « nere adeptus (2). »

Doctrinam ejus quod attinet, in iis quæ apud ipsum lustrari potui, nihil prorsus offendi quod profanum vel a sacris disciplinis alienum sit, nihil quod a recta fidei regula abhorreat. Postea quæ in contrarium allegantur refellemus, et directis argumentis orthodoxiam ejus stabiliemus. Interim ordo rei postulat ut illorum authentia et fides prius citra controversiam posita habeantur.

## ARTICULUS II.

### DE AUTHENTIA ET INTEGRITATE SCRIPTORUM S. JACOBI.

§ 1.

De authentia operum s. Jacobi multum dissere opus

(1) In *epistola de ortographia syriaca et de punctis vocalibus*; syriace: ܐܓܪܬܐ ܕܥܠ ܬܘܪܨ ܡܠܬܐ ܣܘܪܝܝܬܐ ܘܢܘܩܙܐ B. O. I, 478. Jacobus Edessenus, sæculi septimi scriptor, passim vocatur ܡܦܫܩܢܐ ܕܟܬܒܐ, *librorum interpres*, quod nonnullos ss. scripturarum libros commentariis, græcos vero auctores plures versionibus illustrarit. Fertur etiam puncta vocalium diacritica primum in linguam suam vernaculam induxisse; sæculo vero octavo, Theophilus Antiochenus vocales græcas cæpit adhibere. — Cfr. Barhebræi *librum splendorum* ܟܬܒܐ ܕܙܠܓܐ apud B. O. I, 64 et 477.

(2) Ita Barhebræus B. O. II, p. 321.

non est; equidem non video qua ratione ejus scripta veluti supposititia traducere valeat, qui historicum testimonium et facti argumenta esse in hujusmodi re veritatis criterium agnoscit. Primum enim est, quod auctoris nomine inscribuntur in codicibus antiquissimis, eorum usui exaratis, qui celeberrimi doctoris scripta et noverant optime, et maximi faciebant : amanuenses scilicet dolo vel inscitia alienas lucubrationes Jacobi nomine generatim saltem obtrudere intendisse, aut, si voluissent, potuisse, res est quam nemo gratis facile admittat (1).

Confirmatur hæc codicum fides ipsa eorum secum consensione et harmonia, seu, ut clarius loquar, illorum auctorum testimonio, qui magno numero Jacobi scripta, in iisdem aut aliis manuscriptis codicibus, nominatim laudare aut verbotenus recitare deprehenduntur. Id enim factum fuisse constat a Syrorum plerisque, quantumque regione, sæculo aut secta a Jacobo dissitis. Supra, scriptores Sarugensi æquales, Josue stylitam et Georgium, protulimus. E Catholicis præterea huc referri merentur *Isaac Ninivita* (2) et *Joannes Maro* (3); e Monophysitis vero (4), *Joannes* episcopus *Basorensis*, *Jacobus Edessenus*, *Joannes Darensis*, *Basilius patriarcha*, *Moyses Barcepha* (5), *Dionysius Barsalibæus*, *Jacobus Tagritensis*, *Gregorius Barhebræus;* demum e Nestorianis (6), *Mares Salomonis* filius, et *Amri* filius *Matthæi*.

(1) Librarii id efficere non potuissent, quia fucum alii facile deprehendissent. Hinc quandoque factum videmus ut, ubi librarii in notando auctorem nomine lapsi erant, error a peritiori lectore emendatus appareat.

(2) B. O. I, 445.

(3) Cfr. infra et B. O. I, 516.

(4) B. O. II, art. IV, *passim*, nempe pagg. 98, 119, 126, 129, 158, 162, 207, 239 seq., 282, 295, 303, 306, 310, 321 seq.

(5) *In commentario de paradiso*, quem edidit Andreas Masius, Antverpiæ, ex officina Christophori Plantini, anno 1569.

(6) B. O. III, pp. 385 seq. et 585.

Digitized by Google

Et horum quidem testimonium universim valere arbitror de quibusvis documentis, Jacobo in codicibus manu scriptis attributis; etsi enim inibi nonnulla reperirentur a nemine alio laudato quam amanuensi, huic, utpote in cæteris fideli, assensus detrectari non debet, nisi certæ rationes in promptu sint aliter statuendi. Si autem de compositionibus metro concinnatis speciatim inquiritur, in iis dignoscendis et Sarugensi vindicandis subsidium præbere poterit mensura versus, cui duodecim syllabis constare solemne est.

Tandem, ut propius ad rem nostram accedamus, neve ultra idem argumentum cogamur retractare, animadvertere juverit documenta quæ ad calcem sumus edituri, alio adhuc titulo auctori nostro vindicari. Quippe partes aliquæ istorum carminum apud Syros in officio ecclesiastico ejus nomine notatæ leguntur, quæ adeo quasi totius illius ecclesiæ calculo pronunciantur authenticæ.

§ 2.

Porro et illa quæstio moveri potest, utrum scripta quæ auctori nostro quoad substantiam adscribenda censemus, ad ipsum revera, prout in mss. jacent, integra sint referenda et completa habeantur; hæc profecto est solutu difficilior; in qua solvenda non solum librariorum defectus involuntarii aut errores præ oculis versari debent, qui sane ipsis nimium vitio vertendi non sunt; homines enim sunt, et quidem orientales, a quibus judicium criticum et æqua textuum discretio rarissime poterunt expectari, ut in confesso est apud omnes; sed præcipue agitur de sinceritate ac fide qua ducerentur nonnulli syri librorum descriptores; hæc autem, ubi de rebus dogmaticis inter ipsos controversis sermo est, suspecta aliquando videtur. Monophysitæ præsertim non semel, ut sectæ suæ antiquorum patrum patrocinio auctoritatem et gloriam conciliarent, eorum scripta adultera manu pervertisse sciuntur; inter alia, apertam

Digitized by Google

interpolationis notam arguit doctissimus Renaudot (1) in *liturgia s. Maruthæ*, aliam merito suspicatur Jos. Sim. Assemanus (2) in operibus S. Isaaci Magni, a Jacobitis transcriptis. Vere *punica*, uti dicitur, istorum ex hac parte *fides* merito audit. Apud Evagrium, *lib. 3 historiæ ecclesiasticæ, cap.* 31, monachi palæstinenses catholici Xenaiam et monophysitas arguunt quod « libros sanctorum patrum sæpenumero cor-« ruperint; » adjungunt « multos quoque Apollinaris libros « Athanasio, et Gregorio Thaumaturgo, et Julio falso ad-« scriptos fuisse, quibus præcipue libris multitudinem in « erroris sui societatem inducunt (3). » Pari perfidia usi sunt Monothelitæ in producendis sanctorum patrum scriptis, uti notum est ex concilio generali sexto (4). Similes etiam fraudes a Græcis schismaticis attentata animadvertit Bessarion in concilio Florentino (5). Tandem ipse Barhebræus quosdam sermones Jacobo injuria adscribi testatur (6).

Hinc ita concludimus : quamvis de Jacobi Sarugensis scriptorum, a cujusvis sectæ hominibus laudatorum, authentia dubitari nequeat, fieri tamen potuit, ut quæ per solas Jacobitarum manus ad nos pervenerunt, hinc inde mutila, quin imo interpolata existant, dum id postulabant sectæ præjudicia. Difficile sane est in casu particulari rem, uti aiunt, acu tangere; sed fraus haud injuria suspicabitur, quotiescunque, ubi de naturarum in Christo unione sermo instituitur, auctori nostro eæ attribuantur expressiones, quæ cum ejus doctrina, aliunde certa et orthodoxiæ conformi, ægre aut minime conciliari videantur.

(1) *Liturgg. orientt.* tom. II, p. 273.
(2) B. O. I, 220.
(3) Cfr. Migne, *Patrol. græc.* tom. LXXXVI, col. 2663.
(4) Cfr. Hefele, *Conciliengeschichte, Band III*, pag. 241, ed. Freiburg im Breisgau.
(5) Cfr. Garnerius, apud Migne, *Patrol. græc.* tom. XXXII, col. 40.
(6) B. O. I, 296.

Digitized by Google

## ARTICULUS III.

### DE DOCTRINA S. JACOBI, EJUSQUE OPERUM USU DOGMATICO.

Scriptores ecclesiasticos eo majori in re dogmatica pollere auctoritate, quo propius accedunt ad tempora apostolorum et christianæ religionis initia, optime norunt omnes; priores enim ætate testes cæteris præferendi jure æstimantur, quod primævæ traditionis vox distinctius eorum auribus personare debuerit. Post illos autem, qui ævo apostolico viciniores erant, sunt et alii maximopere attendendi qui sequentibus sæculis, quo tempore in conciliis orientalibus dogmata catholica definitius exponerentur et clarius, eruditione floruerunt, quorumque scripta veluti traditionis et doctrinæ fontes recentioribus suppeditantur ac prostant : quo quidem titulo Jacobus Sarugensis locum inter auctores insignem meretur, quippe qui volumina sacra eruditione haud mediocri referta reliquerit, et fuerit Theodoreto, Cyrillo, Leoni, aliisque quorum libri summa cum veneratione versantur, ætate fere suppar. Non convenit sane opusculo molis tam exiguæ, omnia quæ apud ipsum revelatæ doctrinæ illustrandæ utilia adsunt memorare et discutere; præterea ad id diligenter et fructuose præstandum, perlegenda fuissent omnia Jacobi opera quæ supersunt in codicibus, atque, ut id fatear, ad talem laborem persolvendum otium ego non habui. Abs re tamen minime fuerit nonnulla hic ejus doctrinæ capita breviter indicasse; duo vero, quæ fusiori analysi expendenda videntur, nimirum ejus sententia de Incarnatione et de Beata Maria Virgine, distinctis articulis tractanda reservo.

#### § 1. S. JACOBI DOCTRINA DE SS. TRINITATE.

De SS. Trinitate fidem catholicam exprimit hisce verbis,

Digitized by Google

quæ scribit ad Samuëlem abbatem monasterii S. Isaac Gabulensis (1). « Qui in hunc modum *fidei* professionem non tenet, expers est professione Trinitatis, in qua demum fides nostra constat; hæc enim est quæ confudit, contempsit, dejecit ac delevit e terra omnem idololatriam, cunctasque doctrinas erroneas. Pater enim et Filius et Spiritus sanctus agnitus est, visus, et prædicatus unus Deus adorandus, qui nullam aliam secum habet personam suæ adorationis participem (2). Unus est enim Pater sanctus, unus Filius sanctus, unus Spiritus sanctus. Pater ingenitus, Filius quidem genitus, Spiritus autem ex Patre procedens et a Filio accipiens, estque is verus paracletus, doctor et consummator fidei. »

Quæ verba adeo sunt dilucida ut nulla explicatione indigeant : aperte enim exprimuntur essentiæ unitas et trinitas personarum; adstruitur quoque Filii generatio ex Patre, item Spiritus sancti ex Patre *Filioque* processio; iis vero quidquid de SS. Trinitatis mysterio divina revelatio docet, perfecte proponitur.

(1) Cod. 135, fol. 96 verso in fine, et fol. 97 : ܘܟܠ ܕܗܟܢ ܠܐ ܡܚܕܪܐ܆
ܠܘܩܒܠ ܗܘ ܠܒܪ ܬܘܕܝܬܐ ܕܬܠܝܬܝܘܬܐ܆ ܗܝ ܕܥܠܝܗ ܣܡܝܟܐ ܗܝܡܢܘܬܢ܀
ܗܝ ܓܝܪ ܦܪܝܫܬ ܘܟܒܝܫܬ ܘܫܒܝܚܬ܆ ܘܐܟܪܙܬ ܡܢ ܐܪܥܐ ܠܟܠܗ ܦܬܟܪܘܬܐ܆
ܘܠܟܠܗܘܢ ܡܠܦܢܘܬܐ ܛܥܝܬܐ. [ܐܒܐ ܓܝܪ ܘܒܪܐ ܘܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ܆ ܐܬܝܕܥ
ܘܐܬܚܙܝ ܘܐܬܟܪܙ ܕܐܠܗܘܬܐ ܚܕ ܠܗܐ ܣܓܝܕܐ܆ ܕܠܝܬ ܠܗ ܥܡܗ ܩܢܘܡܐ
ܐܚܪܢܐ: ܫܘܬܦܐ ܠܗ ܒܣܓܕܬܐ. ܚܕ ܗܘ ܓܝܪ ܐܒܐ ܩܕܝܫܐ. ܚܕ ܗܘ
ܒܪܐ ܩܕܝܫܐ. ܚܕ ܗܘ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ. ܐܒܐ ܕܠܐ ܡܬܝܠܕ. ܒܪܐ ܕܝܢ ܝܠܝܕܐ.
ܪܘܚܐ ܕܝܢ ܕܢܦܩ ܡܢ ܐܒܐ܆ ܘܢܣܒ ܡܢ ܒܪܐ܆] ܘܐܝܬܘܗܝ ܦܪܩܠܛܐ
ܕܫܪܪܐ ܡܠܦܢܐ ܘܡܫܡܠܝܢܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ܀. — Verba quæ uncinis inclusi recitantur etiam B. O. I, 314.

(2) Hæc Jacobi observatio Nestorianis opponitur, qui personam Christi humanam, divinitati hypostatice haud junctam, nihilo minus adoratione colendam asserebant.



Digitized by Google

Æternam verbi generationem etiam prædicat passim, v. g. in *priori de Eucharistia sermone* (1) : « Pater generat Filium suum unigenitum ante tempora, sine principio atque æternaliter. » Tandem personarum divinarum περιχώρησις sive mutua circuminsessio non obscure a Jacobo indicatur (2) : « est, inquit, Pater incomprehensibilis, Filius inscrutabilis et Spiritus investigabilis; Pater lux vera, Filius splendor essentiæ ejus, Spiritus ortus divinitatis ejus, quod est una lux vera quæ non accressit in partes, quando in personis adoratur. » — Et alibi (3) : « qui videt me videt Patrem, dixit Dominus; itaque evidens est nos Illum par Filium ejus videre. »

Hinc liquet Sarugensem, ubi Filium *Patri suo similem* ܕܳܡܶܐ ܠܐܰܒܽܘܗܝ (4) appellat, id de vera et essentiali æqualitate esse intelligendum.

## § 2. S. Jacobi doctrina de creatione.

Creatio mundi substantialis aperte docetur in sequenti-

(1) Cod. 117, fol. 505 verso, 1ª col. in fine, et 2ª :

ܐܒܐ ܝܠܕܗ ܠܒܪܗ ܝܚܝܕܝܗ :

ܩܕܡ ܡܢ ܙܒܢܐ ܘܕܠܐ ܫܘܪܝ ܘܡܫܠܡܢܐܝܬ.

(2) In *epist. ad Samuelem*, cod. 117, fol. 95 verso, 1ª col. :
ܐܝܬܘܗܝ ܕܝܢ ܐܒܐ ܠܐ ܡܬܕܪܟܢܐ. ܘܒܪܐ ܠܐ ܡܬܒܨܝܢܐ. ܘܪܘܚܐ ܠܐ ܡܬܥܩܒܢܐ. ܐܒܐ ܢܘܗܪܐ ܫܪܝܪܐ. ܒܪܐ ܨܡܚܐ ܕܐܝܬܘܬܗ. ܘܪܘܚܐ ܕܢܚܐ ܕܐܠܗܘܬܗ. ܕܐܝܬܘܗܝ ܚܕ ܢܘܗܪܐ ܫܪܝܪܐ ܕܠܐ ܒܡܢ̈ܘܬܐ ܡܬܦܠܓ : ܟܕ ܒܩܢ̈ܘܡܐ ܡܣܬܓܕ.

(3) In *carmine de perceptione mysteriorum* priori, cod. 117, fol. 595 verso : ܡܢ ܕܚܙܐ ܠܝ ܚܙܐ ܠܐܒܐ ܐܡܪ ܡܪܢ܆ ܡܦܪܣ ܗܟܝܠ ܗܘ ܕܒܝܕ ܒܪܗ ܚܙܝܢ ܠܗ ✣

(4) Ita loquitur, v. g. B. O. I, 315, n. 72.

Digitized by Google

bus (1) : « (Verbum) in mundo erat, imo per ipsum constat mundus; at quia absconditum erat, mundus ipsum non cognovit; ad propria venit in mundo hoc quem ex nihilo creavit, et in quo erat, licet per occultam suam naturam ab eo foret absconditum. » — Similiter in *carmine priori de perceptione mysteriorum sanctorum* (2) : « cœlum manu complectitur, terra vero et mare in pugillo ejus (*nempe* Verbi divini) posita sunt, universa denique creatio sicut nihilum est ante ipsum. Si desereret mundum, hic foret tanquam non esset; imo nequidem ut opus ex pulvere est ante ipsum. » Atqui si mundus sine jugi Dei conservatione minime perduraret, sine divina operatione utique non potuisset incipere.

(1) Ex *carmine de Θεοτόκῳ, et adversus scrutatores*, cod. 117, fol. 69, 2ª col.

ܒܥܠܡܐ ܗܘܐ ܚܣܝܢ ܐܦ ܗܘ ܥܠܡܐ ܒܗ ܩܐܡ ܗܘܐ:
ܘܡܛܠ ܕܟܣܝܐ ܗܘܐ ܠܐ ܪܓܫܗ ܗܘܐ ܒܗ ܥܠܡܐ ܕܐܝܟܢܘ.
ܠܕܝܠܗ ܐܬܐ ܠܥܠܡܐ ܕܐܒܪܝ ܡܢ ܠܐ ܡܕܡ:
ܕܒܗ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܘܟܣܝܘܬܗ ܗܘܐ ܟܝܢܐ ܗܘܐ ܡܢܗ.

(2) Cod. 117, fol. 305 verso, 3ª col.

ܫܡܝܐ ܐܚܕܗ ܘܐܪܥܐ ܘܝܡܐ ܒܚܘܦܢܗ ܣܝܡܝܢ:
ܘܟܠܗ ܒܪܝܬܐ[a] ܐܝܟ ܠܐ ܡܕܡ ܐܝܬܝܗ ܠܘܩܕܡܘܗܝ[b]:
ܐܢ ܫܒܩ ܠܗ ܠܥܠܡܐ ܗܘܐ[c] ܐܝܟ ܠܐ ܐܝܬܘܗܝ:
ܐܠܐ ܐܝܟ ܥܒܕܐ[d] ܕܡܢ ܕܫܚܐ ܠܐܠܗܘܬܗ ܩܕܡܘܗܝ ✣

a) In ܒܪܝܬܐ vestigia priorum litterarum vix acriori intuitu videri possunt in cod.

b) Ex ܠܘܩܕܡܘܗܝ in codice vidi ܠ...ܗ

c) ܗܘܐ distincte non apparet.

d) Vocem ܥܒܕܐ feci ex ductibus ܕܐ ; reliqua perierunt.

Digitized by Google

### § 3. S. JACOBI DOCTRINA DE PECCATO ORIGINALI ET DE REDEMPTIONE A CHRISTO PERACTA.

De PECCATO ORIGINALI, in Adami posteros propagato, ac de MORTE CHRISTI VICARIA ET PIACULARI plura præbet testimonia. In *carmine de beatissima Virgine* multa reperientur, cui hic unum adjungere placet, ex *epistola ad Samuelem* (1) : « Quia autem voluit Dominus noster in justitia exsolvere chirographum commune, cui subscripsit cujusque reatum contraxit *Adamus* caput generationum, per consilium serpentis homicidæ, ideo etiam mortem communem in se assumpsit *Christus;* istud enim chirographum mortem exigebat ab universo genere nostro; cum tamen porta omnino occluderetur morti in illa humanitate quæ sine peccato effecta est e virgine sancta, necesse fuit ut, non patente porta morti, mors ingrederetur non coacte, sed propter ipsius Christi bonam voluntatem, qui in seipsum assumpsit solutionem debiti, quod per mortem ejus Adami generi fuit condonatum. » Notanda hic etiam est assertio *perfectæ Christi Domini in patiendo et moriendo libertatis.* Rationem præterea cur Christus moriendi necessitati, aut originali peccato subjectus haud erat, eamdem innuit Jacobus quam proponit sanctus Thomas, *summa contra*

(1) Cod. 133, fol. 93 prope initium : ܘܡܛܠ ܕܒܟܐܢܘܬܐ ܨܒܐ ܡܪܢ ܕܢܦܪܘܥܝܘܗܝ (sic) ܠܫܛܪܐ ܕܚܘܒܐ: ܗܘ ܕܚܬܡ ܒܗ ܟܠ ܚܕ ܡܢ ܐܢܫܐ ܒܡܠܟܗ ܕܚܘܝܐ ܩܛܘܠܐ: ܐܦ ܡܘܬܐ ܓܘܢܝܐ ܦܪܥ ܠܟܠܗܘܢ. ܡܛܠ ܕܐܦ ܗܘ ܫܛܪܐ ܡܘܬܐ ܬܒܥ ܗܘܐ ܡܢ ܟܠܗ ܓܢܣܢ. ܘܟܕ ܠܓܡܪ ܠܐ ܦܬܝܚ ܗܘܐ ܬܪܥܐ ܠܡܘܬܐ: ܒܗܕܐ ܒܪܢܫܘܬܐ ܗܝ ܕܗܘܬ ܕܠܐ ܚܛܝܬܐ ܡܢ ܒܬܘܠܬܐ ܩܕܝܫܬܐ: ܐܠܨܐ ܕܟܕ ܠܐ ܬܪܥܐ ܠܡܘܬܐ ܢܥܘܠ ܡܘܬܐ. ܠܐ ܒܩܛܝܪܐ. ܐܠܐ ܒܨܒܝܢܗ. ܛܒܐ ܕܡܫܝܚܐ. ܗܘ ܕܦܪܥ ܠܟܠܗܘܢ ܦܘܪܥܢܐ ܕܚܘܒܐ. ܗܘ ܕܒܡܘܬܗ ܐܫܬܒܩ ܡܢ ܐܢܫܐ ܕܒܝܬ ܐܕܡ.

Digitized by Google

*gentes*, libro IV, cap. 52 : « Licet Christus, ait angelicus « doctor, a primo parente secundum carnem descenderit, « non tamen inquinationem originalis peccati incurrit, « quia materiam humani corporis solum a primo parente « suscepit, virtus autem formativa corporis ejus non fuit « a primo parente derivata, sed fuit virtus Spiritus sancti; « unde naturam humanam non ab Adam accepit sicut « ab agente, licet eam de Adam susceperit sicut de « materiali principio. »

## § 4. S. JACOBI DOCTRINA DE VITA FUTURA ET DE NECESSITATE GRATIÆ.

Præmiorum et poenarum æternitas in vita futura ex professo docetur et variis argumentis stabilitur in *epistola ad Stephanum Barsudaïlum*. Hanc epistolam describit Jacobus Tagritensis, monophysita sæculi XIII, in suo *libro thesaurorum* ܟܬܒܐ ܕܣܝܡܬܐ, part. 4, cap. 39 (1) : « in qua, « ait, paradisi et gehennæ æternitas quidem adversus « Origenistas statuitur, sed ex semipelagianorum princi- « piis; nam ideo sanctos ait æternis voluptatibus in « paradiso frui, quia prænovit Deus quod virtutem semper « culturi forent, si in hoc mundo in æternum victuri « essent; impios autem æternis cruciatibus affici, quod præ- « novit eosdem, si æternam in hoc mundo vitam acturi « essent, peccatis in æternum indulturos fore. » Ita ille; sed vereor ut levius istiusmodi judicium protulerit : nimirum Sarugensis ita commode videtur explicari, ut nihil aliud sibi voluerit, quam peccatores ideo igni perpetuo plectendos, quod mentis affectu in vitæ exitu, post quem nulla remissio amplius conceditur, malo inhæreant, justosque similiter paradisi gaudiis æternum affici, quod in justitia actualiter constituti, voluntatem habeant, in ipso

(1) Apud B. O. II, 248.

Digitized by Google

mortis instanti, Deo fideliter inserviendi. De cognitione qua Deus hanc voluntatem immutabilem prævideat, ibi nullus est sermo : quod ne gratis asseri videatur, ipsam epistolæ partem huc spectantem producere juvat, addita elementis italicis sententiarum paraphrasi (1) : « nequaquam, ait, juxta opinionem tuam disponitur justum justi Dei judicium. Verum dicit *Scriptura* istos addicendos igni æterno, justos vero vitæ æternæ. Peccator qui pœnitentiam non agit, *dum tempus est pœnitendi*, in æternum si viveret, peccator foret in æternum *inspecta actuali voluntatis suæ dispositione ;* atqui secundum *actualem* inclinationem mentis peccatoris, propendentem in peccatum, juste cadit in gehennam æternam. Dives enim ille, cujus horrea multis facultatibus repleta erant, ita secum loquutus est : o anima mea, manduca, bibe et epulare; sunt tibi facultates plurimæ

(1) Cod. 107, fol. 59, 2ª col., et 59 verso : ܠܐ ܐܝܟ ܪܥܝܢܟ ܕܝܠܟ ܡܬܬܦܪܢܣ ܕܝܢܐ ܟܐܢܐ ܕܐܠܗܐ ܟܐܢܐ. ܐܠܐ ܐܡܪ ܟܬܒܐ. ܕܗܠܝܢ ܠܢܘܪܐ ܕܠܥܠܡ ܘܙܕܝܩܐ ܠܚܝܐ ܕܠܥܠܡ. ܚܛܝܐ ܕܠܐ ܬܐܒ: ܠܥܠܡ ܐܠܘ ܚܝܐ: ܠܥܠܡ ܚܛܝܐ ܗܘ. ܘܠܦܘܬ ܢܘܛܝܐ ܕܪܥܝܢܗ ܕܚܛܝܐ ܕܐܬܦܢܝܬ ܠܘܬ ܚܛܝܬܐ: ܒܟܐܢܘܬ ܢܦܠ ܒܓܗܢܐ ܕܠܥܠܡ. ܗܘ ܓܝܪ ܥܬܝܪܐ ܕܡܠܘ ܒܝܬ ܓܢܙܘܗܝ ܒܩܢܝܢܐ ܣܓܝܐܐ: ܗܟܢܐ ܐܡܪ ܠܢܦܫܗ. ܢܦܫܝ: ܐܟܘܠܝ ܐܫܬܝ: ܐܬܒܣܡܝ. ܐܝܬ ܠܟܝ ܩܢܝܢܐ ܣܓܝܐܐ: ܕܠܫܢܝܢ. ܠܥܠܡܐ ܣܓܝܐܬܐ. ܗܟܢܐ ܡܬܒܥܐ ܢܦܫܗ: ܕܢܥܡܐ ܣܓܝܐܬܐ ܠܡܐܟܘܠ. ܘܐܬܦܢܝܬ ܡܬܩܢܝܢ ܘܠܐ ܐܬܦܢܝܬ ܚܛܝܬܗ. ܘܡܛܠ ܕܗܟܢܐ ܡܬܒܥܐ ܢܦܫܗ ܕܠܥܠܡ ܠܡܚܛܐ ܒܚܛܗܐ: ܒܐܘܠܬܐ[a] ܗܝ ܗܕܐ ܕܠܘܬ ܗܢܐ ܥܠܡܐ ܕܠܥܠܡ: ܠܐ ܕܢܬܕܝܢ ܠܥܠܡ ܒܫܠܡܘܬܐ ܚܝܐ ܗܘܐ. ܗܟܢܐ ܐܦ ܕܝܢܐ ܒܟܐܢܘܬ ܦܪܥ ܚܝܐ ܕܠܥܠܡ: ܠܐ ܕܢܬܕܝܢ ܠܥܠܡ ܚܪ

a) Pro ܒܐܘܠܬܐ exscripseram ܫܢܝܬܐ. Forte sit hæc vox vera codicis lectio : in quo casu verterem : « *hæc ejus e vita* migratio talis est ut condemnetur etc. » ܫܢܝܬܐ certe ad rad. ܫܢܐ pertinet; at in lexicis desideratur.

in multos annos reservatæ; atque ita mentem suam disposuit ut per annos multos epularetur; ast vita ejus resecata fuit, et peccatum ejus non fuit deletum. Propterea autem quod sic mente sua proposuit deliciis perpetuo frui, justum erat ut ipse igni æterno condemnaretur, nam voluntate sua in avaritia semper vivebat, *quippe qui peccatum commissum nunquam pœnitentia abluerit.* Ita etiam justus vitam æternam merito in hæreditatem accipit, quia voluntate sua sibi proposuit Deo in æternum serviendi, etiamsi mors præter ejus voluntatem vitam ejus a studio justitiæ abscindat. Id nobiscum testatur Job, *vir* in tentationibus admirabilis.... ita loquens inter dolores suos vehementes : donec morior, non auferetur a me innocentia mea.... Porro resolutionem adeo generosam, adeo in justitiæ studium propensam quis, *quæso*, judex non dignam æstimabit regno æterno, in quo sine fine vivatur? Itaque dicamus oportet : justus es Domine et

ܕܢܦܠܚ ܠܐܠܗܐ. ܐܝܟ ܫܢܘܗܝ ܦܣܩ ܠܗܘܢ ܡܘܬܐ ܕܠܐ ܒܨܒܝܢܗ
ܡܢ ܪܗܛܐ ܕܙܕܝܩܘܬܐ. ܘܣܗܕ ܠܟܠܢ ܗܘ ܐܝܘܒ ܒܢܣܝܘܢܐ ܐܡܝܢ
ܗܟܢܐ... ܐܡܪ ܗܘܐ ܒܟܐܒܘܬܐ ܕܩܫܝܢ. ܕܥܕܡܐ ܕܐܡܘܬ ܠܐ ܢܥܒܪ
ܬܡܝܡܘܬܝ ܡܢܝ.... ܘܠܗܢܐ ܢܝܫܐ ܠܟܫܝܪܐ ܕܗܟܢܐ ܡܬܪܗܛ ܗܘܐ ܠܗ
ܙܕܝܩܘܬܐ: ܐܝܢܘ ܕܝܢܐ ܕܠܐ ܦܣܩ ܠܗ ܡܠܟܘܬܐ ܕܠܥܠܡ
ܕܚܝܐ ܒܗ ܕܠܐ ܫܘܠܡܐ. ܡܟܝܠ ܘܠܐ ܠܢ ܠܡܐܡܪ: ܕܙܕܝܩ ܐܢܬ
ܡܪܝܐ ܘܬܪܝܨ ܠܐܢܫ ܕܝܢܟ. ܘܫܦܝܪܐ ܒܐܘܪܚܬܟ ܡܢ ܒܪܝܬܐ. ܘܠܐܢܫ
ܐܝܢܘܬܟ ܘܠܡܐ ܢܩܘܡ ܩܕܡ ܥܘܩܒܐ. ܘܢܦܩܬ ܠܟ ܚܛܝܐ ܒܙܕܩܐ
ܕܟܠܟ: ܡܛܠ ܕܥܒܕ ܚܘܫܒܘܗܝ ܕܟܠܟ ܢܝܚܐ. ܘܠܐ ܐܦܠܐ
ܠܡܫܘܬܐ. ܘܫܒܩ ܙܕܝܩܐ ܠܟܢܫܐ ܕܟܠܟ: ܡܛܠ ܕܚܘܒܗ ܠܡܫܡܫܘ
ܘܪܘܚܗ ܕܟܠܟ ܠܡܫܝܚ ܒܐܘܪܚܐ ܕܙܕܝܩܘܬܐ. ܠܟ ܕܝܢ ܫܘܪ
ܠܟ ܕܝܢ ܐܝܟܢܐ ܐܬܐ ܠܟ ܕܠܥܠܡ ܢܩܘܡ: ܕܠܚܝܐ ܡܫܘܚܠܦܐ ܙܕܝܩܐ ܥܢ
ܫܘܒܚܐ ܠܥܠܡ.

rectissima sunt judicia tua; justitia tua super reprehensionem elevatur; rectæ sunt viæ tuæ, et non est in iis scandalum. Peccator juste cadit in ignem æternum, quia eo direxit cogitationes suas, ut in æternum peccaret, et non est conversus ad pœnitentiam. Pariter digni sunt justi vita æterna quia seipsos et voluntatem suam addixerunt ut currerent in via justitiæ. Nos autem decet, donec tempus est, bona seminare ut apprehendamus a labore mediocri magnam retributionem etc. »

Dicit quidem Jacobus justos præmio coronari ob eorum voluntatem bono inhærentem; sed non inficiatur hanc ipsam bonam voluntatem et perseverantiam finalem a gratia divina pendere, qua negatione constabat unus ex erroribus semipelagianorum; alter vero in eo consistebat, ut putarent ad salutare initium fidei non esse necessariam interiorem, immediatam et prævenientem gratiam; ast ab eo alienus quoque exstitit Sarugensis (1) : « nemo enim, ait, verba Apostoli sua efficiens, dicere valet Jesum dominum esse nisi per Spiritum sanctum. » Observandum præterea est, semipelagianos non ante hæreticis fuisse annumerandos, quam canones, anno 529 in concilio arausicano propositi, fuissent auctoritate apostolica comprobati. Quare, etiamsi Jacobus noster in eorum errores impegisset, non ideo violatæ fidei crimen incurreret.

### § 5. S. JACOBI DOCTRINA DE RESURRECTIONE.

Futura corporum resurrectio affirmatur a Jacobo 1° *in actis S. Simeonis*. Ibi enim sancto cœlum ingrediente,

(1) Quæ verba leguntur in *epist. ad Samuelem*, immediate post ea quæ recitavi pag. 121 : ܠܐ ܓܝܪ ܐܢܫ ܡܫܟܚ ܕܠܡܐܡܪ ܕܡܪܝܐ ܗܘ ܝܫܘܥ ܐܠܐ ܐܢ ܒܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ.

angeli inducuntur orantes (1) : « hanc Domine, oramus, suscipe animam, eique præmium impensi tibi obsequii rependе. Jube illam ad thesaurum vitæ deduci, ibidem usque ad corporum resurrectionem mansuram, quando dilectum sibi corpus suo ex pulvere excitandum resumet. »

2° *In carmine, quo docetur Dominum nostrum habuisse corpus passibile et mortale* (2) : « descendit Deus, inquit, et factus est corpus ex inferioribus; in eo mortuus est et vixit, illoque assumpto ascendit ad Patrem suum. Ex illo corpore quod morti subjacebat corporali, et per illud corpora omnia morti subjecta solvit a morte. » Ibi resurrectionem corporum attribuit Christi resurrectioni, eodem modo quo Apostolos, *I Cor.* XV, 20 et 21.

### § 6. S. JACOBI DOCTRINA DE SANCTISSIMA EUCHARISTIA ET DE SACRIFICIO NOVÆ LEGIS.

PRÆSENTIA REALIS CHRISTI DOMINI IN SS. EUCHARISTIÆ SACRAMENTO multoties a Jacobo proponitur. Testimonia duo videri possunt apud Ex. D. Lamy, in *dissertatione de Syrorum fide et disciplina in re eucharistica*, pp. 20

(1) Apud Steph. Evod. Assemanum, *acta ss. martyrum*, part. II, p. 243 :

ܘܩܒܠ ܡܠܟܘܢ ܕܡܪܢ ܡܩܒܠܢܗ̇ ܕܦܠܚܬ ܠܟܡܪ.
ܦܩܘܕ ܠܗ̇ ܕܬܐܙܠ ܠܐܘܨܪ ܚܝܐ ܥܕ ܠܢܘܚܡܐ܆
ܟܕ ܡܬܬܠܒܫ ܦܓܪܐ ܪ̈ܚܡܬܗ ܡܢ ܕܘܫܐ.

Cfr. ibid. p. 237, ubi dicit S. Simeoni pedem suum abscissum in die resurrectionis fore restituendum.

(2) Cod. 117, fol. 498 verso, 3a col. :

ܢܚܬ ܐܠܗܐ ܘܗ̣ܘܐ ܦܓܪܐ ܡܢ ܬܚܬܝ̈ܐ܆
ܘܡܝܬ ܒܗ ܘܚܝܐ ܘܐܣܩܗ ܘܣܠܩ ܠܘܬ ܐܒܘܗܝ.
ܡܢ ܗ̇ܘ ܦܓܪܐ ܕܫܒܝܩ ܡܘܬܐ ܗܘܐ ܦܓܪܢܝܬܐ:
ܘܒܗ ܟܠ ܦܓܪ̈ܝܢ ܕܫܒܝܩܝ ܡܘܬܐ ܫܪܐ ܡܢ ܡܘܬܐ.

et 25, quibus alia plura addere possem; sed ne in re tam perspicua argumento abutar inutili, unum aut alterum solummodo allegabo, quibus simul sacrificium eucharisticum prædicatur. Sic igitur, in *sermone altero de perceptione ss. mysteriorum*, loquitur Jacobus vv. 17 et 18 (1) : « Corpus sponsi immolat *ecclesia*, illud ponit super mensam, et ex eo manducant populi et sæcula, quin illud unquam deficiat. » — Et infra (2) : « *o anima*, foris extra portam *ecclesiæ* insidiatur lupus et te exspectat. Ungas labia tua sanguine pastoris, et *tunc* egressus istum irrideas. Cum nondum descendit sponsus et dedit tibi corpus suum, teque sanguine suo obsignavit, nunquam e tabernaculo ejus ad exteriora abeas. »

Tandem proferri meretur pulcherrima oratio, qua constat sacrificium missæ ab auctore nostro pro peccatis propitiatorium haberi (3) : « in hora, qua sacerdos Filium immolat coram Patre ejus, expellas iniquitatem, o anima, et veniam alta voce implora. Patri dicito : ecce filius tuus, victima qua propitius fias; per hunc mihi veniam tribuas,

(1) Cod. 117, fol. 509, col. 3ª :

ܦܓܪܗ ܕܚܬܢܐ ܡܕܒܚܐ ܘܣܝܡܐ ܠܗ ܥܠ ܦܬܘܪܐ:
ܘܐܟܠܝܢ ܡܢܗ ܥܡܡܐ ܘܥܠܡ̈ܐ ܘܗܘ ܠܐ ܚܣܪܐ.

(2) Cod. 117, fol. 510 verso, col. 3ª :

ܠܒܪ ܡܢ ܬܪܥܐ ܕܐܒܐ ܟܡܝܢ ܘܡܣܟܐ ܠܟܝ:
ܡܫܘܚܝ ܣܦܘ̈ܬܟܝ ܒܕܡܗ ܕܪܥܝܐ ܘܗܝܕܝܢ ܐܓܚܟܝ ܒܗ +
ܕܠܐ ܢܚܬ ܚܬܢܐ ܘܝܗܒ ܠܟܝ ܦܓܪܗ ܘܚܬܡܟܝ ܒܕܡܗ.
ܠܐ ܬܦܘܩ ܠܒܪ̈ܝܬܐ ܡܢ ܡܫܟܢܗ ܐܝܟ ܒܪ̈ܝܐ.

(3) Cod. 117, fol. 511, versus initium :

ܒܗܘ ܥܕܢܐ ܕܕܒܚ ܟܗܢܐ ܒܪܐ ܩܕܡ ܐܒܘܗܝ:
ܣܚܘܦܝ ܚܘܒܐ ܢܦܫܐ ܒܥܝ ܚܘܣܝܐ ܒܩܠܐ ܪܡܐ.
ܐܡܪܝ ܠܗ ܠܐܒܐ ܗܐ ܒܪܟ ܕܒܚܐ ܕܡܬܪܥܐ ܠܟ

qui pro me mortem obivit, et per eum propitius esto. Ecce oblationem hanc tuam ex manibus meis suscipe, quia ex te est, et per hanc reconciliationem concede, quia ipse ille mihi est per quem ad te accedere *confidam*. Ecce sanguis ejus innocens propter me in Golgotha fusus est et rogat pro me : suscipe deprecationem meam propter ipsum. Quanta habeo peccata, tantas habet miserationes, si *ista in lance* appendas; *imo* gratia tua inclinat vel ipsos *iniquitatum* montes qui a te ponderantur. Respice ad peccata, sed et respicias ad sacrificium pro eis oblatum; nam sacrificium istud illaque victima culpis magnopere prævalent. Propter peccatum clavos et lanceam toleravit dilectus tuus; sufficiunt passiones ejus ad te placandum; per ista *itaque* salvus sim! Ex quo tempore redemptus sum, circuivit Nequam et conjecit in me tela

ܒܗܢܐ ܚܛܗܝ ܕܡܠܟܐ ܡܟܝܟܐ ܘܐܬܪܥܝܬ ܒܗ ܀
ܗܐ ܩܘܪܒܢܟ ܩܒܠ ܡܢ ܐܝ̈ܕܝ ܕܐܝܬܘܗܝ ܡܢܟ :
ܘܐܬܪܥܐ ܒܗ ܕܗܘܝܘ ܐܝܬ ܠܝ ܕܐܩܪܒ ܠܟ ܀
ܗܐ ܕܡܗ ܚܣܝܐ ܐܫܬܦܟ ܡܛܠܬܝ ܥܠ ܓܓܘܠܬܐ .
ܘܒܥܐ ܚܠܦܝ ܩܒܠ ܒܥܘܬܝ ܡܛܠܬܗ .
ܟܡܐ ܠܝ ܚܛ̈ܗܐ ܟܡܐ ܠܗ ܪ̈ܚܡܐ ܐܢ ܬܬܩܠ ܐܠܝܢ :
ܚܢܢܟ ܢܛܠ ܐܦ ܡܢ ܛܘ̈ܪܐ ܕܡܬܬܩܠܝܢ ܠܟ . ܀
ܚܘܪ ܒܚܛ̈ܗܐ ܒܡܪ ܩܘܪܒܢܐ ܕܚܠܦܝܗܘܢ :
ܕܒܚܐ ܗܘ ܗܢܐ ܩܘܪܒܢܐ ܘܢܟܣܬܐ ܡܢ ܚܛ̈ܗܐ .
ܡܛܠ ܕܚܛܝܬ ܣ̈ܟܐ ܘܪܘܡܚܐ ܣܒܠ ܚܒܝܒܟ :
ܣܦܩܝܢ ܚ̈ܫܘܗܝ ܕܢܪܥܘܢܟ ܘܒܗܘܢ ܐܚܐ . ܀
ܡܢ ܕܐܬܦܪܩܬ ܐܚܕܪ ܒܝܫܐ ܘܫܕܐ ܒܝ ܓܐ̈ܪܘܗܝ :
ܐܚܕܪ[a] ܐܦ ܐܠܗ ܡܚܝܕܝܢ ܡܫܬܘܕܥ ܦܓܪܐ ܦܪܘܩ . ܡܚ̈ܙ

a) Apparet in codice solum ܐܚ, atramento in reliquis deleto.

sua : tu quoque circumeas, et cura vulnera mea, o rex, salvator mi! etc. »

Porro in *utroque carmine de Eucharistia*, Jacobus animæ puritatem, qua corpus Christi suscipi oportet, sedulo inculcat, et peccatoribus peccata sua prius quam ad sacram mensam accedant expianda docet. Sic enim loquitur (1) : « per vocem sacerdotis segregat Pater filios suos sanctos *a peccatoribus.* Clamat *enim :* sancta quæ sanctis descenderunt, distribuenda sunt! In illa hora terribili, qua hæc dicit sacerdos, fleas, peccator, et a Deo misericordiam implores. Cum corde vexato, humiliato et contrito propter ejus iniquitatem, profunde lacrymas, quibus animæ tuæ fœditatem detergas. Baptismus lacrymarum fiat in hac hora, ut per illum abluas et purifices peccatum quod commisisti. Dic illi : peccavi et impie egi et magna est impietas mea etc. » — Similia leguntur in altero carmine ejusdem argumenti (2) : « noli perfunctorie et *quasi* transeundo ad nos declinare; sed vox ministerii (τῆς λειτουργίας)

(1) Cfr. cod. 117, fol. 507, 2a col. :

ܒܩܠܐ ܕܟܗܢܐ ܦܪܫ ܐܒܐ ܒܢܘ̈ܗܝ ܡܢ ܚܛܝ̈ܐ:
ܩܥܐ ܩܘܕ̈ܫܐ ܕܠܩܕܝ̈ܫܐ ܢܚܬܘ ܠܡܬܦܠܓܘ.
ܒܗܘ ܥܕܢܐ ܕܚܝܠܐ ܕܟܗܢܐ ܗܠܝܢ ܐܡܪ:
ܒܟܝ ܚܛܝܐ ܘܒܥܝ ܪ̈ܚܡܐ ܡܢ ܐܠܗܐ.
ܒܠܒܐ ܥܩܝܩܐ ܘܡܟܝܟܐ ܘܬܒܝܪ ܡܛܠ ܥܘܠܗ:
ܐܫܘܕ ܕܡ̈ܥܐ ܘܐܚܠܠ ܒܗܘܢ ܨܐܝܬܐ ܕܢܦܫܟ.
ܡܥܡܘܕܝܬܐ ܕܕܡ̈ܥܐ ܬܗܘܐ ܒܗܘ ܥܕܢܐ:
ܘܒܗ ܬܚܠܠ ܘܬܕܟܐ ܚܛܗܐ ܕܥܒܕܬ ܠܟ.
ܐܡܪ ܠܗ ܕܚܛܝܬ ܘܐܥܘܠܬ ܘܪܒܐ ܗܝ ܥܘܠܬܐ ܕܝܠܝ:

(2) Cod. 117, fol. 509 verso, col. 2ae initio :

ܠܐ ܒܒܣܝܪܐ ܬܬܢܛܐ ܠܘܬܢ ܐܝܟ ܥܒܪ ܐܢܬ:
ܘܩܠܗ ܕܬܫܡܫܬܐ ܕܠܐ ܡܘܬܪܢܐ ܠܘܬܪܐ ܠܡܬܠ.

te huc *sola* adducat. Ad domum medici nemo perfunctorie vadit; sed incitat eum vulnus ut ad medicum eat : si habes ulcus in anima tua, illud ulcus te trahat et adducat, supplicantem ob debita tua. Moveat te dolor, et age *affectu* doloris ostende ulcus tuum medico, qui gratis medetur, et sine mercede sanitatem restituit. Veni, ingredere et vide ulcera iniquitatis sanari, et omnia peccatorum vulnera resarciri. »

### § 7. S. JACOBI DOCTRINA DE MAGISTERIO ECCLESIÆ, DEQUE PETRI PRIMATU.

Ecclesiæ magisterium crebro appellat Sarugensis ad dirimendas fidei controversias, quod quidem legenti carmen *de virginitate perpetua B. M. V.*, ad calcem hujus dissertationis edendum, liquido constabit. Eidem peremptoriam, adeoque infallibilem tribuit in damnandis hæreticis auctoritatem; exemplo sit sequens ex *epistola ad Samuelem* pericopa (1) : « *diabolus* effecit sibi discipulos contra apostolos et seminavit zizaniam ad impediendum frumentum,

ܠܥܕܬܗ ܕܐܡܐ ܠܗ ܟܝܢܝܐ ܐܝܟ ܐܪܥܐ ܠܗ :
ܐܠܐ ܫܒܝܠܐ ܡܬܪܨ ܠܗ ܕܢܐܙܠ ܥܡ ܟܪܘܙܘܬܐ.
ܐܝܢܘ ܕܐܡܪ ܠܟ ܫܒܝܠܐ ܒܟܬܒܐ ܗܘ ܗܘ ܫܒܝܠܐ
ܠܝܗ ܠܥܠܡ ܡܢ ܡܟܣܝܣ ܐܠܐ ܟܠ ܫܡܥܘܗܝ.
ܠܡܕܢܚ ܥܕܡܐ ܠܐܘ ܡܢ ܚܕܐ ܣܘܐ ܫܒܝܠܗ:
ܠܐܝܢܐ ܕܢܦܩ ܘܕܠܐ ܐܝܟܢܐ ܡܟܣܝܣ ܣܘܟܠܐ.
ܐܘ ܟܠܗ ܘܫܘܪ ܫܒܝܠܐ ܕܢܦܠ ܡܢ ܡܫܡܥܢܘܬܗ.
ܘܫܒܩܬܐ ܕܟܠ ܚܛܗܐ ܡܢ ܡܫܡܫܢܘܬܗ.

(1) Cod. 135, fol. 96 :
ܘܙܪܥ ܠܗ ܙܝܙܢܐ ܠܡܟܠܝܘ ܠܚܛܬܐ: ܘܐܬܪ ܐܝܬܝܗ̈ ܕܫܒܝܠܐ
ܠܫܠܝܚܐ. ܘܥܒܕ ܠܗ ܬܠܡܝܕܐ ܕܠܐ ܣܒܪܘ ܠܟܠ ܐܪܥܐ ܕܚܡܝܣܐ

cœpitque de dispensatione Christi perverse loqui per os discipulorum ejus. Id autem factum est per Marcionem et Bardesanem, Manetum et Audæum, Sabellium, Photinum, Arium et reliquos hujusmodi, quorum nomina ut in medium adducam necesse non est, siquidem deleta fuit eorum memoria ab Ecclesia universali et apostolica. »

Alibi autem Petri primatus diserte adstruitur, nempe in *carmine de Samouna et Guria* (1) : « Samouna et Guria, filii pauperum, ecce ad portas vestras inclinantur divites, ut a vobis necessaria sua accipiant. Filius Dei in paupertate et egestate ostendit mundo omnes suas divitias nihil esse : omnes piscatores, omnes pauperes, omnes imbecilles, omnes exigui, victores effecti sunt per ipsius fidem. Unum piscatorem, cujus pagus erat Bethsaida, effecit caput duodenis atque œconomum; alterum, scenofactorem,

ܡܕܒܪܢܘܬܗ. ܗܢܘ ܕܝܢ: ܒܝܕ ܡܪܩܝܘܢ ܘܒܪܕܝܨܢ. ܘܡܐܢܝ ܘܐܘܕܝ.
ܘܣܒܠܝܘܣ. ܘܦܘܛܝܢܘܣ. ܘܐܪܝܘܣ. ܘܫܪܟܐ ܕܐܝܟܢܐ ܗܠܝܢ. ܕܠܐ
ܐܠܨܐ ܐܝܬ ܠܡܥܠܘ ܫܡܗܝܗܘܢ ܠܡܨܥܬܐ. ܡܛܠ ܕܒܛܝܠ ܕܘܟܪܢܗܘܢ ܡܢ ܥܕܬܐ
ܩܬܘܠܝܩܝ ܕܫܠܝ̈ܚܐ܀

(1) Apud Cureton's *ancient syriac documents*, pagg. ܨܛ et ܩ :

ܫܡܘܢܐ ܘܓܘܪܝܐ ܒ̈ܢܝ ܡܣ̈ܟܢܐ ܗܐ ܒܬܪ̈ܥܝܟܘܢ.
ܟܦܝܢ ܥܬܝܪ̈ܐ ܕܢܣܒܘܢ ܡܢܟܘܢ ܣܘܢܩ̈ܢܝܗܘܢ.
ܒܪ ܐܠܗܐ ܒܡܣܟܢܘܬܐ ܘܒܣܘܢܩܢܘܬܐ.
ܚܘܝ ܠܥܠܡܐ ܕܟܠܗ ܥܘܬܪܗ ܠܗ ܡܕܡ ܗܘ.
ܟܠ ܨ̈ܝܕܐ ܟܠ ܡܣ̈ܟܢܐ ܟܠ ܬܫ̈ܝܫܐ.
ܟܠ ܕܒܨܝܪ̈ܝܢ ܗܘܘ ܙܟ̈ܝܐ ܒܗܝܡܢܘܬܗ.
ܠܚܕ ܨܝܕܐ ܕܐܦ ܗܘ ܩܪܝܬܗ ܒܝܬ ܨ̈ܝܕܐ ܗܝ.
ܥܒܕܗ ܪܫܐ ܠܬܪܥܣܪܬܗ ܐܦ ܪܒ ܒܝܬܐ.
ܠܚܕ ܠܥܒܕܐ. ܕܡܫܟ ܐܝܕܐ ܕܪܕܘܦܐ ܗܘܐ.
ܣܡܗ ܘܥܒܕܗ ܡܐܢܐ ܓܒܝܐ ܠܟܪܘܙܘܬܐ.

Digitized by Google

qui antea persecutor fuerat, assumpsit et effecit vas fidei electum. » Atque in carmine *de civitate Antiochiæ* eidem Petro, apostolorum principi, urbis Romæ episcopatum obtigisse non obscure innuit : « Simoni, inquit, Roma, Johanni vero obtigit Ephesus (1).

### § 8. S. JACOBI DOCTRINA DE INTERCESSIONE SANCTORUM.

INTERCESSIO SANCTORUM docetur sequentibus verbis, quibus S. Simeonem auctor alloquitur (2) : « o beatum spiritum tuum, electe pater, atque tot victoriis clarissime, qui divinum illud regnum adeptus es! Filius Dei quem ab infantia dilexisti, nos pro sua clementia dignos efficiat, qui intercedentibus precibus tuis veniam impetremus. » — Item, in *carmine de Guria et Samouna* (3) : « ejus (Edessæ) advocati estis vos, o doctores, qui silendo vicistis omnem errorem, vocem suam in infidelitate extollentem.»

### § 9. S. JACOBI DOCTRINA DE DEFUNCTIS.

ORATIONES PRO DEFUNCTIS sub Jacobi nomine leguntur in *officio feriali juxta ritum ecclesiæ Syrorum*, Romæ 1853, pp. 227 et 261.

(1) Ibid. pag. ܩܝܒ (112) :

ܠܫܡܥܘܢ ܪܗܘܡܐ ܘܠܝܘܚܢܢ ܡܛܬ ܐܦܣܘܣ.

(2) Apud S. E. Assemanum, *Acta martyrum*, part. II, p. 244 :

ܛܘܒܘܗܝ ܠܪܘܚܟ ܐܒܘܢ ܓܒܝܐ ܡܠܐ ܢܨ̈ܚܢܐ:
ܕܡܠܒܒܬ ܘܡܛܬ ܠܗ̇ ܡܠܟܘܬܐ ܐܠܗܝܬܐ.
ܒܪܐ ܕܐܠܗܐ ܗܘ ܕܐܚܒܬܝܗܝ ܡܢ ܛܠܝܘܬܟ.
ܢܫܘܝܢ ܒܚܢܢܘܬܗ ܕܒܨܠܘܬܟ ܢܫܟܚ ܚܘܣܝܐ.

(3) Apud Cureton, *ancient syriac documents*, pag. ܩܘ (106) :

ܡܦܩ̈ܢܝܗ̇ ܐܢܬܘܢ ܡܠܦ̈ܢܐ ܕܙܟܘ ܒܗ ܫܬܝܩܘܬܟܘܢ.
ܠܟܠܗ̇ ܛܘܥܝܐ ܕܪܡ ܩܠܗ ܒܠܐ ܗܝܡܢܘܬܐ.

Hæc autem quæ hactenus recitavi nimium esse jejuna et brevia perspicio, quam ut theologicis disciplinis magno adjumento cedere valeant; quæ tamen penitus omittere nolui, sed potius eo fine proferenda duxi ut vel summaria indicatione aliqua tenus innotescat insigne adhuc rei sacræ apud scriptores syros latere promptuarium, quod si integrum in lucem ederetur, traditionem christianam locupletissimis adaugeret testimoniis et argumentis. Optandum sane maximopere est, ut periti cujusdam industria S. Jacobo Sarugensi edendo ea tandem tribuatur opera, quam P. Benedictus et S. E. Assemanus S. Ephræmo vulgando adhibuerunt (1).

## ARTICULUS IV.

### DE ORTHODOXIA S. JACOBI EJUSQUE DOCTRINA CIRCA SACRATISSIMUM INCARNATIONIS MYSTERIUM.

Jam vero, quod supra spopondi, mihi nunc duo doctoris Sarugensis doctrinæ capita enucleatius sunt exponenda. Primum versatur circa Jacobi nostri de incarnatione dominica sententiam, atque illam fidei catholicæ consentire in præsenti articulo duplici argumentorum genere probabimus.

#### § 1. ORTHODOXIÆ S. JACOBI ARGUMENTA EXTERNA, CUM NEGATIVA, TUM POSITIVA.

1° Probatio negativa. Nulla prorsus apud auctorem nostrum offendi, quæ cum dogmate catholico in concordiam redigi nequeant. Quia tamen ab Eusebio Renaudotio non solum ut jacobita, sed ut jacobitarum antesignanus

(1) Libentissime hac occasione indico quædam mox S. Jacobi proditura, nempe *sermones sex*, germanice conversos opera cl. P. Zingerle, de hisce studiis meritissimi. — Eduntur Bonnæ, apud Henry.

Digitized by Google

traducebatur, operæ pretium est ut illius sententia examini subjiciatur et idoneis argumentis destruatur : in quo præstando Assemanum sæpe ducem sequemur, non tamen eodem ordine, neque solis quæ ipse protulit argumentis rem conficiendam arbitrati.

Renaudotius sententiam suam de Jacobo Sarugensi hisce verbis proponit (1) : « fuit autem ille, ut christiani tam « orthodoxi quam nestoriani testantur, Severi Antiocheni « discipulus et maximus jacobiticæ fidei propugnator, cum « alter in exilio pulsus foret; successoremque in eadem « causa sustinenda habuit Jacobum alium Baradatum, a quo « Jacobitas nominatos fuisse Nicephori, Eutychii Alexan- « drini et aliorum multorum opinio fuit. Cum autem « Jacobus Botnanensis multa scripserit, non modo inter « ecclesiæ jacobiticæ doctores numeratur in ὁμολογίᾳ sive « confessione fidei quæ ab ordinandis exigitur, sed multa « ejus testimonia occurrunt in tractatu *de fide patrum*. « Historiæ nestorianæ scriptores tradunt, Jacobum æqua- « lem fuisse Acacio, quem vigesimum secundum catholi- « corum (2) suorum numerant, literis sacris operam « dedisse in schola edessena quæ florentissima tunc fuit, « et initio Nestorianorum opinioni adhæsisse. Postquam « vero Anastasium imperatorem Severo plurimum tribuere « et in ejus sententiam consensisse intellexit, unius naturæ « fidem professum fuisse, illamque acriter defendisse. »

(1) *Liturgg. orientt.* tom. II, pag 367.

(2) Acacius anno 485 in synodo seleuciensi ordinatus est Seleuciæ et Ctesiphontis archiepiscopus. — Juxta Procopium, « christianorum antistitem « græco vocabulo *catholicum* idcirco appellant quod unus universæ præsit « regioni. » Duo autem ab initio fuere sub patriarcha antiocheno catholici, scilicet *Persidis metropolita*, qui christianos in tota Perside et magna India versantes regebat, et *Seleuciæ archiepiscopus* qui Assyriis, Chaldæis et Arabibus christianis, sub Persarum regum ditione positis, præerat. Circa concilii nicæni tempora duo alia emersere catholici, *Armeniæ* nimirum et *Iberiæ*. Cfr. B. O. IV, 616.



Digitized by Google

Quo loco Renaudotius, vir ceteroquin doctissimus et plerumque accuratus, veris quibusdam assertionibus falsas admiscet perplures et injuria prorsus auctorem nostrum hæresis arguit.

In primis omnino a veritate alienum est orthodoxis Jacobum uspiam jacobiticæ fidei addictum aut Severi discipulum haberi. Orthodoxos quos intelligit non nominat Renaudotius; sed Melchitas quos veræ fidei tenaces affirmat (1) ab ipso significari probabile est; profecto ex eorum auctoritate aut testimonio nihil proficit contra Jacobi fidem insimulatio; imo vero tantum abest Jacobum ab iis monophysitam censeri, ut contra nuncupetur orthodoxus, idque testimonio haud suspecto Timothei presbyteri constantinopolitani catholici, cujus tractatus *de receptione hæreticorum*, sæculo septimo exaratus et in ritualibus eorum libris insertus, apud ipsos ecclesiastica gaudet auctoritate (2).

Porro quo testimonio nixus Renaudotius Severi, antiochenæ sedis invasoris, discipulum Jacobum constituat plane me fugit. Vidimus quidem supra Gregorium Barhebræum, conciliandi sectæ suæ Syrorum doctoris auctoritatem studio abreptum, hujus doctrinam a Severo fuisse laudatam gratuito finxisse; eo tamen usque non processit quo abiit Renaudotii assertio, quæ ut refellatur sufficit chro-

(1) Cfr. *liturgg. orientt.* tom. II, p. 1; item *historia patriarcharum Alexandrinorum*, p. 119.

(2) Videsis hunc librum apud Migne, *Patrol. græc.* tom. 86, p. 41: Εὐτυχιανισταὶ καὶ ὁ τούτων κοινωνὸς Διόσκορος καὶ λοιπὸν Σεβῆρος καὶ Ἰάκωβος, οὐχ' ὁ Βάτνων ὁ ὀρθόδοξος, ἀλλ' ἕτερος αἱρετικὸς, καὶ αἱ λοιποὶ Ἀκέφαλοι « Eutychianistæ, eorumque sodalis Dioscorus, ac deinde Severus, et Jacobus, *non ille Batnarum orthodoxus*, sed alius hæreticus, cæterique acephali. » — *Acephali* appellabantur rigidiores monophysitæ, qui *henoticon* Zenonis non admittebant, sic dicti, ait Leontius *lib. de sectis*, act. 5 « quod a capite, id est patriarcha suo (nimirum Petro Mongo alexandrino qui henoticon admiserat) disjuncti, seorsim congregabantur. » B. O. II, *Dissert. de syris monoph.* § IV.

nologiam consulere. Severus enim anno 513 ab Anastasio imperatore in ecclesiam antiochenam intrusus fuit, ut ex Pagio constat (1), brevi vero ab ea ejectus, adhuc per triginta annos (2) catholicam duarum naturarum fidem impugnavit. Quando itaque ipse, in ætate certe minime provecta, patriarchali dignitate potitus est, Jacobus noster sexagenarius jam erat, in Sarugensi diœcesi periodeutes, eloquentiæ et doctrinæ fama ubique gentium celeberrimus. Præterea non constat utrum Severus, antequam Antiochiæ patriarcha evaderet, in Mesopotamia quempiam in suas partes pertraxerit.

Nestorianos quod attinet, eorum testimonium tanti faciendum non est, ut ob illud Jacobi fidem suspectam habeamus. Capite superiore idoneis argumentis probatum fuit Edessæ, ubi forsan Jacobus eruditionis causa eodem tempore cum Acacio et Barsauma morabatur, duplicem scholam exstitisse, quod Marim et Amri, Nestorianorum scriptores a Renaudotio procul dubio intentos, et Renaudotium ipsum latuisse videtur. Hinc dum Acacius et Barsaumas Persarum, cujus gentis ipsi erant, institutum frequentarent, Jacobus noster inter Syros cæteros et Mesopotamenos litteris operam dederit. Quod vero adjungit Mares, eum initio nestorianismo adhæsisse, deinde cum imperatoris gratiam Severo accedere videret, mutasse

(1) *Critica* ad annum 513, tom. II, p. 489. — Cfr. Hefele, *Conciliengeschichte*, II, pag. 550; ed. Freiburg im Breisgau.

(2) Ita ipse Renaudot. in *historia patriarch. alexandr.* p. 138. — Juxta hanc supputationem, obiisset Severus anno 542. Paululum tamen ab ea differunt Barbebræus, qui Severum interiisse dicit anno Græcorum 850, h. e. Christi 539, et Dionysius Telmaharensis in *Chronico* B. O. II, 54, cujus hæc sunt verba : ܒܫܢܬ ܬܡܢܡܐܐ ܘܐܪܒܥܝܢ ܘܬܫܥ ܥܢܕ ܡܢ ܥܠܡܐ ܗܢܐ ܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܣܘܝܪܐ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ ܒܬܡܢܝܐ ܒܫܒܛ. « Anno 849 migravit ex hoc sæculo sanctus dominus Severus patriarcha Antiochiæ, die octava februarii. » Annus 849 intelligitur Alexandri, juxta æram Seleucidarum, estque Christi 538.

sententiam, calumnia est tam nullo fundamento fulcita, quam e solemni nestorianorum scriptorum perfidia explicatu facilis; solent enim, naturæ et personæ notionem perperam confundentes, unius in Christo naturæ propugnatores asserere quoscunque duarum personarum negatores inveniunt. Hinc Catholicos et Jacobitas eodem loco reponunt, et utrosque inviso monophysitismi crimine deturpant (1).

Denique indubium est quod subjungit Renaudotius, nimirum Sarugensem apud Jacobitas hæreticos in confessione fidei laudari, et frequenter nominari in tractatu hæretico *de fide patrum*, imo addi posset ejus memoriam in kalendariis ter in anno recolendam et celebrandam proponi. Verum enimvero hoc argumentum quod solidum prima fronte videretur, facili negotio dissolvi poterit. Satis fuerit animadvertisse simile infortunium quam plurimis patribus orthodoxis accidisse : nempe in *confessione fidei* inter doctores ecclesiæ jacobiticæ collocantur Athanasius, Cyrillus, Ephræmus, imo alii qui in concilio chalcedonensi adversus ipsos expresse producti fuerunt, ut Gregorius theologus, Basilius, Theophylus, Epiphanius, Chrysostomus. Tribuendum hoc est, ut jam supra monui, plerumque cupidini qua laborabant hæretici isti doctrinam suam tam illustri patrocinio cohonestandi, aliquoties tamen meræ ignorantiæ et critici judicii omnimodæ absentiæ. Et hac quidem posteriori causa factum fuisse putarem ut Maronitæ catholici Edessenum Jacobum, hæreticum monophysitam, veluti sanctum colere et venerari inceperint. Jacobitæ vero Sarugensem, nisi me fallat conjectura, ideo suum facere voluerint, quod ejus auctoritate et fama sectæ suæ decus et præsidium accedendum sperabant. Ceterum quam immerito tantum virum sibi vindicaverint mox ad

(1) Cfr. B. O. III, 387.

Digitized by Google

liquidum explorabitur, ubi directa argumenta, quibus catholica Jacobi fides demonstratur, proferemus in medium. Prius vero animadverti velim ex omnibus illis scriptoribus Jacobitis, quorum nomina supra recitavi (1), non nisi duos, Dionysium scilicet et Barhebræum, factum aliquod, seu potius figmentum Sarugensi imputare qua monophysitica ejus fides probaretur : prior affirmat Jacobum Pauli Antiocheni communionem vitasse, quod is duas in Christo naturas profiteretur (2), alter ita de eo scribit : « præclara ejus doctrinæ effigies a sancto Severo antiocheno patriarcha approbata fuit, et ipse ab eodem receptus et laudatus est (3). »

At vero neuter istorum dictum suum ullo veterum testimonio confirmat; cætera tamen quæ in eodem contextu de Sarugensi doctore narrat Barhebræus, ea se ex traditione accepisse diserte testatur; suspicari proinde merito licet quæ hic adjungit non fuisse revera nisi gratuita sui, aut alterius jacobiti figmenta. Superest Dionysius; sed is sibi non constat, et a seipso redargui potest, quod ut liquido pateat, accipe narrationis ejus summam. Paulus, inquit, Jacobum episcopum Batnarum accersivit; qui Antiochiam proficisci recusabat quod Paulum cerneret sanæ fidei non esse. Postea tamen, quum abire compulsus esset, ex urbe Batnis egressus, in monasterio quodam non longe ab Edessa distanti divertit; ibi, revelatione de suo exitu accepta, jussus fuit in propriam civitatem reverti; in quam cum pervenisset, de ecclesia deque universa doctrina sua testamento disposuit et duobus post diebus ex hac luce

(1) Cfr. supra p. 117.

(2) B. O. I, 297 seq.

(3) Barhebræus in *Chronico* B. O. II, 322. Verba ejus hæc sunt :
ܘܐܬܚܙܝ ܘܐܬܩܒܠ ܨܘܪܬܐ ܢܨܝܚܬܐ ܕܡܠܦܢܘܬܗ ܡܢ ܩܕܝܫܐ ܣܘܝܪܐ
ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ ܘܐܬܩܒܠ ܡܢܗ ܘܐܫܬܒܚ ܀

Digitized by Google

migravit. Tunc Paulus de ejus obitu admonitus, Moysem quemdam in locum ejus ordinavit. — Hæc, inquam, narratio falsa demonstratur ex temporum notis quas subministrat ipse Dionysius. Acciderint enim anno Græcorum 833; atque Paulus fuerit Severo in exilium depulso in sede antiochena suffectus anno 831, et post annum unum morte sublatus. Igitur juxta Dionysium, Paulus defunctus est anno 832 Græcorum; proinde non potuit anno sequenti seu 833, Sarugensis ad Paulum profectus esse, siquidem is tum jam mensibus saltem pluribus e vivis excesserat. Hinc « probabile est Dionysium auctorem alioquin « bonum et accuratum, falsa aliqua suorum gentilium « relatione deceptum, ista suæ chronologiæ imprudenter « inseruisse (1). »

Si quis nihilo minus difficultatem vellet urgere, inde petitam quod jacobitici auctores magno numero Sarugensem veluti sectæ suæ sanctum doctoremque recitant et venerantur, in promptu est, præter directam modo proferendam ejus orthodoxiæ demonstrationem, ea quam supra posui animadversio, nimirum illos perpetuo satagere ut alios etiam patres certe catholicos ad sese pertrahant, aut sibi saltem non alienos perhibeant. Cujus autem rei, præter inscitiam et malam fidem, causa assignari potest ipsa in rebus ad religionem spectantibus incuria; hæc enim apud hæreticos, ubi semel a rigida fidei regula defecerunt et prima contendendi alacritas abiit, oriri et ingruere nata est.

Apud Jacobitas vero id accidisse considerata rei natura non modo probabile est, sed experientia constat et factis eorum qui vel maxime doctrinæ et eruditionis laude claruerunt. Testis est exemplo suo Gregorius Barhebræus, maphrianus (2) sive primas orientis, apud suos

(1) B. O. I, 299.

(2) *Maphrianus*, ܡܦܪܝܢܐ (sic dictus ab ܐܦܪܝ *fœcundavit*) primum

Digitized by Google

summo semper honore dignatus. Haud ingratum vel abs re fore arbitror, si ipsius verba, quamvis paulo longiora, retulero. Scilicet in libro qui *theologia* seu *candelabrum sanctorum de fundamentis ecclesiasticis* (1) inscribitur, recensitis et rejectis sententiis pluribus, quas hæreticas habet, ita subjungit : « sciendum est has omnes sectas, quas supra recensuimus, absurdissimas hæreses esse, quum naturas (in Christo) corrumpant, et christiano dogmati ethnicas opiniones misceant; ac propterea Deus, cujus gratiæ laus esto, eas radicitus exstirpavit. Reliquæ vero, quæ hodie in mundo obtinent sectæ, quum omnes de Trinitate et incolumitate naturarum, ex quibus est Christus absque conversione et commistione, æque bene sentiant, in nominibus unionis solum secum pugnant. » Sectas autem eas, quæ suo tempore in mundo obtinebant, intelligit catholicos, jacobitas, nestorianos et monothelitas.

Alibi autem, nempe in *chronico*, narrat quomodo ipse, in maphrianum electus, in urbe Bagdade fuerit exceptus a Nesto-

post patriarcham in ecclesia Jacobitarum locum occupat, estque ea dignitas metropolitica major. Vocatur etiam *catholicus* et *metropolita Orientis*. De hac dignitate qui plura desiderat, consulat Jos. Sim. Assemanum, *dissert. de Syris monophysitis.*

(1) B. O. II, 284. Titulus Barhebræi libri is est : ܡܢܪܬ ܩܘܕܫܐ ܥܠ ܫܬܐ̈ܣܐ ܥܕܬ̈ܢܝܐ: Verba quæ ex hoc libro recitavi syriace ita sonant, loc. cit. p. 291 : ܘܐܦ ܠܡܕܥ ܕܟܠܗܝܢ ܗܠܝܢ ܬܘ̈ܪܓܡܐ ܕܡܢܝܢܢ ܐܪ̈ܣܝܣ ܐ̈ܝܠܝܢ ܕܡܢܢ ܣܟ̈ܠܢ ܗܢܝܢ ܕܚܒܠܝ ܟܝ̈ܢܐ ܘܡܠܦܢܘܬܐ ܚܢܦܝܬܐ ܒܝܘܠܦܢܐ ܡܫܝܚܝܐ ܡܚܠܛܝܢ. ܘܡܛܠܗܕܐ ܠܗܝܢ ܡܢ ܫܪܫܗܝܢ ܐܝܟ ܕܛܝܒܘܬܗ ܥܩܪ ܐܠܗܐ. ܫܪܟܐ ܕܝܢ ܠܬܘܕܝܬܐ ܐܫܬܘܝܬܐ ܕܝܠܗܝܢ ܡܫܡܠܝܢ ܡܢ ܡܫܡܠܝܢ ܕܥܕܬܐ ܠܟܝܢܝܘܬܐ ܘܠܫܘܝܘܬܐ ܕܟܝ̈ܢܐ ܕܡܢܗܘܢ ܡܫܝܚܐ ܕܠܐ ܫܘܚܠܦܐ ܘܚܘܠܛܢܐ ܠܟܠܗܘܢ ܐܝܟ ܚܕܐ ܡܣܬܟܠܝܢ: ܡܛܠ ܫܡܗ̈ܐ ܕܚܕܝܘܬܐ ܠܗ ܫܪܝܪܐ ܐܫܬܘܝܘ ܠܟܠܗܘܢ.

rianis (1) : « quum autem Bagdadum descendisset (maphrianus), ipsi obviam venere archidiaconus et reliqui proceres, adeo ut mar Machicha catholicus Nestorianorum de maphriani adventu admonitus, suum ex fratre nepotem et alterum ex sorore, aliosque viros bagdadenses cives eidem obviam ire jusserit, ipsumque cum honore in suis ædibus susceperit. A catholici ædibus ad suam maphrianus ecclesiam ad fores Muchuli sitam accessit. Misit autem catholicus cum ipso eos qui in ejus occursum processerant, et una cum istis vestem albam holosericam rasilem, veneruntque atque maphrianum induerunt, eoque munere functi abierunt. Jamque paschalia festa inierant. Quare per eam solemnitatem maphrianus pretiosa munera catholico misit, et lætati sunt valde in maphriano fideles; sed et *populus Nestorianorum nobiscum in nostra ecclesia conveniebant.* »

Similiter huc spectant quæ *chronico* adjecit Barsaumas Gregorii frater; « post hujus mortem, inquit (2), quia mar Jaballaha catholicus laudabilis eo tempore in urbe Maraga versabatur, præcepit ne quis in forum procederet,

(1) B. O. II, pag. 250 [illegible]

(2) [illegible]

aut officinam aperiret. Ipsius itaque jussu signo ab ecclesia dato congregatus est populus universus ad cellam maphriani. Misit autem catholicus episcopos qui secum aderant et multos cereos magnos, et venit etiam universus populus Armenorum et Græcorum; ex nostris autem (Jacobitis) quatuor tantummodo presbyteri ad eam celebritatem adfuerunt. *Congregatis itaque fere ducentis viris, officium inchoarunt a prima hora diei usque ad nonam.... Postquam vero absolvissent Nestoriani, et Græci et Armeni officium suum, et exequias, sicut decebat, prosequuti fuissent, composuerunt sanctum illius corpus in parvo altari,* in quo orare solebat et oblationem offerre, quoties in urbem Maragam se conferebat. »

Ex his patet Nestorianos et Jacobitas in eamdem ecclesiam ad celebrandum divinum officium convenisse, hosque cum illis absque scrupulo etiam in sacris communionem frequentasse. Estque in eo facti quoddam argumentum, magis adhuc in aliis recentioribus hæreticis conspicuum, quod ad unius et infallibilis magisterii necessitatem vindicandam merito urgent theologi catholici; nam abjecta semel ista credendi norma divinitus stabilita, vix ac ne vix quidem fieri potest quin, dogmatibus summi momenti inter ἀδιάφορα ablegatis, dubiis et negandi prurigini latissimus campus omnibus aperiatur.

ܕܡܦܪܝܢܐ. ܘܫܕܪ ܩܬܘܠܝܩܐ ܐܦܣ̈ܩܘܦܐ ܕܥܡܗ ܘܫܡܥܐ ܪ̈ܘܪ̈ܒܐ ܣܓܝܐܐ:
ܘܥܡܐ ܟܠܗ ܕܐܪ̈ܡܢܝܐ ܘܕܝܘ̈ܢܝܐ: ܡܢ ܕܝܠܢ ܕܝܢ ܐܪܒܥܐ ܩܫ̈ܝܫܐ
ܒܠܚܘܕ ܐܬܚܙܝܘ. ܘܟܕ ܐܬܟܢܫܘ ܐܝܟ ܡܐܬܝܢ ܢܦ̈ܫܢ ܫܪܝܘ ܒܬܫܡܫܬܐ
ܡܢ ܨܦܪܐ ܘܥܕܡܐ ܠܬܫܥ ܫܥ̈ܝܢ.... ܟܕ ܫܠܡܘ ܢܣܛܘܪ̈ܝܢܐ ܘܝܘ̈ܢܝܐ
ܘܐܪ̈ܡܢܝܐ ܬܫܡܫܬܗܘܢ ܘܠܘܝܘܗܝ ܐܝܟ ܕܘܠܐ ܠܡܫܡܫܘܗܝ ܣܡܘ
ܩܕܝܫܐ ܠܓܘܐ ܕܒܗ ܡܨܠܐ ܗܘܐ ܘܡܩܪܒ ܩܘܪܒܢܐ ܟܠܡܐ ܕܢܚܬ
ܗܘܐ ܠܗ ܠܡܪܓܐ.

2° Probatio positiva. Sed ut eo unde egressa erat regrediatur oratio, hactenus satis constare arbitror nullo certo vel idoneo testimonio Jacobo monophysitismi notam inuri. Negativam, ut aiunt, probationem absolvimus; nunc positivam quoque construamus oportet, quam conficient testes æqui et fide dignissimi, Sarugensis orthodoxiam affirmantes.

A. *Josue Stylites* (1) Jacobo æqualis hunc *venerabilem* (2) appellat, ejus fortitudinem et charitatem quibus incolas Euphrati vicinos, diro a Persis bello oppressos, consolatus est eisque opitulatus, laudibus extollit. Atqui Josue catholicus hæretico, maxime celebri et in vita manenti, haudquaquam has laudes tribuisset. Quod vero Josue ipse orthodoxus fuerit liquido patet ex ejus *Chronico;* ibi enim Flavianum Antiochiæ patriarcham appellat « sanctum, religiosissimum, divinis virtutibus præditum, constantissimum et inclytum (3). » Anastasium vero imperatorem, antea bene meritum, in fine vitæ suæ desipuisse asserit, non aliam ob causam, uti videtur, quam ob susceptum ab illo monophysitarum patrocinium (4).

B. *Joannes Maro*, qui fuerit, juxta Assemanum (5), Syrorum Maronitarum circa annum 700 antiochenus patriarcha, Jacobum non modo ut orthodoxum laudat, sed ex ejus scriptis diserta testimonia profert, quibus Nestorianorum æque et Jacobitarum hæresin refellit. Etsi vero hujus

(1) De quo videsis quæ notavimus in *Introductione*, pag. 18.

(2) Vide supra, pag. 100.

(3) ܩܕܝܫܐ ܘܕܚܠ ܐܠܗܐ ܘܡܨܒܬ ܒܟܠ ܡܘܬܪܐ ܐܠܗܝܐ ܡܫܪܪܐ ܘܡܫܝܚܐ Vide B. O. I, 283, 1ª col.

(4) ܐܣܛܪܘܢܐܝܬ ܐܬܚܙܝ ܡܠܟܐ ܗܢܐ ܒܫܘܠܡܐ ܕܚܝܘܗܝ. i. e. *præpostere* (a seipso desciscens) *visus est imperator iste in fine vitæ suæ*. Ibid. pag. 282, 2ª col. — Cff. de Anastasio Theodorus lector, lib. 2, et Theophanes, *Chronographia* ad annum 499, ed. Paris. 1675, pag. 130.

(5) B. O. I, pagg. 496 seqq.

Digitized by Google

*acta* qualia ex codice arabico, sæculo XV, descripta fuere a Gabriele Barclaio maronita, et anno 1639 a Francisco Quaresmio (1) latine vulgata, dubiæ auctoritatis forte non immerito habeantur, nulla tamen ratio suppetit cur ipsum fictam personam habeamus, ejusque de Jacobo testimonium rejiciamus ut spurium; hoc enim non tam Joannis auctoritate, quam ipsis Jacobi textibus, in scriptis catholicæ sententiæ quæ Joanni attribuuntur, innititur; porro textus illos, quos articulo sequente producemus, nullo jure suppositios esse statuas, etiamsi Assemani, Maronis personam et scripta vindicantis, argumenta infirmiora arbitreris quam ut fidem certam efficiant et peremptoriam. Ceterum quamvis Maronitarum auctoritas, quod sæpius urget Renaudotius (2), in rebus suis maxima non sit, ea nihilominus quæ de Joanne ex Stephano Edenensi aliisque tradit Assemanus, ut omnino falsa respuì posse ægre censerem; atque ut eo ducar me maxime movent inepta plerumque et inania quæ in contrarium allegantur argumenta. Quid enim? Universam Maroniticam gentem fuisse monothelismo addictam tradit Renaudotius (3), Guillelmi Tyrii, Eutychii Alexandrini, Makrizii, aliorumque præcipue Arabum testimoniis innixus; at vero horum scientia historica eo valde incerta probatur, quod monothelismi originem monacho cuidam Maroni, tempore imperatoris Mauritii viventi, contra coæva Patrum documenta et ipsius concilii generalis sexti auctoritatem adscribunt (4); ex his autem certo certius constat hæresim

(1) Cfr. *Elucidatio terræ sanctæ, historica, theologica, moralis*, lib. I, cap. 37; tom. I, pag. 96.

(2) Cfr. *Historia patriarch. alexandr.* pagg. 150, 548; *liturgg. orientt.* II, pagg. V, 381.

(3) *Hist. patriarch. alexandr.* pag. 548.

(4) Cfr. Taki-eddini Makrizii *historia coptorum christianorum*, arabice et latine edita ab H. J. Wetzer, Solisbaci, 1828, *pag.* 77 : « Tem-« pore imperatoris Mauritii cæsaris monachus nomine Maron docuit : « Messiam, cui sit pax! esse duas naturas, unam voluntatem et unam

Digitized by Google

monothelitarum, ipsius monophysitismi appendiculum, non nisi serius sub Heraclii regno, et quidem aliis promoventibus, emersisse (1). Quæ omnia dum video, nescire me fateor quid sit de Marone et antiquis Maronitis tenendum; neque vero ea protuli ut Maronis scripta, a doctissimo Assemano propugnata, tamquam certo apocrypha prædicem; inconcussa tamen argumenta, quibus eorum authentia probetur, adhuc desiderari opinor; non exstant enim nisi in codice uno, anno 1392 exarato. Hisque de Marone notatis, ad Sarugensem regrediamur.

C. Jacobum Sarugensem laudant *Isaac Ninivita* (2) scriptor catholicus qui floruit sæculo VI vergente, et

D. *Timotheus Constantinopolitanus*, supra laudatus (3).

Præter istos scriptores catholicos, quorum testimonio Sarugensis orthodoxia probatur, appellari etiam posset integra Maronitarum gens, inter Libani juga dispersa, quippe quæ eum veluti doctorem suum præcipuum in divinis officiis

« personam. Incolæ urbis Hamath, Kennaserin et Awasim, multique ex « græcis ei adhærebant; et qui doctrinam ejus profitentur, apud christianos *Maronitæ* vocantur. Marone mortuo, sub nomine ejus monasterium Maronis in urbe Hamath ædificatum est. » — Porro, juxta Assemanum, monasterium S. Maronis situm erat ad Orontem fluvium, Apameam inter et Emesam; Maronitæ, antea *Mardaïtæ* (a ܡܪܕ), id est *rebelles* appellati, nomen suum postea habuerint ab ipso S. Marone, æquali S. Joannis Chrysostomi, qui ad ipsum dedit epistolam. — Cfr. Pagi, *critica* ad a. 1182; Le Quien, *Oriens christ.* tom. III. *Ecclesia Maronitarum*, coll. 1 seqq.

(1) Videsis initia et progressus monothelismi ex ipsis fontibus sedulo descripta apud Hefele, *Conciliengeschichte*, III, pag. 110 seqq.

(2) B. O. I, pp. 291 et 452.

(3) Videsis ejus testimonium pag. 138. — Hunc Jacobo Sarugensi ætate æqualem ponit Assemanus; verum, ut scite monet R. P. Matagne « difficilis opera est, ætatem libri (a Timotheo compositi) definire, qui « pro librorum ritualium sorte, a variis ad temporum necessitates auctus « est. Omnia illa capita quæ uno titulo edidit Cotelerius sæculo septimo « recentiora probabilius non sunt. Ideoque optimum inde pro *S. Jacobi* « Sarugensis orthodoxia deducitur argumentum. » Cfr. *Acta Sanctorum*, *tom. XII octobr.* p. 828.

Digitized by Google

quotidie recitat et tanquam sanctum veneratur et colit. Hujus tamen gentis calculum omittere ideo potius arbitror, quod tamdiu, propter turbatum bellorum procellis reipublicæ statum, in negotiis ecclesiasticis maxima ignorantia laboraverit, atque discretionis judicium plerumque non valuerit adhibere : ex quo defectu, ut supra monui, probabiliter evenerit ut ipsa, utut orthodoxæ fidei addicta, Jacobum Edessenum monophysitica labe infectum cultu prosequeretur; fas adeo non est ex simili facto quidquam de Jacobo nostro statuere. Sed neque istius testimonio ullatenus egemus; sufficiunt enim cætera quæ protulimus, et multo magis thesim nostram conficiunt temporum adjuncta, in quibus Jacobus constitutus est episcopus; nempe cum ea tempestate ubique, jussu imperatoris Justini, Jacobitæ ut Xenaias, Petrus Apamæensis aliique, sedibus suis pellerentur, credibile profecto non est ipsum, nisi explorata fuisset catholica ejus fides, ad episcopatum promoveri potuisse (1).

(1) Ex historia nempe constat sub imperatore Justino seniore, ejusque successore Justiniano res male cessisse monophysitis. De persecutione ipsis anno Justiniani sexto inferri cœptam loquitur *Johannes episcopus ephesinus*, historiographus syrus. Cfr. *Die Kirchengeschichte des Johannes von Ephesus, aus dem syrichen übersetzt*, von Dr. J. M. Schönfelder, München, 1862, pag. 5 seq. — Porro argumento, ex tempore quo Jacobus episcopus evasit, magna etiam vis attribuitur apud *Acta Sanctorum. loc. cit.* : « vel hac unica « ratione, dicitur, Sarugensem episcopum pluribus jam annis ante episcopatum, nihil a catholica fide alienum scripsisse patet.... Homiliarum « ejus editionem exspectemus, ut, quod summopere cupio, tota ejus « vita ab erroris crimine vindicari possit. » Quod vero ad prima Jacobi juventutis tempora attinet, ejus orthodoxiam non ita certam habet scriptor doctissimus, putatque eum forsitan tunc Cyro edesseno, quem Hormisdas papa acephalis accenset, consensisse; interim ad eam conjecturam, ex mea opinione, adhuc non cogunt criminationes Jacobitarum, aut ea, quæ perlegere potui, Jacobi scripta. Imo difficultates ex Jacobi scriptis petendæ, si aliquid contra ejus fidem efficerent, quod equidem non admitto, eo potius tendant ut ipsum mitioribus hæreticis accensendum, quam acephalis, qualis erat Cyrus, adnumerandum probarent.

Digitized by Google

### § 2. ARGUMENTA INTERNA QUIBUS JACOBI ORTHODOXIA PROBATUR. — EJUS DOCTRINA DE INCARNATIONE VERBI DIVINI PLENIUS ELUCIDATUR.

Criterium profecto aptius et securius ad dijudicandum cujusdam auctoris doctrinam dari non potest, quam quod ipse præbet mentis suæ et sententiæ in propriis scriptis indicium. Jam vero in Jacobi Sarugensis libris nullum errorem, qui hæresis merito audiat, offendi posse æstimo, etsi nævi hinc inde fortassis occurrant; his autem apposite applicari possunt quæ habet Massuetus in sua dissertatione de S. Irenæi doctrina (1) : « Solius supremi numinis est, « ait, nec falli nec fallere posse : mortalium omnium, « nisi singulari Dei beneficio, solis scriptoribus sacris « concesso, eximantur, ea est sors et conditio, ut eos a « vero devios error interdum decipiat. Nullum igitur opus « adeo castigatum, numerisque omnibus absolutum, quin « nævis quibusdam inspergatur, pluribus aut paucioribus, « majoribusque vel minoribus, pro majori aut minori « scriptoris diligentia et eruditione. Neutra quidem Irenæo « (*Jacobo dicam*) defuit; ita tamen sibi semper non cavit, « ut aliquando non offenderit, sed plerumque levius; « sicubi vero paulo gravius, eo magis error condonandus, « quo nondum satis ad liquidum exploratis certis quibus- « dum doctrinæ christianæ capitibus, vix fieri poterat ut « attentioribus etiam animis nebulas non affunderent « præconceptæ quædam ac communes priorum sæculorum « opiniones. » Quare sicuti excusandus non est Syrorum doctor ubi minus recte locutus esset, uti locutus fuisse videtur in carmine de B. M. V. postea proferendo, ita nec temere culpandus, ubi culpa vacat, ut in ea quam tenuit Incarnationis doctrina. Quod autem ibi rectam fidem sequeretur

(1) Apud Migne, *Patrol. græc.* tom. VII, col. 243.

Digitized by Google

ex pluribus textibus liquido constat; quorum eos solum proferre sufficeret, quibus pateat duplicem ab ipso in Christo naturam, integram et inconfusam, agnosci. Nemo enim unquam ejus scripta Nestorianismi, aut alterius cujusdam quam monophysitici hæresis insimulavit; imo plena sunt ipsius opera, quæ adhuc superstita sunt in codicibus, non modo testimoniis quibusdam fortuitis, sed argumentis etiam copiosissimis quibus errores alios strenue impugnavit. Rariores esse fateor, in iis quæ perlegere potui, textus qui Monophysitas directe et explicite feriunt; non tamen omnino illi desunt, quamvis a Jacobitis plerumque ad nos fuerint deducti; indirecta vero ejusdem valoris effata perplura præsto habentur.

Primum ea quæ clariora sunt cæterisque lucem suppeditare valeant indicanda duxi. Apud Joannem Maronem sequentia verbotenus recitantur (1) :

1° « *Sancti domini Jacobi Batnarum Sarugi ex carmine de Lazaro quatriduano* : ait Maria : credo Domine te Christum esse, qui venit et venturus est cum gloria magna una cum Genitore suo. Credo Domine, nec tibi inter mortales patrem esse, nec matrem inter cœlestium mentium agmina. Qui enim fieri potest, ut duos patres filius unus habeat? Liquet ergo Josephum tibi putativum patrem fuisse.... Credo, Domine, DUAS TIBI

(1) In *libello fidei* cod. echellensi 14, vaticano 143, fol. 43. B. O. I, 290 :

ܠܘܬ ܕܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܕܒܛܢܢ ܕܣܪܘܓ ܡܢ ܡܐܡܪܐ
ܥܠ ܠܥܙܪ ܕܐܪܒܥܐ ܝܘܡܝܢ

ܐܡܪܐ ܡܪܝܡ ܡܗܝܡܢܐ ܐܢܐ ܡܪܝ ܕܐܢܬ ܗܘ ܡܫܝܚܐ:
ܕܐܬܐ ܘܐܬܐ ܒܫܘܒܚܐ ܪܒܐ ܥܡ ܡܘܠܕܢܗ.
ܡܗܝܡܢܐ ܐܢܐ ܡܪܝ ܕܠܝܬ ܠܟ ܐܒܐ ܒܝܬ ܡܝܘܬܐ:
ܐܦܠܐ ܐܡܐ ܒܝܬ ܡܫܪܝܬܐ ܕܪܘܚܢܝܐ.

INESSE NATURAS, alteram supernam, ex humana stirpe alteram. Et spiritalis quidem natura ex Patre tibi est; corporalis vero ex filia David. Illa ex Patre, hæc ex Maria absque divisione; altera ex Spiritu, corporalis altera, sine scrutatione. Credo Domine, Patrem quidem nequaquam te seniorem esse, matrem vero te juniorem affirmo.»

Hunc textum protulit Joannes Maro (aut alius) ad retundendum Jacobi auctoritate monophysitarum errorem, optimo sane jure; nemo enim non videt præclare in eo contineri omnem catholicam de Verbo incarnato sententiam; in uno eodemque Christo expresse agnoscuntur duæ naturæ, divina scilicet et humana: quæ sane per se sola sufficiunt ad probandum Jacobi fidem de Incarnatione longissime distare ab opinione monophysitarum omnium; quippe nimis dilucida sunt et aperta quam ut ullatenus hæretico licet moderato et subtili attribuantur; is enim vel *unam duplicem naturam ex duabus derivatam* ut monophysitæ recentiores (1), vel potius *unam naturam ex divinitate et*

ܠܒܢܝ ܐܟܘܬܗܝ ܠܒܢܝ ܡܢ ܥܒܕܐ ܐܚܝ ܡܠܝܐ:
ܐܠܗܝܬܐ ܠܗ ܕܐܒܐ ܫܘܝܐ ܗܘܐ ܠܟ ܡܫܡܫ....
ܡܗܝܡܢܐ ܐܢܐ ܡܪܝ ܕܩܕܡ ܥܠܡܝܢ ܗܘܐ ܒܪ ܐܠܗܐ:
ܚܕ ܡܢ ܝܠܕܐ ܘܚܕ ܡܢ ܩܢܘܡܐ ܕܒܢܝ ܐܢܫܐ.
ܒܟܝܢܗ ܕܐܒܐ ܘܡܫܝܚܐ ܗܘ ܒܪ ܐܠܗܘܬܗ:
ܘܟܝܢܐ ܠܘܬ ܦܓܪܢܝܐ ܕܡܢ ܒܪܬ ܕܘܝܕ.
ܚܕ ܡܢ ܐܒܐ ܘܚܕ ܡܢ ܡܪܝܡ ܕܠܐ ܦܘܠܓܐ:
ܚܕ ܡܢ ܪܘܚܐ ܘܚܕ ܡܢ ܦܓܪܐ ܕܠܐ ܒܘܨܝܐ.
ܡܗܝܡܢܐ ܐܢܐ ܡܪܝ ܕܐܦܠܐ ܩܫܝܫ ܐܒܐ ܡܢܟ:
ܘܠܘ ܐܠܐ ܐܡܟ ܕܩܫܝܫܐ ܐܒܗ̇ ܗܘ ܡܢ ܡܬܝܠܕܟ ◆

(1) Barhebræus B. O. II, 297, ita scribit : ܚܕ ܟܝܢܐ ܐܡܪܝܢ ܠܐ
ܠܗ : ܐܠܐ ܚܕ ܟܝܢܐ ܡܢ ܬܪܝܢ ܟܝܢܝܢ ܡܫܬܟܚ ܟܘܢܫܐ.

*humanitate compositam, conversionis tamen, confusionis et commistionis omnino expertem*, ut Xenaias (1) Jacobo æqualis, in Christo profiteretur, haudquaquam vero *duas*.

Porro textui modo prolato alii accedunt plane consimiles, scilicet

2° Apud eumdem Maronem cod. 145, fol. 44 ex carmine *de Ecclesia et curiosis rerum divinarum scrutatoribus* (2) : « duas notiones in Emmanuele prædico, eum nempe et Deum verum esse, et hominem verum. Nam per AMMAN (*nobiscum*) significatur natura quæ ex nobis est; per EL (*Deus*) vero, divinitas absque divisione. Idem est EMMANUEL ac si quis dicat HOMO-DEUS; *non quod commistus sit, sed in utroque perfectus.* »

3° Ibidem fol. 44 seq. ex carmine *de jejunio* (3) : « esuriit Christus et secundum dispensationem (τὴν οἰκομίαν) et secundum naturam; utriusque rei causam in Unigenito

h. e. *non unam simpliter naturam dicimus, sed unam naturam ex duabus naturis substantialiter diversis*, et paulo infra : ܗܘ ܟܦܝܠܐ ܟܦܝܠ ܗܘ ܗܘ ܚܕ ܟܝܢܐ ܘܠܐ ܦܫܝܛܐ *duplex est illa una natura, non simplex.*

(1) B. O. II, 25.

(2) Verba syriaca sunt hæc :

ܬܪܬܝܢ ܦܘܫܩܝܢ ܡܬܐܡܪܝܢ ܠܗ ܠܥܡܢܘܐܝܠ:
ܕܐܦ ܐܠܗܐ ܗܘ ܐܦ ܒܪܢܫܐ ܗܘ ܫܪܝܪܐܝܬ.
ܥܡܢ ܕܐܡܪ ܟܝܢܐ ܕܡܢܢ ܡܬܐܡܪ ܠܗ:
ܘܐܠ ܬܘܒ ܡܬܐܡܪ ܠܐܠܗܘܬܐ ܕܠܐ ܦܘܠܓܐ.
ܠܥܡܢܘܐܝܠ ܐܝܟ ܐܢܫ ܬܐܡܪ ܓܒܪܐ ܐܠܗܐ:
ܠܘ ܕܡܚܠܛ ܐܠܐ ܕܓܡܝܪ ܒܬܪܬܝܢ ܟܝܢܝܢ.

(3) Syriace :

ܟܦܢ ܗܘܐ ܡܫܝܚܐ ܡܕܒܪܢܐܝܬ ܘܟܝܢܐܝܬ:
ܠܬܪܬܝܗܝܢ ܕܝܢ ܐܝܬ ܗܘܐ ܥܠܬܐ ܒܝܚܝܕܝܐ.

reperire est. Secundum dispensationem quidem, quia Deus erat Genitori æqualis; naturaliter autem, quia ex filia David incarnatus est. »

4° In carmine *de Habibo martyre*, a Curetonio ad edendum parato et Londini a. 1864 publicato opera W. Wright, similia habentur, inter quæ sequentia seligere lubuit (1) : « hancque veritatem tenuit Edessa de Domino nostro, quod et Deus est et homo factus est ex Maria; oditque sponsa eum qui negat ejus divinitatem, arguit autem ac contemnit eum qui humanitati (proprie : *corporalitati*) ipsius contradicit; sed novit eum unum *esse* in divinitate et in humanitate Unigenitum, cujus corpus ab ipso minime separatur. » Notandum hic est postremis verbis exprimi unionis hypostaticæ indissolubilitatem iisque Nestorianos præcipue refelli. Alios hujus generis passim in promptu habentur; sed ne longior quam par est efficiatur sermo, ea omnia allegare non vacat; aliqua tamen testimonia ex ineditis quæ descripsi adjicere juvat. Sit igitur

5° Textus sequens ex *sermone de Pauli effato : unus est mediator Dei et hominum, homo Jesus Christus* (2) :

ܡܕܒܪܢܘܬܗ ܟܠܗ̇ ܕܐܠܗܐ ܗܘ ܫܘܐ ܠܝܠܘܕܗ:
ܘܟܝܢܘܬܗ ܟܠܗ̇ ܕܐܬܓܫܡ ܡܢ ܒܪܬ ܕܘܝܕ܀

(1) Cureton's *ancient syriac documents*, pag. ܕܓ :

ܘܗܕܐ ܫܪܪܐ ܠܒܝܫܐ ܐܘܪܗܝ ܡܛܠ ܡܪܢ.
ܐܦ ܕܐܠܗܐ ܗܘ ܘܒܪܗ ܕܐܢܫܐ ܗܘܐ ܡܢ ܡܪܝܡ.
ܘܣܢܝܐ ܟܠܬܐ ܠܐܝܠܢ ܕܟܦܪ ܒܐܠܗܘܬܗ.
ܘܡܟܣܐ ܘܡܫܝܛܐ ܠܐܝܠܢ ܕܡܚܠܦ ܒܦܓܪܢܘܬܗ.
ܘܝܕܥܐ ܠܗ ܚܕ ܒܐܠܗܘܬܗ ܘܒܐܢܫܘܬܗ.
ܐܝܚܝܕܝܐ ܕܦܓܪܗ ܡܢܗ ܠܐ ܡܬܦܪܫ.

(2) Desumpta hæc fuere ex codice 117, fol. 504 verso, coll. 2ª et 3ª, ubi sic leguntur :

« respexerat Apostolus ad divinitatem *Christi* et ad humanitatem ejus, et tanquam sapiens vocavit eum ex rei veritate unum mediatorem; viderat quippe Paulus eum simul Deum esse et hominem. Igitur a mediatione nomen convenientissimum Christo imposuit, quod communis quidam sit, tum ex Patre tum ex Maria *genitus*, atque sit utriusque partis cognatus, quamquam sit unus. Vidit eum esse *Deum cum genitore suo in sua divinitate, hominem vero in humanitate sua, idem tamen remanens; neque fas est ut in duos Unigenitum dividamus.* »

Infra, in eodem sermone legitur (1) :

6° « *Christus* in persona sua copulavit divinitatem et humanitatem, qui per *earum* commistionem altam pacem conciliabat; absque confusione effecit duarum partium reconciliationem (seu unionem), cum *nempe* divinitas

ܚܙ ܗܘܐ ܡܫܝܚܐ ܒܐܠܗܘܬܗ ܘܒܐܢܫܘܬܗ :
ܘܐܝܟ ܚܟܝܡܐ ܩܪܝܗ ܒܫܪܪܐ ܚܕ ܡܨܥܝܐ.
ܚܙܝܗܝ ܗܘܐ ܦܘܠܘܣ ܕܐܦ ܐܠܗܐ ܗܘ ܐܦ ܒܪܢܫܐ.
ܘܫܡܐ ܦܐܝܐ ܕܡܨܥܝܘܬܐ. ܣܡ ܠܡܫܝܚܐ :
ܓܘܢܗ[a] ܕܐܝܬܘܗܝ ܐܝܟ ܡܢ ܐܒܐ ܐܦ ܡܢ ܡܪܝܡ :
ܘܕܬܪ̈ܝܢ ܓܒ̈ܝܢ ܩܪܝܒܐ ܗܘܐ ܟܕ ܚܕ ܐܝܬܘܗܝ.
ܚܙܝܗܝ ܕܐܠܗܐ ܗܘ ܥܡ ܡܘܠܕܗ ܒܐܠܗܘܬܗ :
ܘܒܪܐ ܕܐܢܫܐ ܗܘ ܒܐܢܫܘܬܗ ܗܘܝܘ ܟܕ ܗܘ[b].
ܘܕܠܐ ܦܠܓܐ ܠܝܚܝܕܝܘܬܗ[c] ܠܬܪ̈ܝܢ ܕܡܫܝܚܐ[d] ܗܘ :

a) In codice apparet ܓܘ..ܗ

b) Vocula ܗܘ evanuit.

c) Hoc verbum ex ductibus trium priorum litterarum conjeci.

d) Tota vox ex spatio et paucis vestigiis restituenda videbatur.

(1) Habentur ista in codice 117, fol. 305, col. 2a :

ܐܣܪ ܒܡܨܥܝܘܬܗ ܠܐܠܗܘܬܐ ܐܦ ܐܢܫܘܬܐ :
ܕܒܚܘܠܛܢܐ ܫܝܢܐ ܪܡܐ ܡܬܪܥܐ ܗܘܐ .

Digitized by Google

et humanitas unita fuere. » — Difficultas quam forsitan quis ex usu vocis *commistionis* peteret, postea solvetur; interim animadvertendum moneo hic expressis terminis *confusionem* ab unione duarum naturarum in Christi persona penitus excludi.

7° In *carmine tertio de crucifixione* adoritur Jacobus sequentibus verbis, quibus tum duplex Christi natura, tum mors ipsius vicaria sive redemptionis veritas et efficacia dilucide significantur (1) : « Deus, inquit, volens ut mundus intelligeret mortem suam quam pro peccatoribus subiit, innocens lignum opprobrii humiliter ascendit, mortuosque evocans eos potenter suscitavit. Doctrinam mundo *ita* sapienter disposuit, ut DIVINITATEM SUAM ET HUMANITATEM SIMUL CREATURÆ AGNOSCERENT; NECESSE ENIM ERAT UT UTRAQUE APPARERENT, ideoque in crucifixione sua eas apud spectatores manifeste comprobavit. Noverat etiam quantæ

ܕܠܐ ܡܫܟܚܐ ܕܟܝܢ ܬܪܥܘܬܐ[a] ܠܬܪ̈ܝܢ ܟܝ̈ܢܝܢ:
ܕܐܠܗܘܬܐ ܐܦ ܕܐܢܫܘܬܐ ܬܬܚܙܝܢ ܗܘܬ.

a) Vocabulo ܬܪܥܘܬܐ *reconciliatio* in codice superponitur signum minio notatum, cui in margine simile respondit cum voce ܚܕܝܘܬܐ *unio* apposita, idque prima manu, ut quidem mihi videbatur quando ea discribebam. Agnoscenda proinde est vel varians lectio ex antiquiore ms., vel glossema ab amanuensi confictum. Alteram hanc hypothesin potius ob contextum admitterem.

(1) Excerpsi hæc e codice 118, coll. 1ª et 2ª; legitur primo titulus minio, uti fieri solet, exaratus in hunc modum :

ܕܝܠܗ ܕܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ: ܡܐܡܪܐ ܕܬܠܬܐ ܕܥܠ ܙܩܝܦܘܬܐ.

Deinde :

ܐܬܪܥܝ ܪܒܐ ܫܦܝܪ ܕܢܕܥܘܢܗ ܒܪ ܟܠܗܘܢ:
ܕܢܕܪܟ ܥܠܡܐ ܒܡܘܬܗ ܕܗܘܐ ܚܠܦ ܚ̈ܛܝܐ.
ܪܟܒ ܙܟܝܐ ܩܝܣܐ ܕܚܣܕܐ ܡܟܝܟܐܝܬ:
ܘܩܪܐ ܠܡܝ̈ܬܐ ܘܐܩܝܡ ܐܢܘܢ ܒܚܝܠܬܢܐܝܬ.

Digitized by Google

procellæ fierent in mundo, ipsumque decebat eas per crucifixionem suam confundere. »

8° Ex *carmine quo docetur corpus passibile et mortale Domino nostro fuisse tempore dispensationis ante resurrectionem* (1) : « Deus enim noster propter nos passus est et ignominia affectus, additque (Paulus) quod in omnibus similis factus est nobis, excepto hoc quod peccatum Filio *Dei* haud accesserit. Quis ergo is est qui in omnibus similis nobis effectus est? Interroga Apostolum et ipse *eum* tibi dilucide ostendet : Jesus Christus filius Dei factus est pontifex summus, et in omnibus assimilatus est nobis propter nos. Non eo se continet Paulus ut

ܡܠܦܢܘܬܐ[a] ܕܫܠܝܚܐ ܐܚܝܕ ܫܘܡܠܝܗ̇ :
ܕܚܫܘܬܗ ܘܐܬܒܙܚܘܬܗ ܒܙܒܢܐ ܕܪܥܝ .
ܐܠܨܐ[b] ܗܘܬ ܓܝܪ ܟܠ ܬܪ̈ܥܝܗܘܢ ܠܚܫ̈ܝܢ ܗܘ̈ܝ :
ܘܡܩܒܠܢܘܬܗ ܚܙܪ ܐܠܗܐ ܕܝܢ ܫ̈ܪܝܐ .
ܐܦ ܢܦܫܗ ܗܘܐ ܒܣܪܐ ܡܬ̈ܚܫܢܐ ܕܫܠܝܚܐ ܗܘܝܢ :
ܘܦܓܪܐ ܗܘܐ ܠܗ ܠܡܣܒܪ ܐܠܝܢ ܒܡܥܡܘܕܝܬܗ .

a) et b) In codice syriaco musæi Borghiani, in collegio *de propaganda fide* legitur ܡܠܦܢܘܬܗ *doctrina ejus*, et ܗܘܬ ܐܠܨܬ *necesse fuerat.*

(1) In codice 117, fol. 499 verso. col. 2ª in fine et col. 3ª :

ܠܗܘܢ ܓܝܪ ܡܫܬܠܡܢ ܗܘܐ ܘܐܬܕܚܩ .
ܘܐܬܚܫܒ ܘܡܝܬ ܕܒܠܝ ܡܕܡ ܐܬܕܡܝ ܠܢ :
ܚܛܝܬ ܡܢ ܗܕܐ ܕܠܐ ܦܪܘܫ ܠܗ ܚܛܝܬܐ ܠܒܪܐ .
ܘܦܬܟܘ ܗܢܐ ܕܒܟܠܡܕܡ ܐܬܕܡܝ ܠܢ :
ܦܪܫ ܒܡܫܝܚܐ ܗܘ ܡܢܐ ܠܗ ܢܘܕܥܝܢܟ .
ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܒܪܐ ܕܐܠܗܐ ܗܘܐ ܪܒ ܟܘܡܪ̈ܐ :
ܘܒܟܠܡܕܡ ܐܬܕܡܝ ܠܢ ܡܛܠܬܢ .

Digitized by Google

tantummodo Christum eum appellet; sed : Christus filius Dei est pontifex noster; quia autem vocat eum nomine divinitatis et humanitatis, nomen istud quod integrum est minime dividit. Non vocat Christum subjungens illud nomen : et filium Dei, sed : Christus filius factus est pontifex magnus. Neque Simon, a Filio interrogatus quis esset, nomen Filii in duo discerpsit, *sed dixit :* tu es Christus filius Dei, sine divisione. Per revelationem Patris Filium verum prædicavit Petrus, et similiter Paulus nobis in omnibus assimilatum esse Jesum Christum filium Dei scripto significavit. Ecce tamen quidam negat quod Deum Maria peperit, alius vero dicit Deum nec passum nec contumeliis affectum fuisse. Is injuria dicit corpus ejus

ܠܐ ܗܘܐ ܡܫܝܚܐ ܩܪܝܗܝ ܗܘܐ ܦܘܠܘܣ ܒܠܚܘܕ ܘܫܬܩ:
ܐܠܐ ܡܫܝܚܐ ܕܐܠܗܐ ܐܝܬܘܗܝ ܟܘܡܪܢ.
ܘܩܪܝܗܝ ܒܫܡܐ ܕܐܠܗܘܬܐ ܘܕܐܢܫܘܬܐ.
ܠܐ ܦܠܓܗ ܗܘܐ ܠܫܡܐ ܠܬܪܝܢ ܕܡܫܠܡܘܬܐ ܗܘ.
ܠܐ ܩܪܐ ܡܫܝܚܐ ܘܐܘܣܦ ܘܩܪܐ ܘܒܪ ܐܠܗܐ:
ܐܠܐ ܡܫܝܚܐ ܒܪܐ ܕܐܠܗܐ ܗܘܐ ܪܒܟܘܡܪܐ.
ܐܦܠܐ ܫܡܥܘܢ ܡܢ ܐܫܬܐܠ ܡܢܗ ܕܒܪܐ:
ܕܦܠܓܗ[a] ܐܠܗܐ ܦܠܓܗ ܠܬܪܝܢ ܠܫܡܗ ܕܒܪܗ (sic).
ܕܐܠܦ ܗܘ ܡܫܝܚܐ ܒܪܗ ܕܐܠܗܐ ܕܠܐ ܦܘܠܓܐ:
ܓܠܝܢܐ ܐܒܐ ܠܒܪܐ ܕܫܪܪܐ ܐܟܪܙ ܟܐܦܐ.
ܘܗܟܢ ܦܘܠܘܣ ܕܒܟܠܡܕܡ ܐܬܕܡܝ ܠܢ:
ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܒܪܐ ܕܐܠܗܐ ܐܟܬܒ ܘܪܫܡ.—.
ܘܗܐ ܚܕ ܟܦܪ ܕܠܗ ܠܐܠܗܐ ܡܪܝܡ ܝܠܕܬ.
ܘܐܚܪܢ ܐܡܪ ܕܠܗ ܠܐܠܗܐ ܚܫܐ ܘܐܨܛܥܪ.
ܗܢܐ ܡܛܠܡ ܕܠܗ ܡܢ ܕܡܠܟ ܐܠܗܐ ܦܓܪܗ:

a) In cod. 251 : ܗܘ ܕܦܠܓ

non ex nobis fuisse ».... et paucis interjectis (1) : « eum vero qui vult hæc curiosius inquirere expellit Ecclesia et a sese dimittit ne amplius ingrediatur ad ipsam. Interfectio hæc nova *plane* est, qualis altera non fuit unquam, eo quod *interfectus* sit *subsistens* in divinitate simul et *in humanitate perfectus ac integer*. Integrum enim genuit eum uter virginalis, et integer descendit ad flumen baptismatis sui etc.... »

Denique, hæc quoque digna sunt quæ animadvertantur (2) : « filius Dei surrexit e sepulchro virtute propria, neque iterum moritur aut mors ei ultra dominabitur. Nisi enim personaliter et naturaliter admiscuisset naturam hanc mortalem cum immortali, fieri non potuisset ut ipse moreretur utpote corpore expers, neque corpus potuisset sine ipso vivere (*vitæ restitui*). Omnem ignominiam, pas-

(1) Fol. 500, col. 2ª :

ܘܐܢܫܐ ܕܒܥܐ ܠܡܒܩ ܗܠܝܢ ܡܦܩܐ ܠܗ

ܥܕܬܐ ܠܒܪ ܘܫܒܩܐ ܠܗ ܕܠܐ ܢܥܘܠ ܠܘܬܗ.

ܩܛܠܐ ܗܘ ܚܕܬܐ ܕܠܐ ܗܘܐ ܘܗܘܐ ܠܘܬ ܐܟܘܬܗ:

ܕܫܠܡܘܬܐ ܘܩܢܘܡܐܝܬܐ ܓܡܝܪ ܘܡܫܡܠܝ.

ܘܡܫܡܠܝܐ ܝܠܕܬ ܗܘܐ ܠܒܬܘܠܐ ܕܡܫܡܠܝܘܬܗ. (ܘܡܫ̈ܡܪ)

(2) Ibid., fol. 500 verso coll. 1ª et 2ª :

ܩܡ ܒܪ ܐܠܗܐ ܡܢ ܩܒܪܐ ܒܚܝܠܐ ܕܢܦܫܗ:

ܘܬܘܒ ܠܐ ܡܐܬ ܐܦܠܐ ܡܘܬܐ ܡܫܬܠܛ ܒܗ.

ܠܘ ܓܝܪ ܕܩܢܘܡܐܝܬ ܘܟܝܢܐܝܬ:

ܚܠܛܗ ܠܟܝܢܐ ܡܝܘܬܐ ܕܡܐܬ ܥܡ ܠܐ ܡܐܬ.

ܠܐ ܡܫܟܚܐ ܗܘܐ[1] ܕܢܡܘܬ ܗܘܐ ܗܘ ܕܠܐ ܦܓܪ.

ܐܦܠܐ ܦܓܪܐ ܡܫܟܚ ܗܘܐ ܕܢܚܐ ܡܢ ܒܠܥܕܘܗܝ.

ܟܠܗ ܨܥܪܐ ܘܚܫܐ ܘܡܘܬܐ ܕܠܐ ܚܫܘܚܬܐ.

[1] In codice 251 legitur ܬܗܘ

siones et mortem sine mutatione gustavit filius vivens in corpore humano quod assumpserat, et *vicissim* omnem gloriam divinitatis sine variatione largitus est Deus corpori quod acceperat a filia David. Non potuisset eum oculis contemplari quin corpore esset indutus, aut manus eum tangere nisi in corporali natura. Neque natura ignis hujus *visibilis*, quam in tui servitium esse jussit *Deus*, ex seipsa et per se est *hujusmodi* ut tibi ostendatur; fieri nequit ut videas ignem solum, et quamquam realiter sit, sine aliquo *alio* tibi tamen non est. Ubi non communicatur natura ejus abdita alicui rei sensibili, non videt oculus ignem hunc creatum. Quomodo igitur ignis vivus divinitatis apparuisset hominibus sine corpore? Neque ideo, quia homo factus est filius Dei, desinit is esse Deus, prout stulti

ܛܥܡ ܒܪ ܚܝܐ ܒܦܓܪܐ ܕܐܢܫܐ ܕܐܬܢܣܒ ܒܗ.
ܘܟܠܗ ܫܘܒܚܐ ܕܐܠܗܘܬܐ ܕܠܐ ܫܘܚܠܦܐ:
ܝܗܒ ܐܠܗܐ ܠܦܓܪܐ ܕܢܣܒ ܡܢ ܒܪܬ ܕܘܝܕ.
ܠܐ ܡܫܟܚܐ ܗܘܬ ܕܬܚܙܝܘܗܝ ܥܝܢܐ ܒܠܥܕܝ ܦܓܪܐ:
ܐܦܠܐ ܐܝܕܐ ܕܐܢܫܐ[a] ܗܘܬ ܗܘܬ ܠܗ ܒܠܥܕܝ ܦܓܪܢܝܘܬܐ.
ܟܝܢܐ ܕܢܘܪܐ ܗܢܐ ܕܦܩܕ ܠܟ ܠܡܫܡܫܘܬܟ.
ܡܢܗ ܘܒܗ ܐܦܠܐ ܐܫܟܚܘܗܝ ܠܡܬܚܙܝܘ ܠܟ.
ܠܐ ܐܝܬ ܡܦܪܣܐ ܕܬܚܙܐ ܠܢܘܪܐ ܠܗ ܒܠܚܘܕܝܗ:
ܘܟܕ ܫܪܝܪ ܐܝܬܝܗ ܒܠܥܕܝܢ ܡܕܡ ܠܟ ܠܐ ܐܝܬܝܗ.
ܕܠܐ ܐܫܬܘܬܦ ܟܝܢܗ ܟܣܝܐ ܠܦܓܘܪ ܡܬܪܓܫܢܐ:
ܠܐ ܚܙܝܐ ܠܗ ܥܝܢܐ ܠܢܘܪܐ ܗܝ ܕܒܪܝܬܐ ܗܝ. ✣
ܘܐܝܟܢ ܡܬܚܙܝܢ ܗܘܐ ܢܘܪܐ ܚܝܐ ܕܐܠܗܘܬܐ:
ܡܬܚܙܝܐ ܗܘܬ ܠܒܢܝܢܫܐ ܒܠܥܕܝ ܦܓܪܐ.
ܘܠܗ ܠܘܬ ܡܛܠ ܕܗܘܐ ܐܢܫܐ ܒܪܐ ܕܐܠܗܐ:

a) Cod. 281: ܐܢܫܐ ܗܘܬ sine particula?

quidam sibi illudentes opinantur. Si ponamus substantiam (*naturam*) ferri in flammam immitti, hanc illud absorbet, et hæc in toto illo tota absorbetur. Hæc abducit et convertit *ferrum* in calorem, ac efficitur ignis quin ferrum quod suum proprium est ullatenus amiserit. Flamma adunatur, admiscetur, contemperatur ferro, estque totum ferrum, totum ignis, et unum tantum. Neque amisit ferrum naturam suam quia factus est ignis, neque ignis naturam suam deposuit quia efflatus est in ferrum. Servantur naturæ, ferrum *scilicet* et ignis in sua veritate; misto tamen et temperato hoc in illo, unum tibi sunt. Porro in hoc spectaculo quod ante oculos tuos versatur, contemplare et aspice supernum illum et inscrubitabilen! Et si naturis inanimatis et mutis ita deprehenditur, quanto

ܠܗ ܠܚܘܕ ܗܘ ܐܢܫܐ[a] ܕܐܣܒܪܘ ܦܠܓܐ ܕܠܒܗ .
ܟܝܢܐ ܕܦܪܙܠܐ ܐܠܘ ܕܢܦܠ ܠܫܠܗܒܝܬܐ:
ܗܘ ܒܠܥ ܠܗ ܘܗܝ ܡܬܒܠܥܐ ܟܠܗ ܒܟܠܗ .
ܗܝ ܢܓܪܐ ܠܗ ܐܦ ܗܦܟܐ ܠܗ ܠܫܚܝܡܘܬܐ܃
ܘܗܘܐ ܢܘܪܐ ܡܢ ܗܘ ܕܝܠܗ ܠܐ ܐܘܒܕ ܗܘܐ .
ܗܝ ܫܠܗܒܝܬܐ ܒܗ ܘܡܬܚܒܛܐ ܒܗ ܘܡܬܡܙܓܐ ܒܗ܃
ܘܟܠܗ ܦܪܙܠܐ ܘܟܠܗ ܢܘܪܐ ܘܚܕ ܗܘ ܒܠܚܘܕ .
ܘܠܐ ܐܘܒܕ ܗܘܐ ܦܪܙܠܐ ܟܝܢܗ ܕܗܘܐ ܢܘܪܐ :
ܐܦ ܠܐ ܢܘܪܐ ܟܝܢܗ ܫܒܩܬ· ܕܐܬܢܫܒܬ· ܒܗ .
ܢܛܝܪܝܢ ܟܝܢܐ ܦܪܙܠܐ ܘܢܘܪܐ ܒܫܪܪܗܘܢ܃
ܡܬܚܠܛܝܢ ܡܬܡܙܓܝܢ ܗܢܐ ܒܗܢܐ ܘܚܕ ܐܢܘܢ ܠܟ .
ܒܗܢܐ ܚܙܘܐ ܕܩܐܡ ܒܥܝܢܝܟ ܗܘ ܐܬܒܩܐ܃
ܐܪܐ ܘܚܙܝ ܠܗܘ ܥܠܝܐ ܕܠܐ ܡܬܒܨܐ .
ܐܢ ܒܟܝܢܐ ܡ̈ܝܬܐ ܫܬ̈ܝܩܐ[b] ܡܫܬܟܚܐ ܗܕܐ ܀

a) Cod. 251 ܐܝܟ ܡܢܐ

b) Cod. 251 ܘܫ̈ܬܝܩܐ



Digitized by Google

magis in Illo, cujus naturam non novit ullus? — Si foret ferro et igni sensus vitalis, particeps esset *alterum alterius*, ignis et ferrum, quando *hoc ab illo* adsumitur. Ast Deus qui in assumpto corpore vivens est, per hoc *corpus* omnes passiones in persona sua toleravit. At forsitan dices quod ignis, ubi in ferrum efflatur, ex eo revertitur, exit et separatur, et quod *istud* remanet solum; verum non ita res sese habet, o insipiens hæretice; nam omni momento in eo (*ferro*) absconditus est *ignis*, quantumvis tu illa separes. Si attendere velis, minime separatur ignis a ferro, sed in hujus medio consideranti absconditus patet et abditus. In eo *enim* momento quo juxta tuam sententiam, in ipso minime versatur, ex ejus (*ferri*) medio tibi, si volueris, generabitur, atque ejus impetus probat *ignem* in illo vere contineri.

ܡܟܝܠ ܣܟܠܐ ܠܟܝܢܗ ܕܢܡܠܠ ܐܠܐ ܠܐ ܡܨܐ.
ܠܘ ܐܢܬ ܗܘܐ ܦܪ̈ܙܠܐ ܚܝܠܐ ܠܡܪܓܫܐ ܘܢܘܪܐ:
ܫܘܬܦܘܬܗ ܗܘܬ ܠܢܘܪܐ ܘܦܪܙܠܐ ܡܐ ܕܡܬܢܣܒ.
ܐܦ ܐܠܗܐ ܕܐܠܗܘܬܗ ܚܝܐ ܒܦܓܪܐ ܕܢܣܒ:
ܟܠܗܝܢ ܚ̈ܫܐ ܣܒܠ ܒܩܢܘܡܗ ܡܛܠܬܗ.
ܘܐܢ ܬܐܡܪ ܕܢܘܪܐ ܒܦܪܙܠܐ ܡܐ ܕܐܬܢܦܚܬ:
ܗܦܟܐ ܢܦܩܐ ܘܦܪܫܐ ܡܢܗ ܘܩܐܡ ܒܠܚܘܕܘܗܝ.
ܠܘ ܗܟܢܐ ܐܝܬܝܗ ܗܕܐ ܣܟܠܐ ܕܛܥܐ.
ܕܒܟܠ ܥܕܢ ܒܗ ܗܘ ܟܣܝܐ ܐܢ ܦܪܫܬ ܐܢܬ.
ܠܐ ܗܘܐ ܡܬܦܪܫ ܦܪܫܐ ܡܢܗ ܐܢ ܚܐܪ ܐܢܬ:
ܐܠܐ ܒܓܘܗ ܟܣܝܐ ܠܡܚܙܐ ܠܡܣܬܟܠ.
ܒܗܘ ܥܕܢܐ ܕܠܘ ܒܗ ܐܝܬܘܗܝ ܐܝܟ ܕܐܡܪܬ:
ܡܢ ܓܘܗ ܗܘ ܡܬܝܠܕܐ ܠܟ ܐܢ ܨܒܐ ܐܢܬ.
ܒܥܘܢܗ ܕܝܢ ܒܗ ܢܘܪܐ ܡܫܪܪܐ ܠܗ.

Digitized by Google

Est autem illud intelligenti typus præclarus. Attenuatur impetus ejus ut sine timore homo accedat ad opus illud quod perficit *et* operatur *ignis* in *ferro* existens. Ita Natus ille divinus qui intra corpus est, emollit impetum suum, et per corpus manus eum apprehendit. Nisi enim impetum flammæ attenuasset, quis unquam posset quidquam, in quo residet, apprehendere? Nisi in corpore, *ut ita dicam*, parva fieret divinitas, quæ unquam creatura ad ipsam valeret accedere? Quisve posset in manu sua apprehendere ignem divinitatis vivum et incomprehensibilem?

Doctrina catholica luculentissime exponitur ultimis verbis, quibus auctor ignis et ferri conjunctionem comparat cum unione naturarum, divinæ et humanæ, in una Christi persona. Asserit enim igni et ferro, quantumvis unum ab alio absorptum fuisse videatur, utrinque naturam suam retineri et proprietates, et porro, figuram archetypo coap-

ܐܦ[a] ܗܘ ܗܢܐ ܛܘܦܣܐ ܪܒܐ ܠܡܣܬܟܠ.
ܡܙܥܪܐ ܚܡܬܗ ܕܕܠܐ ܕܚܠܐ ܢܬܩܪܒ ܐܢܫ:
ܠܗ ܠܥܒܕܐ ܕܡܫܪܪܬ ܥܒܕܬ ܡܢ ܗܘ ܐܝܬܘܗ
ܐܟܢ ܗܘ ܝܠܕܐ ܕܐܠܗܘܬܐ ܕܒܓܘ ܦܓܪܐ.
ܐܪܦܝ ܚܡܬܗ ܘܒܗ ܡܓܫܫܐ ܠܡܩܦܗ ܐܝܕܐ.
ܠܘ ܠܐ ܒܨܪ ܙܪ ܗܘܐ ܚܡܬܗ ܕܫܠܗܒܝܬܐ:
ܡܢܘ ܡܨܐ ܗܘܐ ܕܢܐܚܘܕ ܡܕܡ ܡܢ ܕܫܪܐ ܒܗ.
ܠܘ ܠܐ ܙܥܪܬ ܐܟܙܢܐ ܒܦܓܪܐ ܐܠܗܘܬܐ.
ܡܢ ܫܟܚ ܗܘܐ ܕܢܬܩܪܒ ܠܗ ܡܢ ܒܪܝܬܐ.
ܡܢܘ ܡܨܐ ܗܘܐ ܠܢܘܪܐ ܕܐܚܘܕܗ ܒܟܦܐ ܦܓܪܐ:
ܠܢܘܪܐ ܚܝܬܐ ܕܐܠܗܘܬܐ ܕܠܐ ܡܬܬܚܕܢܐ.

a) Cod. 251 ܕܐܦ

tans, adjungit ita a fortiori in duplici Christi substantia obtinere. Itaque, juxta mentem Sarugensis, naturæ divina et humana post unionem hypostaticam integræ manent, impermistæ et inconfusæ, quod est ipsissimum dogma catholicum, in chalcedonensi synodo definitum. — Hic obiter moneo eadem ferri igniti similitudine sacrum Incarnationis dominicæ mysterium illustrari a S. Maximo, qui hanc tamen alio modo applicat (1).

Tandem locus etiam ille maximopere attendendus est, ubi a Jacobo Christus dicitur « ignominiam, passiones et mortem perpessus *in corpore humano*, quod assumpsit; » notum enim est a Petro Fullone, aliisque qui monophysitismum in Syria promovere studuerunt, *trisagio* addita fuisse hæc verba : « qui crucifixus es pro nobis, » quibus divinitatem ipsam passam fuisse edocerent (2); ab

(1) Cfr. *S. Maximi confessoris disputatio cum Pyrrho*, apud Migne, *patrol. græc.* tom. XCI, coll. 337 et 340. Cfr. col. 101.

(2) Hefele, *Conciliengeschichte*, II, 447, ita sententiam hanc ejusque originem exponit : « Ein Mönch von Constantinopel, Petrus, von dem Handwerk, « das er auch in Kloster trieb, γναφεύς, *fullo*, der Gerber (richtiger « Walker), genannt, wuszte sich bei Zeno, dem Schiegersohne des Kaisers « Leo, in besondere Gunst zu setzen, zog mit diesem, als er ein Com- « mando im Orient erhielt, nach Antiochien, gründete daselbst mit den « ihm geisterverwandten Apollinaristen, die sich noch hier vorfanden, « eine starke Partei gegen den Patriarchen Martyrius und bereitete diesem « zu viele Widerwärtigkeiten, dasz er in Bälde seinem Amte entsagte. « Peter Fullo bemächtigte sich nun selbst des Stuhles von Antiochien und « schob zur Befestigung des monophysitischen Partei in das Trisagion « die Worte ein : (heiliger Gott), *der du fur uns gekreuzigt worden « bist.* Man kan zwar *per communicationem idiomatum* ohne Anstand « sagen : *Gott ist gekreuzigt worden,* aber wenn man das idioma *gekreu- « zigt* mit dem Rufe *ter sanctus* im Trisagion verbindet, so musz die « Meinung entstehen, als ob mit dem Sohne zugleich auch der Vater « und Geist am kreuze gelitten hätten. Für den Eutychianer war eine « solche Ausdehnung des Leidens auch auf den Vater und Geist consequent ; « denn nach seiner Meinung war in Christus nach der Einigung nur mehr « *eine,* die göttliche, Natur vorhanden, die er gemein hat mit dem Vater

hujusmodi autem doctrina alienissima sunt Jacobi verba, quibus Deus non in propria natura, sed in assumpto corpore passus asseritur.

Ampliori discursu opus non esse arbitror, ut catholica Jacobi nostri sententia in præfatis ejus textibus rata omnibus habeatur. Quos patet eo præcipue spectare ut Christi divinitatem, et Verbi divini cum humana natura intimam atque indissolubilem unionem stabiliant, quamquam interim aperte et dilucide adstruitur etiam naturarum distinctio. Hinc forsan haud injuria quis inferat Catholicis ea tempestate in Mesopotamia, ubi Jacobus degebat, controversiam adversus Nestorianos maxime exarsisse, Monophysitas vero ibi adhuc paucos vel nullos nactos esse discipulos. Re enim vera, hujus hæresis in Syria coryphæi, Xenaias, Petrus Fullo et Severus, Hierapoli et Antiochiæ, ad occidentalem Euphratis plagam, errores suos sparsisse noscuntur, idque non nisi extrema parte vitæ S. Jacobi, quando is plures suas lucubrationes procul dubio jam dudum absolverat; contra historicis documentis certum est, Nestorii asseclas mature in Perside et Mesopotamia versatos, in ipsæ civitate Edessæ, non nisi passuum decem millibus a Saruge distante, scholam habuisse celeberrimam, in qua Barsaumas, Acacius aliique hujus sectæ patroni eruditi fuere, medio sæculi quinti. Hæc autem schola anno 489, imperante Zenone extirpata fuit, connivente, uti videtur, Cyro episcopo, qui dum zelo imprudenti hæreticos insequeretur, sibi ab altero extremo satis haud cavit, atque in monophysitismum prolapsus est; eum

« und Geiste; wenn dagegen der Diophysit sagt : *Gott* (d. i. der Sohn « Gottes) *ist gekreuzigt worden*, so sezt er bei : *im Fleische*, also nicht « in dem, was er gemein hat mit dem Vater und Geist, sondern in dem, « was er mit uns gemein hat. »

Digitized by Google

tamen asseclas nactum fuisse multos ex aliquo historico fonte non constat; demum temporibus Jacobi Baradæi, ܒܘܪܕܥܢܐ, Græcis Ζάνζαλος appellatus, a quo Jacobitæ nomen suum mutuati sunt, sectam ipsi potentiorem constituerunt. Is autem anno 541 episcopatum edessenum obtinuit (1).

Quæ sententia seu potius conjectura si placuerit, (tenebris enim non carent plura quæ ad istarum hæreseon originem et progressum spectant), commodius resolvi poterunt nonnulla quæ in scriptis Jacobi Sarugensis difficultatem facessere videntur. Reliquum est, ut id generis præcipua examinemus singulatim. Alia reperiuntur in præcitatis, alia depromuntur aliunde.

### § 3. OBJECTIONES, ADVERSUS ORTHODOXIAM S. JACOBI EX EJUS SCRIPTIS PETITÆ, DISCUTIUNTUR.

I. — Vidimus supra (2) « Filium Dei ex Jacobi sententia, PERSONALITER ET NATURALITER ADMISCUISSE naturam mortalem cum immortali. » Porro hujusmodi loquendi formula aliqua expositione indiget. In primis quod attinet ad usum verbi *miscendi*, non ea solum vice, sed passim eo auctor unionem hypostaticam duarum naturarum designat; atque hodie, cum lingua theologica controversiarum lima perpolita est, vix a catholico quopiam sine offensione posset adhiberi. De hac formula, quæ apud S. Ephræmum pariter occurrit, sequentia apposite notat Stephanus Edenensis in *vindiciis Maronitarum* (3) : « sciendum est quosdam « dubium movisse de voce ܚܠܛܬ *commiscuisti* (apud « S. Ephræmum), eo quod Patres Eutycheti anathema « dixerint, qui commixtionem in duabis Christi Domini « naturis admittebat, unam asserens ex eis conflatam

(1) De quo videsis B. O. II, pagg. 62 seqq.

(2) Pag. 159.

(3) B. O. I, 81.

« naturam. Unde factum est, ut quidam librarii illud « vocabulum permutarint in istud ܚܒܪܬ *conjunxisti*, ut in « exemplari Jo. Abaidi episcopi, quod exstat in monas- « terio Ras-Nahrensi in oppido Eden, scripto anno « Græcorum 1859, Christi 1548. Alii vero in hanc vocem « ܐܬܚܒܪܬ *unita est*, ut in codice Jo. Nemroni presbyteri « scripto eodem anno, qui in monasterio Canubinensi « penes nos servatur. Verum dicimus hoc vocabulum omni « prorsus suspicione carere; dicitur enim de qualibet re, « quæ cum alia conjungitur, vel communicat, vel unitur, « juxta illud Isaiæ cap. III (1) : « *væ qui conjungitis domum* « *ad domum et agrum agro admiscetis*; et Apostolus ad « Hebræos, cap. 13, 2 (2) scribit : *commisti enim cum* « *Christo sumus, si tamen a principio usque ad finem hoc* « *verum testamentum firmum retineamus.* » Item Sarugen- « sis hom. 66 de feria V mysteriorum : *humilitate sua* « *Emmanuel similis factus est nobis*, *quum ipse Patri suo* « *in magna gloria similis sit* : *assumpsit figuram nostram* « *et miscuit se inter nos* (ܚܠܛ), *similisque nobis factus est;* « *descendit ut nos in sublimem regionem ad Genitorem* « *suum erigeret.* Simili modo dicimus in hymno de La- « zaro : *filius Altissimi seipsum cum infimis commiscuit* « ܚܠܛ ܗܘܐ *ut eosdem in sublimi regione sua secum in* « *gloria commisceret.* Sic demum loquimur de commis- « tione pharmacorum, de harmonia cantuum, de con- « junctione angelorum cum hominibus et de reliquis « hujusmodi. »

Hucusque Edenensis. Porro de legitimo hujus et similium terminorum usu fusius disserit Dionysius Petavius, *de Incarnatione* lib. III, cap. 2, ubi, recensitis vocabulis quibus unitio naturarum in Christo catholice

(1) Vulgata cap. V, v. 8.
(2) Vulg. III, 14.

Digitized by Google

significatur, § 8 ita scribit : « reliqua sunt vocabula quæ « sunt ambigui magis usus, et in majori contentione « versantur μίξις, κρᾶσις, ἀνάκρασις et similia, quibus « latina respondent *mistio*, *mistura*, *commistio* (1) et « ejusdemmodi alia. » Dicendum est istas locutiones esse ambiguæ significationis et per se optime congruere sententiæ catholicæ, maxime si absit contendendi cupido. Asseri enim potest Verbum divinum permisceri naturæ humanæ, qua tenus hanc in unionem sibi assumpsit intimam et hypostaticam, hujusque actiones, affectus, passiones regit et sibi proprias adscribit. Cavendum solummodo est ne imago, quæ hac *miscendi* voce statim occurrit, ad ultimas consequentias deducatur, ac perpetuo in promptu haberi debet, voces, ex humanarum rerum usu ad divina significanda adhibitas, necessario mancas esse et imperfectas; quod tunc præcipue obtinet quando de altissimis fidei nostræ mysteriis sermo instituitur. Hujusmodi autem vocabulorum sensus tum ex usu Patrum, tum ex ipsius qui ea usurpavit ceteris loquendi formulis determinandus relinquitur. Age vero hunc sanæ critices canonem sectanti manifesto liquet *mixtionem* a Jacobo Sarugensi dici pro unione hypostatica, qua duæ naturæ integræ et inconfusæ in Christo perseverant. Etenim omnis quæ in hac formula reperitur obscuritas ex aliis ejus dictis, iis præcipue quæ ex Joanne Marone supra recitavimus, plane evanescit; quod autem ea in manuscriptis Jacobi carminibus reperta adhuc minime fuerunt, nihil hoc ipsorum auctoritati detrahi putandum est; nam neque omnia Jacobi opera in codicibus asservantur; et si quando textus a Marone producti ad tractatus etiamnum exstantes pertinuerunt, fieri potuit eos fuisse a vafris sectariis consulto silentio pressos.

(1) Syriaca autem ܡܘܙܓܐ, ܡܙܓܐ, ܚܘܠܛܢܐ

Digitized by Google

Ceteroquin mentem Sarugensis non tantum generalis ejus doctrina declarat, sed ipsa vox *unionis* ab eo interdum ut *mixtionis* synonyma usurpatur. Exemplo sint hæc ejus verba (1) : « In utero Virginis efformatus fuerat hominis Dominus, et in similitudine hominis ipse natus est corporaliter. In sinu Mariæ NATURAS AD UNIONEM perduxit, effecitque ambas esse unum, sicut scriptum est. » Porro *unum* intelligit de personæ, non vero de naturarum unitate, quod patet ex subsequentibus (2) : « Christus ejusque Ecclesia facti sunt unum corpus sine *alterutrius* mutatione, in utero casto qui a mortali cognitus haud fuit, atque PERSONALITER miscuit eam secum in sua divinitate. »

Tandem, plane excusatur auctor noster exemplo aliorum Patrum qui idem *miscendi* vocabulum de unione hypostatica orthodoxe usurparunt. Supra Ephræmum Syrum vidimus; græcos plures nominat Petavius (3); apud latinos vero citari potest S. Petrus Chrysologus, in sermone 142,

(1) Ex *sermone alio de Θεοτόκῳ composito a sancto Jacobo doctore, qui quadrat adversus hæreticos*, seu : ܡܐܡܪܐ ܐܚܪܢܐ ܕܝܠܕܬ ܐܠܗܐ
ܕܐܬܥܒܕ ܠܡܪܝ ܝܥܩܘܒ: ܦܫܝܛܐ ܘܡܫܚܚ ܠܘܩܒܠ ܗܪ̈ܛܝܩܐ.

Textus citatus legitur in cod. vat. syr. 117, fol. 68 verso, 1a columna :

ܒܡܪܥܐ ܒܬܘܠܬܐ ܐܬܓܒܠ ܗܘܐ ܡܪܗ ܕܐܢܫ:
ܘܐܬܐ ܠܥܠܡܐ ܒܕܡܘܬ ܐܝܟ ܦܓܪܢܐܝܬ.
ܒܥܘܒܗ ܕܡܪܝܡ ܐܝܬܝ ܟܝ̈ܢܐ ܠܚܝܘܕܐ
ܘܥܒܕ ܐܢܘܢ ܠܬܪ̈ܝܗܘܢ ܚܕ ܐܝܟܢܐ ܕܟܬܝܒ ✤

(2) ܡܫܝܚܐ ܘܥܕܬܗ ܗܘܘ ܚܕ ܓܘܫܡܐ ܕܠܐ ܫܘܚܠܦܐ
ܒܡܪܥܐ ܕܕܟܝܐ ܕܠܐ ܐܬܝܕܥܬ ܡܢ ܡܝܘܬܐ
ܘܩܢܘܡܐܝܬ ܚܠܛܗ ܥܡܗ ܒܐܠܗܘܬܗ.

(3) *De incarnat.*, lib. 3, cap. 2, § 15.

*de annunciatione* : « audistis, inquit, inaudita ratione in « uno corpore Deum hominemque misceri. »

II. — Altera est difficultas in eo quod scribit Jacobus, « humanitatem et divinitatem personaliter et NATURALITER « fuisse adunatas. » Dicat enim quis unionem naturarum in Christo καθ' ὑπόστασιν seu ܩܢܘܡܐܝܬ factam fuisse eo quod in una tantum persona utræque subsistunt, catholice vero nefas esse eam κατὰ φύσιν seu ܟܝܢܐܝܬ appellari, ne ipsorum naturarum confusio et unitas ita adstrui videantur.

Cui objectioni, ut recta fiat responsio, suffecerit nonnulla de locutionum istarum significatione et usu monuisse; non enim hic tam vocabula ipsa quam sensus et notio vocabulis attributa attendenda veniunt. Theologis nunc communius mutua naturarum in Christo penetratio, intima pervasio et conjunctio, *unio hypostatica*, καθ' ὑπόστασιν, audit; testatur vero Euthymius (1) S. Cyrillum Alexandrinum primum fuisse qui hanc locutionem in dogma catholicum invexerit; at non eo sensu, quo nunc passim accipitur, eam intellexit Cyrillus : ὑπόστασις ipsi non exprimit suppositum et personam, sed rem aliquam reapse et solide, non specie tenus tantum, exstantem, ut adeo *unio hypostatica* sit unio vera, realis, proprie dicta, naturalis ac substantiva, non autem mere imaginaria, adumbrata, aut moralis ea quam Nestorius somniabat. Theologi autem *unionem* vocant *hypostaticam* ab effectu seu termino in quem unitio redigitur, a persona inquam divina, in qua, peracta unione, natura humana subsistit.

Atqui neutro sensu fides catholica non declaratur aptissime, et quod rem attinet, uterque apprime conveniunt; nam si unio, qua naturæ inter se copulantur, vera est et

(1) Euthymii monachi Zigabeni, *dogm. panoplia*, tom. I, tit. 7, pag. 21. Parisiis 1555.

Digitized by Google

substantiva, necesse etiam est ut una eademque persona regantur, cum notioni personalitatis omnino repugnet ex duabus personis aliquid vere et realiter unum conflari. Porro per se nihil impedit quominus hujusmodi unio *naturalis* appelletur, quamquam non unica natura ex duabus, sed duæ post unionem exstiterint; *naturalis* est quod vera fuerit hæc naturarum unitio, et non tantum constet sola opinione et apparentia, vel externa quadam relatione aut habitudine : quo iterum sensu *ἕνωσιν φυσικήν* sive *ἀληθῆν* usurpabat Cyrillus (1); atque ita quoque Jacobus, citra omnem suspicionem, imo optimo adversus Nestorianos argumento, unionem hypostaticam factam fuisse dixit ܟܝܢܐܝܬ sive *naturaliter*, *κατὰ φύσιν*. Utrum vero vocem ܩܢܘܡܐܝܬ *personaliter* seu *hypostatice*, *καθ' ὑπόστασιν*, juxta S. Cyrilli sententiam, vel potius recentiorum theologorum modo intellexerit, non satis liquet ex contextu. Equidem, inspecta ætate qua hæc scribebat, potius putarem id eum priori sensu accipere debuisse (2).

III. — Gravior videtur objectio ex duobis Jacobi locis petita, in quibus scribit *non esse unicuique naturæ in Christo propria sua tribuenda*. Ut autem ex contextu quæstio melius perspiciatur, textus integros, licet prolixiores, hic producere volui. Prior legitur in carmine *de Θεοτόκῳ et contra scrutatores* : postquam animadvertit auctor « Verbum (*incarnatum*) propter ipsam suam altitudinem non fuisse a mundo intellectum (3) » et pluribus asseruit

(1) Cff. Vasquez, *commentar. in* 3 *p. S. Thomæ, disput.* 17, *cap.* 3, et Petavius, *de Incarnat. lib.* 3, *cap.* 4.

(2) Posteriori tamen sensu hanc locutionem accipit S. Maximus apud Euthymium in *panoplia*, par. 2, tit. 15.

(3) Cod. 117, fol. 69, col. 2a :

ܪܒܐ ܗܘ ܡܠܬܐ ܘܡܛܠ ܪܘܡܗ ܠܐ ܡܬܡܫܡܫܢܐ.

non nisi gratiæ divinæ impulsu Deum posse agnosci sub humili Christi habitu et vita, ita demum pergit (1) : « fides omnes ejusmodi offensiones (*ex Christi passione maxime derivantes*) conculcat et spernit; ecce *eam* perpetuo exclamantem audis : Dominus meus et Deus meus ! quantumvis hunc aspiciat cunctis corporalibus doloribus afflictum.... Doctores superbi proposuerunt quæstiones carnales, quibus fidei sinceritatem macularunt. In naturam unice intenti, protulerunt sermones scandalo repletos, Filii historiam naturaliter exponere cupientes : quomodo, aiunt, potuit in utero parvo unius palmæ, inhabitare is, qui loca et spatia magnitudine sua transcendit? Infantulus qui cum infantibus reptat Deus non est, et qui paulatim incrementum accipit et robur, is homo est. *Deo* enim

(1) Codice 117, fol. 69, col. 3ª :

ܠܟܠܗܘܢ ܟܐܒ̈ܐ ܕܝܠܕܐ ܘܚܫܐ ܕܡܫܝܚܘܬܐ:
ܘܕܝܫܐ ܘܫܐܛܐ ܩܥܝܐ ܠܥܠܡ ܗܘܐ ܡܪܝ ܐܠܗܝ .
ܟܕ ܕܚܙܬܗ ܒܟܠܗܘܢ ܟܐܒ̈ܐ ܦܓܪ̈ܢܝܐ:

Et infra, fol. 69 verso :

ܡܠܦ̈ܢܐ ܫܒܗܪܐ ܫܐܠܘ[a] ܒܥ̈ܬܐ ܦܓܪ̈ܢܝܬܐ:
ܘܒܡ̈ܠܐ[b] ܫܦܝܘܬܗ ܛܘܫܘܗ ܕܗܝܡܢܘܬܐ .
ܚܪܘ ܒܟܝܢܐ[c] ܘܐܦܩܘ ܡܐܡܪ̈ܐ ܕܡܠܝܢ ܟܐܒ̈ܐ:
ܕܟܝܢܐܝܬ ܠܡܫܬܥܝܘ[d] ܐܘܪܚܗ ܕܒܪܐ.
ܕܐܝܟܢ ܟܪܣܐ ܙܥܘܪܬܐ ܕܟܝܠܐ ܙܪܬܐ
ܠܒܪܐ ܗܘܐ ܠܗ ܗܘ ܕܫܡܝܐ[e] ܡܟܠܝܢ ܠܡܫܘܚܬܗ .
ܐܝܟ ܥܘܠܐ ܕܛܠܝܬܐ ܠܥܠܝܐ ܦܫܝܛܐ:
ܠܗ ܐܠܗܐ[f] ܕܪܒܐ ܡܢ ܫܒܘܪܐ ܘܡܢ ܥܠܝܡܘܬܐ.
ܒܪܐ ܕܢܦܩ ܥܡ ܬܠܘܬܐ ܠܗ ܠܐܠܗܐ ܗܘ:
ܘܪܒܘܬܐ ܗܘܐ ܘܡܬܚܝܠܢܐ ܗܘܐ ܒܪܢܫܐ ܗܘܐ.

a)-f) Ex hisce vocibus non nisi pauca vestigia supersunt in codice.

competere nequit ut nascatur aut crescat, quandoquidem natura ejus humanis incrementis superior est. Tribuatur ergo naturis quæ ipsarum propria sunt! — Sic loquitur iste doctor. At vero, sapias et agnoscas filium hominis simul esse Deum; occludas fontem hunc venenosum, o doctor insensate! amarus est enim et plenus felle draconis. Sinas itaque defluere ingentem fidei scaturiginem, ex qua mundo renovato prosiliunt aquæ vivificæ. Unus est Christus, nefas proinde sit ipsum in partes dividere, quia ad ipsum æque pertinent ignominiosa et gloriosa. Si naturis propria sua distincte attribuas, sequitur ipsum *Verbum* esse in excelsis, pulverem vero nostrum in terris, Ipsum cum Patre habitare in nube gloriosa, nos vero in inferis ubi a vermibus corrodimur. Natura Domini vivens erit, immensa et luminosa, nostra vero pulvis erit, et ex

ܠܐ ܟܫܪ ܠܗ ܐܦܠܐ ܒܝܠܕܐ ܘܠܐ ܬܪܒܝܬܐ:
ܕܪܡ ܗܘ ܟܝܢܗ ܡܢ ܬܘܣܦܬܐ ܐܢܫܝܬܐ.
ܗܒ ܠܟܝܢܐ ܕܝܠܝܬܗܘܢ ܗܟܢܐ ܐܡܪ:
ܘܦܪܘܫ ܘܐܘܕܥ ܕܒܪܗ ܕܐܢܫܐ ܐܦ ܐܠܗܐ ܗܘ.
ܣܟܘܪ ܡܒܘܥܐ ܕܚܘܝܐ ܡܪܝܪܬܐ ܣܦܪܐ ܣܟܠܐ:
ܕܡܪܝܪ ܠܒܝܐ ܘܡܠܐ ܡܪܪܐ ܕܡܢ ܬܢܝܢܐ.
ܐܪܦܐ ܪܕܝܐ ܡܒܘܥܐ ܪܒܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ:
ܕܡܝܐ ܚܝܐ ܢܒܥܝܢ ܡܢܗ ܒܥܠܡܐ ܚܕܬܐ.
ܚܕ ܗܘ ܡܫܝܚܐ ܘܠܐ ܡܬܦܠܓ ܒܡܢܘܬܐ:
ܕܕܝܠܗ ܐܢܝܢ ܐܦ ܨܥܪܬܐ ܘܡܫܒܚܬܐ.
ܐܢ ܠܟܝܢܐ ܕܝܠܗܘܢ ܬܬܠ ܦܪܝܫܐܝܬ:
ܗܐ ܗܘ ܒܪܘܡܐ ܘܗܐ ܥܦܪܢ ܠܬܚܬ ܕܝܒܫܐ.
ܗܘ ܥܡ ܐܒܐ ܒܥܢܢܐ ܕܫܘܒܚܐ ܫܪܐ ܘܚܢܢ:
ܘܠܢ ܒܫܝܘܠ ܐܝܟܐ ܕܬܘܠܥܐ ܡܬܐܟܠܝܢ.
ܟܝܢܗ ܕܡܪܢ ܚܝܐ ܗܘܐ ܘܪܒܐ ܘܢܗܝܪܐ ܠܗܘܐ:

pulvere cum sit, in pulverem revertetur. Ipsius erunt celsitudo et virtutes in regione sublimi, nostrum vero sepulchra subterranea in fœtida profunditate.

Proprietates naturarum hæ sunt : ipsius *Verbi* est vita, nostrum vero mors et ingens miseria; et si propria sua permanserunt etiam post adventum, quare ergo advenisset nisi sese revera naturæ nostræ admiscuisset? Similiter si nostra permansissent nostra sicuti erant, tunc neque possemus per ejus adventum vivificari. Si enim ipse propria sua non largitus est nobis, tunc non abstulit iniquitatem nostram, neque dolores nostros in sua persona portavit, sicut scriptum est. Manent proprietates naturarum? Vitam ergo Deo tribue et nobis mortem, lutumque nostrum dic corruptum esse suoque in pulvere conquie-

ܘܕܝܠܢ ܠܥܦܪܐ ܗܘ ܘܕܡܢ ܠܥܦܪܐ ܗܘ ܐܦ ܠܗ ܗܦܘܟ.
ܕܝܠܗ ܪܘܡܐ ܘܚܝܠܘܬܐ ܒܐܬܪܗ ܪܡܐ ܀
ܘܕܝܠܢ ܩܒܪܐ ܕܬܚܬ ܐܪܥܐ ܒܥܘܡܩܐ ܣܪܝܐ.
ܠܕܝ̈ܠܝܬܐ ܕܐܝܬ ܠܟܝ̈ܢܐ ܗܠܝܢ ܐܢܝܢ ܀
ܕܝܠܗ ܚܝܐ ܘܕܝܠܢ ܡܘܬܐ ܘܥܡܠܐ ܪܒܐ.
ܘܐܢܗܘ ܕܕܝܠܗ ܕܝܠܗ ܐܢܝܢ ܐܦ ܡܢ ܐܬܐ ܀
ܠܡܢܐ ܐܬܐ ܐܠ ܥܡܢܢ ܠܐ ܐܬܚܠܛ.
ܘܐܦ ܬܘܒ ܕܝܠܢ ܕܝܠܢ ܐܢܝܢ ܐܝܟ ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܀
ܐܦܠܐ ܚܝܝܢܢ ܡܢ ܡܐܬܝܬܗ ܕܬܡܐ ܦܓܪܢܐ.
ܐܢܗܘ ܕܕܝܠܗ ܠܗ ܡܟܬܪܝܢ ܠܐ ܝܗܒ ܠܘܬܢ ܀
ܐܦܠܐ ܟ̈ܐܒܐ ܫܩܠ ܒܦܪܨܘܦܗ ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ.
[ܡܟܬܪܝܢ[a] ܕܝ̈ܠܝܬܐ ܕܐܝܬ ܠܟܝ̈ܢܐ.
ܗܒ ܠܐܠܗܐ ܚܝܐ ܩܕܡܝܗ ܘܗܒ ܠܢ ܡܘܬܐ.

a) Ad vocem ܡܟܬܪܝܢ signum in codice conspicitur, cui in margine respondit aliud cum vocula ܕܝܢ, atramento alio ut mihi videtur conscripta. Hæc ad complendum metrum necessaria erat.

Digitized by Google

visse; Dei vero filium in excelsis gloriosum cum eo qui ipsum misit. Quod si res ita se habet, mendax ergo fuit verax ille qui dixit : *tradidit filium suum pro nobis*, quum eum non tradidisset. Quorsum igitur omnes typi et figuræ prophetarum, et ubinam tota fidei nostræ spes? »

Accommodat deinde Incarnationis mysterio mirabile illud Elisæi facinus, IV Reg. VI, 6, qui lignum in torrentem projecit, quo mergente elapsum e securi ferrum in altum attolleretur, et porro subdit (1) : « si ibi unicuique rei proprium suum tribuisset, superius hæsisset lignum, ferro relicto inferius, juxta propriam cujusque naturam.... Verum ob figuram Filii Dei, quæ ibi subministrabatur, mersum fuit levius, et gravius super aquas fluctuavit. Filius Dei ad mortuorum abyssum descendit, homo vero abjectus usque ad celsitudinem Patris evehitur.... Factus

ܘܐܪܥܐ ܠܫܡܝܢ ܐܘܒܠ ܘܩܠܝܠܐ ܠܐ ܕܢܚܘܬ܆
ܘܒܪ ܐܠܗܐ ܢܚܬ ܒܡܥܡܩܐ ܕܡܝ ܡܚܘܒܝܗ.
ܘܐܦ ܗܘܝܘ ܗܘ ܡܬܬܟܝܠ ܢܬܠܝܗܝ ܗܘ ܦܪܨܘܦܐ.
ܕܥܒܕ ܕܐܬܟܝܠ ܠܦܪܘܗ ܣܠܩܝܢ ܡܢ ܠܐ ܐܬܟܝܠ܆ ]
ܐܢܫܐ ܐܠܗ ܢܦܩܗܐ ܘܙܐܐ ܕܠܒܘܫܬܐ.
ܘܐܢܫܐ.... ܠܥܠܠܗ ܫܡܪܐ ܕܡܥܠܝܘܬܐ.

(1) Ibid. fol. 69 verso, col. 3ª et fol. 70 :

ܠܗ ܝܗܒ ܗܘܐ ܠܟܠ ܡܢ ܩܢܘܡܗܘܢ ܕܝܠܗ ܠܥܠܝ܆
ܠܥܠ ܗܘܐ ܩܝܣܐ ܘܡܠܟܐ ܦܪܙܠܐ ܒܬܚܬܝܬܗܘܢ....
ܘܡܛܠ ܐܪܙܐ ܕܒܪ ܐܠܗܐ ܕܡܬܬܫܡܫ ܗܘܐ܆
ܛܒܥ ܡܩܠܠܐ ܘܗܘ ܡܝܩܪܐ ܛܦܐ ܥܠ ܡ̈ܝܐ
ܒܪ ܐܠܗܐ ܠܬܗܘܡܐ ܕܡܝ̈ܬܐ ܡܬܡܟܟ ܗܘܐ܆
ܘܐܕܡ ܢܦܝܠܐ ܠܪܘܡܗ ܕܐܒܐ ܡܬܥܠܐ ܗܘܐ....
ܗܘܐ ܒܪܗ ܕܐܠܗܐ ܘܠܒܫ ܠܦܓܪܗ ܒܠܒܘܫܗ ܕܥܠܡܐ.
ܢܬܠ ܠܗ ܦܓܪܐ ܕܝܠܗ ܕܝܠܗ ܘܟܠ ܕܗܘ ܡܬܒܥܐ܆

Digitized by Google

est filius hominis, nosque effecit filios Dei. Accepit sibi mortem, quæ ad ipsum non pertinebat descenditque ad mortuos; nobis autem largitus est vitam, et traduxit nos ad regionem viventium. Christus moritur, quamvis sit natura sua morte superior, homo vero vivit quamquam reus mortis... Si autem servavisset proprietates naturarum, non descendisset ad regionem mortuorum quæ ad ipsum non pertinebat. Si servavisset homini propria sua sine mutatione, relictum fuisset ejus lutum et pulvis dipersus, *ipse vero* inveteratus in inferis. Verum assumpsit Filius Dei omnia nostra in suam personam, nobisque sua largitus est.... Itaque nequaquam homini servata sunt propria in dispensatione Filii, qui hanc sibi assumpsit ab homine, quique pro eo et propter eum (per eum?) mortuus est, ut fieret sicut lignum istud quod pro ferro mergitur, et illud quod demersum erat attraxit in altum ne periret.»

ܘܝܗܒ ܠܢ ܚ̈ܝܐ ܘܠܐܬܪܐ ܕܚ̈ܝܐ ܐܥܒܪܢ.
ܡܫܝܚܐ ܡܐܬ ܟܕ ܒܟܝܢܗ ܠܥܠ ܡܢ ܡܘܬܐ ܗܘ:
ܘܐܢܫ ܚ̊ܝܐ ܟܕ ܚܝܒܐ ܗܘ ܠܡܘܬܐ ܕܝܠܗ....
ܠܘ ܢܛܪ ܗܘܐ ܕܝܠܝܬܐ ܕܐܝܬ ܠܟܝ̈ܢܐ:
ܠܐ ܢܚܬ ܗܘܐ ܠܐܬܪܐ ܕܡܝ̈ܬܐ ܕܠܐ ܕܝܠܗ ܗܘܐ.
ܠܘ ܢܛܪ ܗܘܐ ܠܐܢܫ ܕܝܠܗ ܕܠܐ ܫܘܚܠܦܐ:
ܡܫܬܒܩ ܗܘܐ ܠܥܦܪܗ ܘܡܬܒܕܪ[a] ܡܪܘܗ ܘܒܠܐ ܒܫܝܘܠ.
ܢܣܒ ܒܦܪܨܘܦܗ ܟܠܗܝܢ ܕܝܠܢ ܒܪ ܐܠܗܐ:
ܘܝܗܒ ܠܢ ܕܝܠܗ ܕܒܗ ܢܬܝܐ ܒܡܘܗܒܬܐ ܕܡܢܗ....
ܘܠܐ ܐܬܢܛܪ ܠܐܢܫ ܕܝܠܗ ܒܡܕܒܪܢܘܬܗ ܕܒܪܐ:
ܕܢܣܒܗ ܡܢܗ ܘܚܠܦܘܗܝ ܡܝܬ ܡܛܠܬܗ.
ܕܐܝܟ ܗܘ ܩܝܣܐ ܕܚܠܦ ܦܪܙܠܐ ܗ̇ܘ ܛܒܥ ܗܘܐ:
ܕܠܛܒܝܥܐ ܢܣܩ̈ ܠܪܘܡܐ ܕܠܐ ܢܐܒܕ ܗܘܐ.

a) In hac voce dubius hæreo de scriptione litt. ܒ et ܦ in cod.

2° Haud absimilia sunt quæ leguntur in *epistola ad Samuelem abbatem* (1) : « (Nestorius) verbis suis duos statuit (in Christo), unum e Patre, e Virgine alterum; alterum visibilem, invisibilem alterum; hunc cruci affixum, illum qui cruci non accessit. Omni modo nititur idolum introducere et cum unigenito Patris constituere. Verum quum ab orthodoxorum fide rejectus et confusus esset aliud ausus est statuere, nimirum duas naturas expresse et distincte in Christo, etiam post unionem numerandas esse, et unicuique naturæ suam inesse personam quæ distincte per se subsistat. Alii vero ejusdem cum ipso opinionis pravam hanc doctrinam callide stabilire et artificiose obtrudere volentes, affirmant servari oportere uniuscujusque naturæ proprietates, confluentibus hisce naturis in unum *προσωπον*. Hoc autem, servari nempe naturis suas proprietates, unicuique ex ipsis quod ad eas pertinet ita sonat : quod natura Dei est invisibilis, non conci-

(1) Cod. 135, fol. 96 verso : ܦܪܫ ܒܡܠܘ̈ܗܝ ܬܪ̈ܝܢ. ܚܕ ܡܢ ܐܒܐ ܘܚܕ ܡܢ ܒܬܘܠܬܐ. ܚܕ ܡܬܚܙܝܢܐ ܘܚܕ ܠܐ ܡܬܚܙܝܢܐ. ܚܕ ܕܐܙܕܩܦ. ܘܐܚܪܢܐ ܕܠܐ ܩܪܒ ܠܙܩܝܦܐ. ܘܒܟܠ ܦܘܪ̈ܣܝܢ: ܡܫܬܪܐ ܦܬܟܪܐ ܕܢܥܠ ܠܓܘ ܥܡ ܝܚܝܕܝܗ ܕܐܒܐ. [ ܐܠܐ ܕܡܣܠܝܘܬܗ ܘܐܬܒܗܬܗ ܗܝܡܢܘܬ ܕܬܪ̈ܝܨܐ. ܡܬܡܪܚ ܬܘܒ ܕܢܐܡܪ. ܕܦܪܝܫܐܝܬ ܘܡܬܦܪܫܢܐܝܬ: ܬܪ̈ܬܝܢ ܟܝ̈ܢܝܢ ܡܬܡܢܝܢ ܒܗ ܒܡܫܝܚܐ ܐܦ ܡܢ ܒܬܪ ܚܕܝܘܬܐ. ܘܠܟܠܚܕ ܡܢ ܟܝ̈ܢܐ: ܦܪܨܘܦܐ ܐܝܬ ܠܗ. ܘܡܬܦܪܫܐܝܬ ܩܐܡ ܒܩܢܘܡܗ. ܐܚܪ̈ܢܐ ܕܝܢ ܚ̈ܒܪܘܗܝ ܕܚܫܒܬܗ: ܕܠܡܫܪܪܘ ܠܡܠܦܢܘܬܗܘܢ ܒܝܫܬܐ ܢܟܝܠܐ ܒܢܟܠܐ. ܢܚܘܢ ܕܢܬܪܘܣܘܢ ܣܘܢܗܕܪܐ ܡܢ ܐܦܟܪܝܢ. ܕܐܡܪܝܢ ܕܢܬܢܛܪ̈ܢ ܕܝܠܝ̈ܬܐ ܕܟܝ̈ܢܐ: ܟܕ ܡܬܚܒܪܝܢ ܠܚܕ ܦܪܨܘܦܐ. ܗܢ ܕܝܢ ܕܢܬܢܛܪ̈ܢ ܕܝܠܝ̈ܬܐ ܕܟܝ̈ܢܐ: ܠܟܠܚܕ ܡܢ ܟܝ̈ܢܘܗܝ ܕܝܠܗ ܗܘܐ ܗܢ ܕܟܝܢܐ ܕܐܠܗܐ ܠܐ ܡܬܚܙܝܢܐ. ܘܠܐ ܡܬܬܚܡ ܒܦܓܪܐ. ܘܠܐ ܥܒܪܐ ܒܐܬܪܐ. ܘܠܐ ܡܬܐܚܕ ܐܦ ܒܪܥܝܢܐ. ܘܠܐ ܡܬܚܒܫ ܒܡܕܪ̈ܫܐ. ܘܠܐ ܚܫܐ ܘܡܬܡܚܐ ܠܘ ܡܬܬܩܢܐ.

pitur in utero, non habitat in muliere, non gignitur ut homo, non involvitur pannis, non adolescit, non per ætatum spatia deducitur, non sugit lac, non baptismo tingitur, non cruci affigitur, non descendit ad mortuos; sed abscondita et remota ab omni dispensationis genere, quam Christus incomprehensibiliter implevit. Rursus si servandæ sunt humanæ naturæ proprietates non concipitur hæc sine conjugali opere, non magos exortu stellæ ad sui cultum cum muneribus adducit, non aquam in vinum convertit, non ambulat super fluctus maris, non fœtentem defunctum a morte ad vitam revocat; sed Deo expresse assignari oporteret quæ Dei sunt, et homini quæ hominis. Atque adeo ex hac perversa doctrina palam sequeretur, unum esse Deum dispensationis in carne omnino expertem, et unum hominem ex filia hominis natum, qui virtutum et prodigiorum ab unigenito Dei in

ܘܠܐ ܠܒܫ ܥܛܦܐ. ܘܠܐ ܪܒܐ ܘܠܐ ܡܬܕܪܓ ܒܟܠܗܘܢ ܫܢܝܐ. ܘܠܐ ܝܢܩ ܚܠܒܐ. ܘܠܐ
ܥܐܠ ܠܥܡܕ ܩܢܘܡܐ. ܐܠܐ ܟܣܝܐ ܘܦܪܝܫܐ ܡܢ ܟܠܗ ܡܕܒܪܢܘܬܐ ܕܗܝ
ܕܟܠܗ ܡܢ ܡܫܝܚܐ ܕܠܐ ܡܬܕܪܟܢܐܝܬ[a] ܡܫܡܠܝܐ. ܐܦ ܕܝܢ ܢܛܪ
ܡܕܠܝܬܐ ܕܟܝܢܐ ܐܢܫܝܐ ܕܝܠܗ: ܠܐ ܡܬܒܛܢܐ ܕܠܐ ܙܘܘܓܐ. ܘܠܐ ܡܕܢܚܐ
ܡܓܘܫܐ ܒܟܘ ܡܕܢܚܗܘܢ ܕܟܘܟܒܐ ܠܣܓܕܬܗ. ܘܠܐ ܡܗܦܟܐ
ܡܝܐ ܠܚܡܪܐ. ܘܠܐ ܡܗܠܟ ܥܠ ܓ̈ܠܠܐ ܕܝܡܐ. ܘܠܐ ܡܢܐ ܠܡܝܬܐ ܡܢ
ܩܒܪܐ ܕܣܪܝ. ܘܡܩܝܡ ܠܗ ܡܢ ܡ̈ܝܬܐ[b] ܠܚܝܐ. ܐܠܐ ܡܬܝܗܒܢ ܡܕܠܝܬܐ
ܐܠܗܝܬܐ ܕܝܠܗ: ܘܒܪܢܫܝܬܐ ܕܝܠܗ. ܘܡܬܚܙܝܐ ܡܢ ܗܕܐ ܡܠܬܐ ܣܩܘܒܠܬܐ
ܗܟܝܠ: ܚܕ ܐܠܗܐ [ܕܠܐ ܦܪܝܫ ܠܡܕܒܪܢܘܬܐ ܕܒܣܪ.
ܘܚܕ ܒܪܢܫܐ ܕܡܢ ܒܪܬ ܐܢܫܐ: ܕܠܐ ܡܫܡܫܢܐ ܠܚܝ̈ܠܐ[c] ܘܠܬܕܡܪ̈ܬܐ:
ܡܢ ܝܚܝܕܝܐ ܕܐܠܗܐ ܒܟܠܡܕܡ.] ܕܝܢ ܗܘܐ ܐܘ ܬܘܪܐ ܕܢܦܫܗ. ܕܗܘܐ

a) Legit Assemanus B. O. I, 297 ܡܬܕܪ̈ܟܢܘܬܐ

b) Assemanus scripsit ܡ̈ܝܬܐ

c) Assemanus habet ܠܚ̈ܝܠܘܬܐ

mundo patratorum haudquaquam particeps esset. Porro scias, o auditor orthodoxe, hanc sententiam fuisse ex luto idololatriæ ab hæresi extractam. Quippe unus est unigenitus Dei; hic vero doctor perversus blasphemias inculcat suis discipulis, dum cum uno Unigenito hominem alium inducit et numerat in sua doctrina. Dum vult proponere fidem Trinitatis, reapse docet quaternitatem pro Trinitate. »

Antequam directe difficultates enodandas suscipiam, animadvertendum est utrobique in hisce textibus hæresim nestorianam impugnari, juxta quam Incarnatio non est naturalis et hypostatica Verbi unio cum humanitate, sed mera Verbi inhabitatio in homine, id est in humana natura per se subsistente. Hæc habitatio non eodem modo fingebatur ab omnibus, eamque passim ita explicabant, ut unam in Christo personam admittere viderentur, a qua tamen professione, si eorum doctrina intimius inspiciatur, exstabant alienissimi, uti patet ex canone quarto synodi œcumenicæ quintæ (1). — Nestorius

ܐܪܬܕܘܟܣܐ ܡܢ ܐܚܝ̈ ܕܫܪܪܘܬܐ ܐܘܪܚܐ ܗܕܐ ܡܥܠܝܬܐ. ܡܛܠ ܕܡܫܝܚܐ
ܕܐܠܗܐ ܚܕ ܗܘ. ܘܗܢܐ ܫܪܝܪܐ ܘܫܒܝܚܐ ܡܟܝܠ ܡܫܘܕܥ ܠܟܠܗܘܢ ܡܫܝܚܝ̈ܐ:
ܟܠ ܚܕ ܡܢܗܘܢ: ܐܝܟ ܐܢܫ ܕܩܒܠ ܟܣܦܐ ܒܡܫܝܚܘܬܗ. ܗܘ ܓܝܪ
ܕܢܘܗܪܐ ܐܘܪܚܐ ܕܬܠܝܬܝܘܬܐ: ܘܡܠܟܘܬܗ ܕܡܫܝܚܘܬܐ ܡܠܬܐ
ܐܠܗܝܘܬܐ.

(1) Cfr. Labbe et Cossart, *Conc.* tom. V, pag. 569 : εἴ τις λέγει κατὰ χάριν, ἢ κατ' ἐνέργειαν, ἢ κατ' ἰσοτιμίαν, ἢ κατ' αὐθεντίαν, ἢ ἀναφορὰν, ἢ σχέσιν ἢ δύναμιν, τὴν ἕνωσιν τοῦ Θεοῦ λόγου πρὸς ἄνθρωπον γεγεννῆσθαι· ἢ κατ' εὐδοκίαν, ὡς ἀρεσθέντος τοῦ Θεοῦ λόγου, τοῦ ἀνθρώπου. ὑπὸ τοῦ εὖ, καὶ καλῶς δόξαι αὐτῷ περὶ αὐτοῦ, καθὼς Θεόδωρος μαινόμενος λέγει· ἢ καθ' ὁμωνυμίαν, καθ' ἣν οἱ Νεστοριανοὶ τὸν Θεὸν λόγον, Ἰησοῦν,

Digitized by Google

itaque, cui Theodorus Mopsuestenus et Diodorus Tarsensis præiverant, revera duos filios et duas Christi personas prædicabat; interdum tamen ejus discipuli, ut fucum facerent, personam unam, *ἓν πρόσωπον*, unumque Filium asserebant, *unum* unitate morali, nequaquam vera et naturali; atque idipsum est quod supra (pag. 100) in *epistola ad Samuelem* auctor callidioribus Nestorii discipulis attribuit, ubi eos refellendo eamdem vocem ܦܪܨܘܦܐ *πρόσωπον* adhibet, qua istos subdole abusos fuisse historice constat.

Age vero, si is Jacobi scopus ob oculos habeatur, non video quid tantopere in locis modo recitatis offendere queat.

Difficultas quæ reperitur in iis quæ de naturarum proprietatibus scribit Sarugensis, solvere sibi visus est Jos. Sim. Assemanus (1), dicendo ab eo « non proprietates « intelligi quæ ad rerum substantiam spectant, quales « sunt in homine proprietates naturales animæ et cor- « poris; sed eas dumtaxat designari quæ accidentales « sunt et extrinsecæ. »

Nolim hujusmodi solutionem in se spectatam falsitatis arguere; non videtur tamen auctor doctissimus rem acu tetigisse, mihique præplacet alia explicationis via. In primis, ultro quidem fateor proprietates *accidentales* naturæ

*καὶ Χριστὸν καλοῦντες, καὶ τὸν ἄνθρωπον κεχωρισμένως Χριστὸν καὶ υἱὸν ὀνομάζοντες, καὶ δύο πρόσωπα προφανῶς λέγοντες, κατὰ μόνην τὴν προσηγορίαν, καὶ τιμὴν, καὶ ἀξίαν, καὶ προσκύνησιν, καὶ ἓν πρόσωπον, καὶ ἕνα Χριστὸν ὑποκρίνονται λέγειν· Ἀλλ' οὐχ ὁμολογεῖ, τὴν ἕνωσιν τοῦ Θεοῦ λόγου πρὸς σάρκα ἐμψυχωμένην ψυχῇ λογικῇ, καὶ νοερᾷ, κατὰ σύνθεσιν, ἤγουν καθ' ὑπόστασιν γεγενῆσθαι, καθὼς οἱ ἅγιοι πατέρες ἐδίδαξαν· καὶ διὰ τοῦτο μίαν αὐτοῦ τὴν ὑπόστασιν, ὅ ἐστιν ὁ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, εἷς τῆς ἁγίας τριάδος· ὁ τοιοῦτος ἀνάθεμα ἔστω.*

(1) B. O. I, 297.

Digitized by Google

humanæ hujusque defectus non posse de Christo omnes prædicari; quamvis enim de Christo affirmari possint naturæ humanæ proprietates, id sane intelligendum est de proprietatibus naturæ humanæ essentialibus, quas Verbum assumpsit, minime vero de defectibus aliisque accidentalibus proprietatibus quæ in ea deprehenduntur, sed ad Verbum divinum haud pertinent (1).

Regula ergo statuenda est quæ docet non posse de Christo ea prædicari quæ ipsi neque ratione naturæ divinæ, neque ratione naturæ humanæ conveniunt. Ita, exempli gratia, de Christo affirmari non poterit eum fuisse ignorantiæ, concupiscentiæ, peccato obnoxium; quæ tamen omnia pertinent ad accidentales humanæ naturæ proprietatis, hominique in præsenti ejus statu inhærent : hoc itaque sensu, si res ut in se est spectetur, verissimum est proprietates eas accidentales in Christi natura humana non fuisse servatas, easque ipsi injuria affingi. Verum enimvero, aliud prorsus est aliquid e rei veritate posse affirmari, aliud vero illud fuisse ab auctore quopiam assertum; quare existimaverim doctissimum Assemanum Jacobi mentem non fuisse penitus assecutum. Ut enim taceam hunc non solum *de natura*, sed *de naturis* Christi Domini sermonem instituere, adeoque, quia et de divinitate agitur, accidentales proprietates ne cogitasse quidem, manifestum plane est totam quam instituit argumentationem et ipsam proprietatum enumerationem ad rerum substantiam et dotes naturales omnino pertinere. Negat quippe servari posse naturarum proprietates quia, si servarentur, *Christus divideretur*, et « si naturis propria sua distincte tribuantur, sequeretur ipsum cum Patre habitare in nube gloriosa, nos vero (sive nostram naturam quam assumpsit) in pulvere sepulchri conquies-

(1) Cfr. S. Thomas, *summa theol.* p. III, qu. 14, art. 4, et qu. 15.

Digitized by Google

cere.» Ad naturam divinam pertinere dicit, ut sit *invisibilis*, *vivens*, *immensa*, *gloriosa miraculis*, *in cœlis sedens* etc.; ad nostram vero, ab ipso assumptam, ut *mortalis* sit, *corrumpenda ejus caro in sepulchro*, *ut nascatur*, *crescat*, cæteraque id generis patiatur. Quæ sane omnia non accidentalia dici possint, ne tunc quidem si de sola humana natura quæstio foret; nam hæc *naturaliter*, non modo accidentaliter morti obnoxia est, aut saltem nascitur et incrementa accipit. Neque ideo auctor, utut naturales naturarum proprietates intelligens, confundit utramque Christi naturam, aut quidquam profert quod monophysiticæ hæresi vel minimum faveat. Nam in eo totus est ut quam recentiores *communicationem idiomatum* vocant, de Christo prædicandam esse asserat *in concreto;* quo sensu de natura divina prout in Verbo subsistit, humanæ naturæ propria sunt affirmanda, atque huic quatenus verbo hypostatice unitur ea vicissim conveniunt, quæ alioquin abstracte considerata solius divinitatis propria sunt. Nullibi vero asserit Jacobus divinitati in se et præcisive spectatæ dotes humanitatis esse tribuendas, vel humanitati, independenter ab intima ejus cum persona Verbi conjunctione, posse divina adscribi. Repellit itaque *communicationem idiomatum in abstracto;* quod ut clarius pateat, paulo uberius est evolvendum.

Liquet nempe expressis ipsius verbis et tota orationis serie, eum contra Nestorianos in aciem procedere, qui cum unionem intimam, substantivam et hypostaticam duarum naturarum inficiarentur, Christum in duas veluti partes discerpebant, quarum una, natura videlicet humana, per sese subsistens non nisi *morali vinculo* cum Verbo conjungatur : quo posito sequitur, quod auctor adversariis suis exprobrat, ita naturas in Christo permanere divisas, ut « Filius Dei nobis non sit sua largitus, « neque dolores nostros in sua persona portaverit. » Quo

Digitized by Google

pacto, ut ait S. Thomas (1), evertitur fides incarnationis, tollitur ipsum fundamentum christianæ religionis.

Jam vero *propria* et *proprietates naturarum*, quas nominat Jacobus, eas intelligit quæ ad naturæ rationalis ultimum complementum aut directe spectant, aut propter istud ad illam referuntur. Merito proinde et catholice asserit proprietates in Christo non ita esse separandas et cuique naturæ vindicandas, ut quæ ad unam pertinent, ei absque ulla communicatione substantiali cum alterius subsistentia tribuantur; hæc enim subsistentia, cum sit ipsa Verbi divini persona, quæ utramque naturam regit et complet, utriusque etiam proprietates sibi vindicat et vere efficit esse suas; quatenus autem eadem persona divina utriusque naturæ, divinæ scilicet et humanæ, proprietates complectitur, eatenus verum est naturam alteram alterius proprietates, mediante persona, participare, suasque non sibi servare exclusive, sed alterius in eodem supposito subsistentis communes efficere, quamquam ambæ integræ, inconfusæ inseparabiliter existunt. « Agit enim utraque forma cum alterius communione quod proprium est (*epist. S. Leonis ad Flavianum*). »

Ceterum non est simpliciter et absolute dicendum proprietates naturarum in Christo non permansisse; neque ita loquitur Sarugensis, cum potius intendat et adsignificet eas non *ita* permansisse ut volebant Nestoriani, proprias nimirum unius naturæ sine ulla, etiam personali, communione cum altera; verbo, adstruitur ab ipso mutua *communicatio proprietatum* (ἀντίδοσις τῶν ἰδιόματων) *in concreto*, minime vero *in abstracto;* refellitur Nestorii blasphema assertio, non admittitur monophysitica hæresis. Imo *communicationem idiomatum*, quam vocant *in abstracto*,

(1) *Summa contra gentes*, lib. IV, cap. 34; editio Lutetiæ Paris., apud Giraud, tom. II, p. 415.

Digitized by Google

rejicit expresse in eadem *epistola ad Samuelem*, ubi negat ætatis incrementum divinitati Domini ullatenus posse applicari (1) : « quia autem Filius Dei venit in carne, inquit, et apparuit in carne, atque similitudine et habitu inventus est ut homo, necesse fuit eum prædicari ut hominem in sacris Scripturis, quo manifesto pateret ratio ipsius incarnationis (litt. in textu *via* τῆς οἰκονομίας *ejus in carne*), eum *videlicet* non improprie et metaphorice hominem esse factum, sed *potius* ex rei veritate nobis in omnibus esse assimilatum, excepto peccato. Testantur scripturæ Verbum quod factum est caro in veritate fuisse filium hominis, quamquam remansit Deus in immutabilitate naturæ suæ; idem porro est, unus Unigenitus incomprehensibilis, ille qui prædicatur in Scripturis divinitus (*secundum divinam suam naturam*), quia est Deus ex Deo, et humanitus (*secundum naturam humanam*) quia vere factus est filius hominis, quin mutaretur ab eo quod erat, *nempe Deus.* Quando ergo audis Scripturam dicentem Jesum fuisse natum annos triginta cum venit ad Johannem ut baptizaretur, intelligas principium viæ dispensationis suæ in carne

(1) Cod. 135, fol. 98, 2a col. : ܡܛܠ ܕܝܢ ܕܐܬܐ ܒܒܣܪ ܘܐܬܚܙܝ ܒܒܣܪ܆ ܘܒܕܡܘܬܐ ܘܒܐܣܟܡܐ ܐܫܬܟܚ ܐܝܟ ܒܪܢܫܐ܆ ܐܠܨ ܕܢܬܟܪܙ ܐܝܟ ܒܪܢܫܐ ܒܟܬܒܐ ܩܕܝܫܐ܆ ܕܬܬܚܙܐ ܓܠܝܐܝܬ ܐܘܪܚܐ ܕܡܕܒܪܢܘܬܗ ܕܒܒܣܪ܆ ܕܠܐ ܡܬܐܠܠܐܝܬ ܗܘܐ ܒܪܢܫܐ. ܐܠܐ ܒܫܪܪܐ ܐܬܕܡܝ ܠܢ ܒܟܠܡܕܡ ܣܛܪ ܡܢ ܚܛܝܬܐ. ܡܣܗܕܝܢ ܟܬܒܐ ܠܡܠܬܐ ܕܗܘܐ ܒܣܪܐ܆ ܕܒܫܪܪܐ ܗܘܐ ܒܪܗ ܕܐܢܫܐ. ܟܕ ܩܘܝ ܐܠܗܐ ܒܠܐ ܡܫܬܚܠܦܢܘܬܐ[a] ܕܟܝܢܗ܆ ܘܗܘ ܕܝܢ ܗܘ ܐܝܬܘܗܝ ܚܕ ܝܚܝܕܝܐ ܠܐ ܡܬܕܪܟܢܐ. ܗܘ ܕܐܬܟܪܙ ܒܟܬܒܐ ܐܠܗܐܝܬ܆ ܡܛܠ ܕܐܠܗܐ ܗܘ ܕܡܢ ܐܠܗܐ. ܘܐܢܫܐܝܬ܆ ܡܛܠ ܕܗܘܐ ܒܫܪܪܐ ܒܪܗ ܕܐܢܫܐ܆ ܟܕ ܠܐ ܐܫܬܚܠܦ

a) Vocem ܡܫܬܚܠܦܢܘܬܐ in lexicis non vidi.

Digitized by Google

id esse quod includit (Scriptura) sub numero, nequaquam vero ipsius personæ constituit initium, ita ut hæc subjiciatur numero annorum. » Itaque persona Christi ætati quidem subjacet, quantum ad *dispensationem*, sive providam illam Dei *οἰκονομίαν*, qua per Incarnationem hominum saluti consulere voluit, h. e. *quantum ad naturam ejus humanam;* non ita vero si consideretur *in seipsa*, sive in æterna sua ac divina natura.

Nibil denique moramur sermonem qui cod. 117, fol. 139, legitur, hoc titulo præfixo : « sermo sancti mar Jacobi « adversus impiam synodum chalcedonensem, qui con- « grue legi potest in commemoratione sancti mar Severi « ecclesiæ columnæ, qui contra duarum naturarum asser- « tores multum decertavit (1). » Nam neque *Sarugensis* nomen hic habetur, neque si haberetur authenticus posset haberi, ut ex stylo et sermonis quibusdam partibus quæ recentiorem produnt ætatem aperte probatur (2). — Atque his absolutis, exponendæ supersunt sententiæ in duobis sequentibus carminibus a Jacobo propositæ.

ܡܢ ܗܘ ܕܐܝܬܘܗܝ ܠܗܘܐ. ܡܢܐ ܕܝܢ ܕܡܫܬܟܚ ܐܠܐ ܠܗ ܠܡܬܚܡܘ
ܕܐܡܪ: ܕܗܘܐ ܚܝܠܐ ܡܢ ܩܕܡ ܥܠܡܝܢ: ܘܐܬܐ ܠܗܠ ܥܠܡ ܡܫܠܡ
ܠܡܬܚܡܘܬܐ: ܗܘܝܠ ܡܬܚܡܐ: ܕܒܪܢܫܐ ܗܘ ܕܐܬܝܠܕ ܕܡܬܩܪܒܢܘܬܗ
ܕܒܫܢܝ ܡܬܚܡ ܠܚܝܠ ܡܠܟܘܬܐ. ܘܠܐ ܠܡܬܚܡܘܬܗ ܠܫܢܝ ܥܘܡܪܐ. ܕܠܐܝܢ
ܠܚܝܠ ܡܠܟܘܬܐ ܕܫܢܝܐ ◊

(1) ܡܐܡܪܐ ܕܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܥܠ ܣܘܢܗܘܕܘܣ ܛܢܦܬܐ ܕܟܠܩܐܕܘܢܝܐ.
ܕܫܘܐ ܕܢܬܩܪܐ ܒܕܘܟܪܢܐ ܕܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܣܘܝܪܘܣ ܗܘ ܥܡܘܕܐ ܕܥܕܬܐ
ܕܣܓܝ ܐܬܟܬܫ ܗܘܐ ܠܘܩܒܠܗܘܢ ܕܐܡܪܝܢ ܬܪܝܢ ܟܝܢܐ ◊

(2) B. O. I, 296.

## ARTICULUS V.

### S. JACOBI DOCTRINA DE BEATA VIRGINE.

Exstant in codicibus Vaticanis quinque carmina, quorum tituli argumenta præferunt spectantia ad beatissimam Virginem, quæque indicavi superius, pag. 107. Tria posteriora integra descripsi, quorum nunc duo versione latina donata publici juris efficio. Tertium autem, ex quo in articulo præcedente nonnulla excerpta fuere (1), in vindicando Incarnationis mysterio adversus curiosiores rerum divinarum scrutatores maximam partem fere occupatur; nihil vero præbet de beata Virgine quod in duobus aliis non exhibeatur distinctius.

Quæ autem ibi capita docentur a Jacobo, ea non jejuno ratiocinio, sed dictionis elegantia non mediocri et fulgentium imaginum amplitudine vestita proponuntur, neque ideo deest uberrimus doctrinæ theologicæ fons. Etenim omnia fere quæ de augustissima Dei matre catholici Patres continua traditionis catena asseruerunt, hic replicata occurrunt. Maria quippe celebratur encomiis prope infinitis, quod evaserit mater Dei, quod virgo perpetuo manserit, atque mira et prorsus singulari sanctitate et munditie resplenduerit ab initio quin ulla unquam ipsam macula contaminaverit. Ceterum, nullo discursu opus est ut ex his Jacobi poeticis sermonibus eruatur, quam sublimis fuerit apud sæculi V Christianos conceptus et sententia de Mariæ dignitate et merito; id enim ex ipsis verbis luce meridiana clarius apparet, neque minori evidentia inde patet Ecclesiam romano-catholicam venerandæ antiquitatis vestigiis protinus insistere, ubi beatissimæ Virgini cultum, honorem, titulosque dignitatis præstan-

(1) Supra, pagg. 169, 171-176. Item pag. 123.

Digitized by Google

tissimos attribuit; injuria proinde illam ex hac parte vellicare nituntur quicunque ejus usum hodiernum veterum doctrinæ haud fundari non verentur asserere, cum potius ipsi a traditionis norma abscesserint, quantumvis eam retinere et sequi sibi adblandiantur. Quæ cum ita sint, ne in re tam perspicua sermone abutar inutili, documentorum quæ protuli commentarium minime adjungam; ast duo solummodo puncta aliqua explanatione augebo, unum circa immaculatam Deiparæ conceptionem, alterum quod ad ea loca spectat in quibus auctor admittere videatur Mariam in partu suo dolores fuisse perpessam.

### § 1. S. JACOBI DOCTRINA DE ORIGINALI MUNDITIE B. M. V.

Supremo et infallibili Ecclesiæ oraculo definitum est : « doctrinam quæ tenet, beatissimam virginem Mariam « in primo instanti suæ conceptionis fuisse singulari « omnipotentis Dei gratia et privilegio, intuitu meritorum « Christi Jesu salvatoris humani generis, ab omni origi« nalis culpæ labe præservatam immunem, esse a Deo « revelatam, atque idcirco ab omnibus fidelibus firmiter « constanterque credendam. » Quam doctrinam fuisse perpetua traditione ab ævo apostolico ad nostra tempora transmissam erudite et copiose probarunt theologi plures, inter quos laudari merentur in primis Ill. Malou, episcopus brugensis, et Car. Passaglia. Apud Syros præcipue, forsitan magis dilucida et frequens quam in aliis ecclesiis, occurrit perfectæ ἀναμαρτησίας et integræ puritatis Dei genetricis assertio; neque vero alia fuit Jacobi sententia, qui ideo tum ab auctoribus modo citatis (1), tum etiam a

(1) Videsis Car. Passaglia : *de immaculato Deiparæ semper virginis conceptu commentarius*, p. 1048, Neapoli, 1855; et *l'immaculée conception de la bienheureuse vierge Marie, considérée comme dogme de foi*, par Mgr J. B. Malou, évêque de Bruges. Bruxelles, apud Goemare, 1857, tome second, pp. 21 et 22.

Digitized by Google

Gust. Bickell (1) optimo jure catholici dogmatis testis appellatur. Ante quam ea quæ in priore carmine in hanc rem notatu digna veniunt expendamus, juvat duo alia Sarugensis testimonia ex *officio Syrorum* in medium proferre : « oramus te, o margarita immaculata, ut intercedas pro nobis apud fructum illum qui ortus est ex te (2)! » Et infra (3) « adesto in pace, o formosa inter mulieres et plena decore! Pax tecum, o velum super creaturas expansum! Adesto in pace, o justitia nunquam læsa; pax tecum, o *nova* Heva quæ peperisti Emmanuelem. »

Jam vero nemo non videt hisce verbis integram et perpetuam animæ sanctitatem significari. Quid enim? Si Maria *margarita est nulla unquam macula obfuscata*, si *est cunctis mulieribus* interna pulchritudine *formosior*, ita ut *illæsa perpetuo exstiterit ejus justitia*, consequens plane, seu potius ex ipsis terminis evidens est, ipsam ab universali lege, qua omnes Adami posteri peccato naturæ nascuntur obnoxii, fuisse singulari Dei privilegio præservatam immunem.

Ad hæc nonnulla perlustremus ex priori carmine mox

(1) *S. Ephræmi Syri carmina nisibena* p. 30.

(2) In *officio feriali juxta ritum ecclesiæ Syrorum*, Romæ 1853, typis S. C. de prop. fide, pagg. 227 seq. :

ܡܦܝܣܝܢܢ ܠܟܝ ܡܪܓܢܝܬܐ ܕܠܝܬ ܒܗ ܡܘܡܐ

ܕܬܒܥܝܢ ܚܠܦܝܢ ܡܢ ܗܘ ܦܐܪܐ ܕܕܢܚ ܡܢܟܝ ܀

(3) Ibid. pagg. 292 seq. :

ܬܝ ܒܫܠܡܐ ܗܕܝܪܬܐ ܒܢܫ̈ܐ ܘܡܠܝܐ ܫܘܦܪܐ.

ܫܠܡܐ ܠܟܝ ܘܠܐ [a] ܕܦܪܝܣ ܥܠ ܒܪ̈ܝܬܐ.

ܬܝ ܒܫܠܡܐ ܙܕܝܩܘܬܐ ܕܠܐ ܐܬܚܒܠܬ.

ܫܠܡܐ ܠܟܝ ܚܘܐ ܕܝܠܕܬ ܠܥܡܢܘܐܝܠ ܀

a) ܘܠܐ in lexicis desideratur. Erit procul dubio ipsum latinum : *velum*.

Digitized by Google

proferendo : eadem ibi mens, idem perfectissimæ sanctitatis typus et idea de beatissima Virgine ubique delineatur.

1° Tam præstans prædicatur Mariæ dignitas et excellentia, *ut ejus elogium humanam facultatem plane transcendat* (v. 26). *Cœlum alterum* (v. 33) est, *palatium magnificum sibi a summo rege in habitaculum exstructum* (v. 53), *virgo plena omni pulchritudine sanctitatis* (v. 37), omnes sanctorum ordines longe excedens et prærogativis divinis prorsus singularis (vv. 67 seqq.) et incomprehensibilis. Nam ipsa *cæteris mulieribus pulchrior fuit* (v. 168) *ideoque a Deo electa* ut fieret mater Verbi divini; *si fuisset in Mariæ anima ulla macula aut defectus, aliam utique eamque immaculatam matrem elegisset sibi Dominus* (vv. 193-194). Comparatione instituta cum cæteris mortalibus, erat ipsa *sola mansueta, pura, simplex et sine macula* (v. 129); sicut *in corpore ejus virginitas*, ita *in anima ejus sanctimonia perpetuo exstitit* (v. 150), adeoque ab initio; verbo, tanta floruit sanctitate quantam patitur naturæ humanæ capacitas (v. 199). — Quæ dum attente considerantur, ejus vis et sententiæ apparent omnia ac singula, ut sanctitatem aliorum sanctorum penitus exsuperent et originalis prævaricationis consortium excludant omnino, quamvis non directe et ex professo.

2° Sane in idem evidenter conspirat, quam beatissimæ Dei genitrici in abolendo protoparentum peccato et redimendo humano genere auctor attribuit, cum Filio suo participatio : nempe Mariæ, quatenus Deum genuit, hominum salvatorem, in ipso salvationis opere officium obtigit mediatricis, longe quidem excellentius eo quod aliis sanctis competere intelligitur; ideo ipsa proclamatur *benedictissima mulierum in qua terræ maledictio exstirpata est et per quam sententia damnationis soluta fuit* (vv. 35, 36); quapropter conveniens haud fuit ut ipsa vel unico instante maledictioni fuerit subjecta. *Debita patris sui*

Digitized by Google

*Adami exsolvit* (v. 276), *chirographum ab Heva matre sua subscriptum laceravit* (1), atque *parentibus suis* innocentia *ignominiose nudatis stolam gloriæ texuit, eosque erexit a lapsu* (vv. 46-50); ipsa igitur *libera exstabat a maledictione et doloribus Hevæ* (v. 376), *Heva ipsa altera salutem paritura inter mortales* (v. 45).

3° Accedit aliud et firmius argumentum, quo Syrorum doctoris mens apprime declaratur, in eo situm quod Mariam asserat *ab ipsa sua infantia in rectitudine sine labe perstitisse* (v. 147), nulloque actualis peccati nævo infectam omnigenarum virtutum ornamento plenissime indutam; cui argumento valor præcipue accedit ex motivo, quare ipse adjungit ita fieri debuisse : *ideo*, ait, *Mariæ virtus maxime celebranda est quod effecta sit mater Dei* (v. 188). Jam vero, si sublimis ea dignitas, quæ in divina maternitate consistit, vel levissimam peccati venialis maculam ex Jacobi sententia penitus excludit, perspicuum sane est id a fortiori esse affirmandum de culpa originali, qua Dei inimici et satanæ mancipia constituuntur homines. *Quam ob rem*, ut in eodem carmine dicitur, *Filius Dei sanctissimam illam, illustrem ac puritate nitentem, per Spiritum amplius sanctificavit, eamque puram effecit, mundam et benedictam, sicut erat ipsa Heva antequam eam serpens esset allocutus* (vv. 399-406).

Mox quid per hanc novam sanctificationem, in ipso Incarnationis momento peractam, intelligi debeat exponemus; interim generali observatione opus esse duxi, quæ ad explicationem præmissorum omnium textuum et aliorum, quæ singulatim proponere necessarium haud habui, juvamen et normam afferre videatur. Scilicet, dogma immaculatæ conceptionis beatæ virginis Mariæ ad eas christianæ

(1) Evolvitur istius argumenti vis apud Ill. Malou, *op. cit.* tom. II, p. 226.

Digitized by Google

professionis partes pertinet, quæ, cum fuerint a Deo revelatæ, ab ipsis quidem Ecclesiæ primordiis, viva et generali traditione non servari nunquam non poterant et doceri, quæ tamen a singulis fidelibus non semper et ubique, aut saltem non directe et explicite tenebantur. Hinc inter scriptores ecclesiasticos qui catholicæ veritatis, qua Maria labis originalis expers asseritur, certo certius patroni noscuntur ac testes, duplex classis secerni debet; alii enim mentem suam disertis et explicatis terminis proposuerunt, alii vero formulis minus distinctis et veluti mediatis, quæ tamen eamdem prorsus fidem animo alte insitam necessarie produnt. Qua posita distinctione, Jacobi testimonia ad postremum id genus referenda existimo; neque enim ullum, si quidem in contextu sermonis, uti oportet, inspiciantur, explicito modo immaculatum Virginis conceptum videtur adstruere. Porro, etsi quoad ipsam Mariæ originem sunt implicita, adeo tamen prona apparent et expedita, ut quidquid est macularum et labis ab ea prorsus excludant, et opinionem, qua ipsi communis generis nostri peccatum adscribatur, in animo auctoris tolerare omnino non valeat. Firmum proinde et exploratum catholici dogmatis argumentum in iis præsto habetur. Sufficiunt hæc. Ast duo sunt in carmine S. Jacobi quæ, cum huic sententiæ prima fronte repugnare videantur, brevi explatione indigent.

Primus locus ille est in quo dicit Jacobus Mariam *purificatam fuisse sicut Johannes baptista*, *Johannes evangelista* (vel *Eliseus* ut in cod. 117), *Elias et Melchisedek* (vv. 213 et 214). At enim inde concludi jure poterit Jacobum in ea quidem sententia fuisse, sanctos viros justitia et gratia habituali ante donatos quam in lucem ederentur, nequaquam vero, eos æque ac beatissimam Virginem in ipso creationis instante præservatos immu-

Digitized by Google

nes, et multo minus ipsam Dei matrem aliquo tempore peccato obnoxiam exstitisse. Comparatio instituitur a Jacobo, quia in ejus hypothesi omnes illi ante nativitatem sancti exstiterint; non asserit vero eam prærogativam in cunctis lineis esse similem Mariæ privilegio, imo potius, omnia quæ antecedunt et sequuntur clare manifestant, inter sanctitatem eam quæ Mariæ, utpote a Deo in matrem electæ, et eam quæ reliquis sanctis, tam sublimi officio haud destinatis, obtigisse dicitur (1), ingens discrimen esse reponendum. Porro ex SS. Patribus nonnulli tradiderunt sanctum Domini præcursorem fuisse in utero matris suæ a labe originali purgatum, imo variæ ecclesiæ particulares ejus conceptionem annua festivitate celebrare consueverunt (2), quin hanc eodem titulo æstimarint, quo ipsius Christi aut Christi matris conceptionis festum peragebant; ex objecto nimirum et personæ dignitate significationem aliam et aliam mutuabantur, quod ut hic fusius evolvamus necessarium haud puto; verum, quod ad rem nostram facit, evidens omnino est ex attenta lectione hujus carminis indefinitam pror-

(1) S. Thomas in *summa theol.* p. 3, qu. 27, art. 6 in corp. admittit Jeremiam et Johannem Baptistam fuisse in utero matris sanctificatos.

(2) J. S. Assemanus in *Kalend. eccles. univ.*, tom. V, p. 432 seq. hæc scribit : « Orientales ab antiquis temporibus tres conceptiones celebrarunt, quarum prima dicitur S. Joannis Baptistæ, quando nimirum angelus apparuit Zachariæ... Hoc festum, quod Græci *conceptionem Baptistæ* vocant, apud Syros vocabulo honestiori, sed idem significante, appellatur ܣܘܒܪܗ ܕܙܟܪܝܐ *annunciatio Zachariæ*. Secunda *conceptio Christi filii Dei in utero Virginis*, quando fuit annunciata ab angelo... Hoc etiam festum tam Syris quam Græcis et Latinis vocatur *annunciatio Deiparæ*, et ad 25 martii celebratur ab omnibus, præter Armenos... Tertio demum de qua hic agitur *conceptio Deiparæ*, quam Latini quidem appellant *conceptionem B. V. M.*, Græci vero et alii orientales *conceptionem S. Annæ*, et cum addito *S. Annæ matris Deiparæ*.

Digitized by Google

sus, adeoque initio et nævo carentem in Maria prædicari sanctitatem, qualem ipse nuspiam sanctorum cuicumque attribui fas esse pronuntiat (1). Itaque *sanctificata* dicitur Maria, non quod non perpetuo et ab initio sanctitate esset ornata, sed « quod ipsa ex sese neque sancta fuerit « neque munda; immo quod ex sese debito incurrendæ « culpæ fuerit obnoxia, et quod non nisi eximio singu- « larique privilegio, utpote Dei genitrix exstitura, ab « universali ruina communique flagitio custodita fuerit « potenterque servata (2). » Neque objici potest hac explicatione vim inferri verbo; illud namque verbum *sanctificari* per se dubii est sensus et ancipitis, adeoque ex ejus usu apud christianos atque ex subjecta materie explicandum; in casu vero, agitur de Deipara Virgine, quam Jacobum mundissimam ubique proclamavit, omnique splendidam corporis et animi candore (3).

(1) Exstat in cod. Vaticano Syr. 118, v. 17, carmen Jacobi Sarugensis *de laudibus Johannis baptistæ et præcursoris.* Illud descripsi et per legi, nihilque in eo offendi quod omnimodam puritatem B. Virgini tributam repræsentet. Ad sanctificationem autem ejus hæcce sola referri possunt. — 1° fol. 65 verso, 3ª col. :

ܗܢܐ ܕܩܒܠ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܒܟܪܣܐ ܕܐܡܗ܆
ܘܐܟܪܙ ܬܡܢ ܥܠ ܗ̇ܘ ܒܬܘܠܬܐ ܕܡܬܒܛܢܐ.

*Ille accepit Spiritum sanctum in ventre matris suæ, ibique prædicavit de conceptæ Virginis.* — 2° fol. 68, col. 2ª :

ܡܢ ܟܪܣܐ ܓܒܝܐ ܗܘܐ ܘܝܕܝܥ ܘܦܪܝܫ ܘܢܛܝܪ܆
ܕܢܓܘܫ ܢܠܒܘܟ ܪܫܐ ܕܡܪܗ ܟܕ ܡܥܡܕܝܢ ܠܗ.

*Intra uterum electus fuit, cognitus, discretus et servatus, ut in baptismo caput Domini sui contingeret et apprehenderet.*

(2) Passaglia, p. 1055.

(3) Originalis Mariæ sanctitas similiter asseritur in libro apocrypho *de transitu B. M. V.*, cujus recensionem syriacam primus, e londinensi cod.



Digitized by Google

Eodem interpretationis canone via sternitur ad excutiendam alteram hujus carminis obscuritatem. Dicitur nempe *Mariam*, quo tempore Verbum in castissimo suo utero concepit, *a Spiritu sancto superveniente fuisse sanctificatam, mundatam, benedictionibus cumulatam, sicut erat ipsa Heva ante quam peccatum admisisset* (ỳ. 400 seqq.). Ergo, ais, si Maria tunc demum in statu innocentiæ, quæ Hevæ initio competebat, reponebatur, originis labe expers dici non potest. At obvia est et plana responsio, in ipsa Virginis sanctissimæ idea, qualem supra Jacobus multipliciter exhibuit, cum eam diceret Deo omni virtutum ornatu placuisse a tenera ejus ætate; proinde gratia habituali tum certo refulsit, quando erat Spiritu sancto superveniente Verbum divinum conceptura. Alia itaque explicatio quærenda, quæ ceteroquin, si series orationis

*add. mss.* 14,484 sæculi VI, edidit vir eruditus D[r] W. Wright, in *the journal of sacred literature and biblical record. January and April*, 1865. Cfr. ibid. *January*, p. ܗ : ܐܦ ܗܝ ܕܝܢ ܛܘܒܢܝܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܗܘܬ ܘܓܒܝܬܐ ܠܐܠܗܐ. ܡܢ ܟܕ ܗܝ ܒܟܪܣܐ ܕܐܡܗ. ܘܐܬܝܠܕܬ ܡܢ ܐܡܗ ܫܒܝܚܐܝܬ ܘܩܕܝܫܐܝܬ. ܘܕܟܝܬ܆ ܢܦܫܗ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܚܘܫ̈ܒܐ ܒܝ̈ܫܐ ܕܬܩܒܠܝܘܗܝ ܠܡܫܝܚܐ ܡܪܗ ܕܫܘܐ ܠܗ. ܕܐܬܐ ܠܘܬܗ. ܕܒܡܘܠܕܗ ܕܡܢܗ ܢܚܐ ܠܥܠܡܐ ܕܡܗܝܡܢ ܒܗ. ܗܕܐ ܗܝ ܐܢܬܬܐ ܕܝܐܐ ܠܢ ܕܢܥܒܕ ܕܘܟܪܢܗ. ܗܕܐ ܗܝ ܡܒܪܟܬܐ ܒܢܫ̈ܐ ܕܡܢܗ ܐܬܝܠܕ ܦܪܘܩܐ ܠܟܠܗܘܢ ܒܪ̈ܝܬܐ. ܗܕܐ ܗܝ ܐܪܥܐ ܕܒܘܪ̈ܟܬܐ ܕܡܢܗ ܐܬܝܠܕ ܐܟܪܐ ܕܚܕܘܬܐ....
« Ipsa autem beata *Virgo* sancta erat et a Deo electa, ex quo *tempore* erat in utero matris suæ, et proinde nata est ex matre sua gloriose et sancte. Porro seipsam purificavit (*mundam servavit*) ab omnibus pravis cogitationibus, ut *digne* susciperet Christum Dominum suum, ad ipsam venturum, qui per suam ex ipsa nativitatem mundum crediturum in eum vivificaret. Hæc itaque mulier est, cujus decet nos agere memoriam; hæc est benedicta inter mulieres, ex qua natus est redemptor omnium creaturarum (*hominum*); hæc est terra benedictionum, e qua natus est agricola gaudii *auctor* etc. »

Digitized by Google

et verborum usus rite considerantur, suapte efflorescit. Itaque *Spiritus sanctus venit ad Mariam ut ex ea solveret sententiam primam Hevæ et Adami* (v. 373 seq.); huic enim, licet sancta esset et gratia ornata, quoad aliquas pœnalitates ipsa dubio procul subjecta remanebat, quandoquidem eas omnes ipsum Verbum incarnatum, plenum gratiæ et veritatis, effugere noluerit. Unde ipsa, jam *pura et sancta*, *purificata et sanctificata* dicitur (v. 399) ob ampliorem charismatum divinorum concessionem, deinde *ob abolitionem totalem pravæ concupiscentiæ* (v. 433 seqq.), quæ alioquin in ipsa nullatenus unquam effectus suos exerere potuit (v. 131 seqq.), denique ob donationem mirabilis fœcunditatis, qua virgo Filium conciperet et pareret, sicut Adam, cum adhuc animæ ejus virginitas et sanctitas illæsæ manebant, Hevam produxit (v. 411 seqq.).

Quod autem de exstinctione concupiscentiæ sive de abolitione fomitis docet Jacobus plane iis consonat quæ in hanc rem scribit S. Thomas, *part.* 3, *qu.* 27, *art.* 3, *in corp.* : « videtur dicendum, quod per sanctificationem « in utero (dicam ex mente Jacobi : *per præservationem* « *a peccato originali*) non fuerit sublatus beatæ Virgini « fomes secundum essentiam, sed quod manserit ligatus; « non quidem per actum rationis suæ sicut in viris « sanctis, quia non statim habuit usum liberi arbitrii, « adhuc in ventre matris existens; hoc enim est speciale « privilegium Christi; sed per abundantiam gratiæ quam « in sanctificatione recepit, et etiam perfectius per divinam « providentiam, sensualitatem ejus ab omni inordinato « motu prohibentem. Postmodum vero in ipsa conceptione carnis Christi, in qua primo debuit refulgere « peccati immunitas, credendum est quod ex prole « redundaverit in matrem, totaliter fomite substracto. »

Digitized by Google

### § 2. UTRUM JACOBUS BEATISSIMÆ VIRGINI DOLORES IN PARTU ADSCRIBAT.

Propositæ quæstionis solutioni elementa suppeditant varia loca auctoris, eaque præ oculis habere oportet, ne quid ei ex præconcepta tribuatur opinione. Itaque in carmine *de Virginitate Mariæ*, infra secundo loco proferendo, sequentia leguntur : *a*) v. 155 seq. « inter dolores genitricum et infantium ܒܝܢ ܚ̈ܒܠܐ ܕܝ̈ܠܕܬܐ ܘ̈ܕܥܘܠܕܐ servavit illi Deus virginalia ; » *b*) v. 345 seqq. : « Christus, Patri suo similis, similis factus est nobis in cunctis hominum passionibus, excepta iniquitate; constituta quoque est mater ejus cunctis genitricum doloribus subjecta, ܘܦܓܥܗ· ܐܡܗ ܒܚܒ̈ܠܝܗܘܢ ܩ̈ܫܝܐ ܕܝ̈ܠܕܬܐ, excepto quod Filius exeundo non solverit ipsius virginalia. »

Similia adsunt in *carmine priori*, ubi Jacobus dicit sese nescire quonam in ordine Maria sit collocanda, et porro hæc scribit, v. 78 seq. « dum quæro ipsam virginum choro accensere, adest mihi vox *quæ dicat* partûs dolores ipsam perculisse. » — Tandem duo loca ex sermone *de Θεοτόκῳ adversus scrutatores* huc etiam referuntur (1). « Unus est Christus divinitus et humanitus, et pariter una est Maria in virginitate sua et in partu; suscepit Maria partûs dolores, etsi virgo esset, sicut Dominus noster suscepit crucifixionis dolores quam-

(1) Cod. 117, fol. 68 verso, 3a col. :

ܚܕ ܗܘ ܡܫܝܚܐ[a] ܐܠܗܐܝܬ ܐܦ ܐܢܫܐܝܬ.
ܘܚܕܐ ܗܝ ܡܪܝܡ ܒܒܬܘܠܘܬܗ ܘܒܡܘܠܕܗ[b]܀

a) Vocem hanc in codice abrasam ex spatio et sensu supplevi.
b) Apparent in codice pauca vestigia hæc : ܘܒܡܘܠ

quam Deus esset. » Et paulo infra (1) : « si naturam respiciat doctor, turbatus hærebit, et nisi ejus anima amore fuerit repleta, in foveam cadit. *Quippe* gravidam videt et matrem juniorem quæ procumbit ad pariendum, doloresque partus, item infantulum et lac genitricum; at totius hujusmodi rei causam quod attinet, hæc tota ab opere conjugali dependet; neque enim potest natura filios dare absque complexu, neque virgo habere filium absque viro. »

Hæc ergo omnia partûs dolores Mariæ attribuere videntur. Attamen in eodem carmine, ex quo tertium locum protuli, sequentia etiam diserte leguntur : « Spiritus sanctus, Mariam, in ipso instante Incarnationis Verbi divini, benedictam inter mulieres effecit, eamque a maledictione et doloribus Hevæ matris suæ liberavit,

« ܘܫܪܝܗ̇ ܡܢ ܗܝ ܠܘܛܬܐ ܘܟ̈ܐܒܐ ܕܚܘܐ ܐܡܗ̇ ÷ »

Quibus simul consideratis, qui proposita difficultas sit resolvenda equidem non video. Integram certe Mariæ virginitatem luculenter tuetur Jacobus; at vero si Sal-

ܦܓܥܬ̇. ܡܒܪܟܬܐ ܩ̈ܘܒܠܐ ܕܡܠܬܐ ܘܒܘܪܟܬܐ ܗܘܬ܆

ܘܡܢܗ̇ ܚ̈ܒܠܐ[a] ܕܐܡܗܘܬܐ ܘܠܘܛܬܐ ܗܘܐ.

a) ܚ̈ܒܠܐ præter minimos ductus ex quibus illud, juvante contextu, conjeci, evanuit e ms.

(1) *Ibid.*

ܐܢ ܒܟܝܢܐ ܚܐܪ ܡܠܦܢܐ ܡܬܕܘܕ ܠܗ܆
ܘܐܠܐ ܡܠܝܐ ܢܦܫܗ ܚܘܒܐ ܒܓܘܡܨܐ ܢܦܠ܆
ܒܛܢܐ ܚܙܐ ܘܐܡܐ ܛܠܝܬܐ ܕܪܒܥܐ ܕܬܐܠܕ܆
ܘܚ̈ܒܠܐ ܕܡܘܠܕܐ ܘܥܘܠܐ ܘܚܠܒܐ ܕܝ̈ܠܘܕܬܐ.
ܘܗܢܐ ܟܠܗ ܠܥܠܬܗ ܕܟܠܗ ܡܢ ܙܘܘܓܐ ܗܘ܆
ܘܠܐ ܡܨܝܐ ܟܝܢܐ ܕܕܠܐ ܙܘܘܓܐ ܒ̈ܢܝܐ ܢܬܠ.
ܐܦܠܐ ܒܬܘܠܬܐ ܕܠܐ ܓܒܪܐ ܒܪܐ ܢܗܘܐ ܠܗ̇.

vator *ortus est e Virgine tanquam radius ex luce in oculo puro effulgens* (1), et si signacula ejus virginalia perpetuo clausa manserunt, nulla jam superest causa dolorum qui in partu a matribus sentiuntur. Unde qui virginitatem in partu et parientium dolores Mariæ simul attribuit sibi haud constare, vel potius secum ipse pugnare convincitur; nullus Patrum, quatenus novi, hujusmodi sententiam proposuit. Sed parum hoc est, quum doctrinarum incohærentia ex humana fragilitate apud ipsos præstantissimos etiam viros quandoque reperire est; quod autem in præsenti casu magis mirationem movet, in ea consistit terminorum contradictione quæ in uno eodemque carmine occurrit; nam Maria prædicatur per Spiritum sanctum liberata fuisse a maledictione et doloribus Hevæ. Ex hac difficultate aliquis forte ita se expediat, ut asserat auctorem nostrum, ubi affirmat dolores parientis in Maria obtigisse, tantummodo loqui de molestiis, quæ non sint proprie dolores partus, sed quas in curando divino suo Filio perpessa est, aliisque incommodis et difficultatibus; atque ideo cum iis conjunxisse etiam *infantium dolores.* Vix tamen, ut opinor, poterit hujusmodi explanatio cum obvia et naturali verborum sensu componi, eamque ceu conjecturam potius quam ut sententiam profero meam.

(1) Ita legitur in *Anaphora* S. Jacobi Sarugensis, apud Renaudot. tom. II *liturgg.* p. 358.

# CARMEN DE B. V. M. PRIMUM.

Reliquum est ut duo Jacobi carmina, quæ de beatissima Virgine, uti dixi, agunt ex professo, nunc integre proferam. Ambo excerpsi e codice 118. Prius autem reperitur etiam in codice 117, foll. 64 seqq., ex eoque variantes lectiones collegi et apposui in margine. Textum vero potius ex codice 118 edidi, quod in altero non ubique nitide servatus appareat, atque is præterea ob antiquiorem ætatem generatim præstantior sit et accuratior. — Utrique autem carmini brevem rerum analysin præmisi.

---

ARGUMENTUM.

Initio ponitur invocatio ad Filium Dei incarnatum, poëtice expressa. Vocat eum Jacobus benignum, horreum beatitudinum, calicem inebriantem, filium Virginis, filium Altissimi, Dominum, verbum rationale; efflagitatque ab eo gratiam et auxilium ad digne loquendum de ipsius genitrice, cujus quidem laus omnem humanum facultatem longe transcendit (vv. 1-26).

Porro perplexum sese dicit qui Mariam celebret, auditoresque invitat ut et ipsi auditum suum purum et tanta virgine dignum adhibeant. Est enim hæc *cœlum alterum*, *benedictissima mulierum*, *casta*, *humilis*, *tali pulchritudine præstans quæ omnem sermonis vim plane vincat*, *filia inopum mater summi regis effecta*, *navis thesauros Patris cœlestis terræ asportans*, *ager bonus spontanee et sine cultura fruges proferens*, *Heva altera viventium mater et puella vetulæ succurrens*, *filia parentibus suis veste orbatis stolam contexens*, *virgo-mater*, *palatium Regis*, *adolescentula fortissimum sæculorum conditorem sustentans*, *sponsa generans sine concursu sponsi* (vv. 27-58).

Digitized by Google

Cum vero elogia cuncta veluti exhausit, iterum sese hærere affirmat, nesciens quonam in gradu Deiparam collocet; sitne virginibus annumeranda, vel accensenda matribus? Impellit amor ad loquendum, at æquum loquendi modum non permittit argumenti sublimitas (vv. 59-90).

Stupet autem virginem terricolam ad tantum excellentiæ gradum pertingere potuisse : « numquid, ait, gratia inclinavit filium ad « ipsam, an vero ipsa tantam inclaruit ut fieret mater Filii sanctis- « simi? » Sane humilitate, mansuetudine, puritate singulariter enituit; hoc enim eo colligitur quod Deus ad eam tantopere accedere voluit, ut in matrem ipsam elegerit (vv. 90-116).

Nulla alia mulier Mariæ vel comparari potest, quæ ab ipsa sua infantia in justitia sine labe perseveravit. Maria ideo præ aliis in matrem Filii Dei electa fuit, quod nulla alia tanta puritate effulserit unquam; Deus enim non est acceptor personarum, et si alia purior reperta fuisset et sanctior, hanc potius elegisset. Ceterum, Maria maxime laudanda est, quia libertate sua optime sit usa, et ita sibi meritorum thesaurum comparaverit; tanta nempe virtutum omnigenarum ornamento decora fuit quantam natura permittit, ideoque præ ceteris Deo placuit; ea vero virtus bonæ ipsius voluntatis dispositioni etiam partim est adscribenda (vv. 117-201).

Attamen, non est ejus merito tribuendum quod effecta fuerit mater Dei; id enim dilectioni divinæ Christi ex ipsa incarnati acceptum est referendum (vv. 202-206).

Filius is est quem omnes mundi capere nequeunt, Maria talis est, qua in mundo major non surrexerit unquam. Purificata fuit sicut Johannes, Eliseus, Elias et Melchisedech; « ad terminum usque virtu- « tum profecit, et tunc habitavit in ea gratia infinita » (vv. 207-222).

Itaque mittitur Gabriël, et in ejus cum Maria colloquio sapientissime se gerit virgo castissima.

Deinde Jacobus magnificis verbis mysterium reconciliationis admiratur, quod tunc in domo nazarethana incœptum est, fuseque prosequitur in Gabriële quidem *ἀντίτυπον* serpentis, in Maria vero *ἀντίτυπον* Hevæ.

Digitized by Google

Maria, angelum interrogando, exstitit Ecclesiæ organum, nosque edocuit arcanum generationis filii Dei provocando angeli responsum: patet stultitia Hevæ tacentis coram serpente, et sapientia Mariæ angelum interrogantis ( vv. 223-363 ).

Spiritus sanctus, juxta angeli dictum, descendit ad Mariam, ut hanc ab Hevæ maledictione et doloribus liberaret, et pleniori sanctitate ornaret. Accepit ergo Maria Spiritum sanctum, qui etiam spiraverat in faciem Adami, ut potis esset ad Hevam generandum, atque hoc divino spiraculo potuit ipsa Filium Dei sine conjugio parere. — Adam et Heva typi fuere Christi et Mariæ. — Explicatur distinctius qua in re præcipue sita esset nova Mariæ per Spiritum supervenientem sanctificatio, nempe in abolendis in ipsa peccati fomite aliisque sequelis peccati originalis; qua ulteriori sanctificatione peracta, Maria suscepit virtutem altissimi, id est ipsum Filium Dei unigenitum ( vv. 364-456 ).

Maria comparari potest epistolæ cuidam obsigillatæ, in qua Filius Dei essentiam suam scripsit, et per quam Pater æternus omnigena nuntia felicitatis humano generi transmisit ( 457-485 ).

Merito igitur beatam ipsam, præsertim ob divinæ maternitatis privilegium, omnes generationes proclamant ( vv. 486-518 ).



Digitized by Google

ܕܝܠܗ ܕܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܡܠܦܢܐ܀
ܕܥܠ ܛܘܒܢܝܬܐ ܒܬܘܠܬܐ ܝܠܕܬ ܐܠܗܐ ܦܪܝܫܬܐ[a]

---

ܛܒܐ ܕܦܬܝܚ ܬܪܥܗ ܠܟ̈ܢܫܐ ܘܠܡ̈ܣܟܢܐ܀
ܗܒ ܠܝ ܐܬܘܠ ܐܣܪܐ ܕܡܦܪܢ ܡܢ ܬܪܥ ܐܒܐ.
ܐܦܪ ܛܒ̈ܐ ܕܫܡܠܝܢ ܡܠܘܗ ܐܦ ܬ̈ܠܡܝܕܐ܀
ܡܢ ܐܬܬܪܥܐ ܕܚ̈ܝܐ ܐܠܐ ܡܠܝ ܠܝܬܠܟ ܠܝ.
ܦܬܐ ܕܡܪܢܐ ܒܝܡܝܢܗ ܠܒܣܡܐ ܘܛܠܝܐ ܬ̈ܡܝܢܗ*܀
ܐܦܬܐ ܡܠܝ ܘܐܬܡܨܐ ܡܢ ܘܐܬܐ ܗܪܟܢ.
ܐܘ ܕܠܐ ܚܫܟ ܒܐܪܥ ܝܠܗܘܢ ܡܢ ܠܐ ܗܘܐ܀
ܒܐܪܥ ܡܠܐܟܐ ܒܡܠܡܫܬܢ ܗܡܝܢܬܐ.
ܒܪܗ ܕܒܬܘܠܬܐ ܕܗܘܐ ܒܟܠܐ ܠܡܬܥܪܬܐ܀
ܗܘ ܠܡܬܥܪܬܐ ܠܡܦܠܠܠܗ ܟܠܠ ܪܒܬܝ.
ܒܪ ܟܠܟܢ ܕܪܒܐ ܕܠܗܘܐ ܡܢ ܬ̈ܚܬܝܐ܀
ܡܢ ܬܬܟܠܐ ܠܪܘܚܐ ܡܠܐܟܐ ܘܬܦܠܠ ܠܝ.
ܐܠܐ ܗܘ ܡܪܢ ܡܠܟܐ ܡܠܝܟܬܐ ܕܡܒܝܢܐ ܬ̈ܝܢܐ܀

a) Titulus iste in codice 117 legitur ad hunc modum : ܡܐܡܪܐ ܕܥܠ ܩܕܝܫܬܐ ܝܠܕܬ ܐܠܗܐ܀ ܕܝܠܗ ܕܝܢ ܕܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܡܠܦܢܐ ܕܒܛܢܢ. h. e. *Carmen de sancta* Θεοτόκῳ, *ejusdem Mar Jacobi doctoris Batnarum.*

(*Titulus scribitur in codice litteris rubris, cum punctis nigris.*)

**Carmen ejusdem sancti Mar Jacobi de beata Virgine Dei genitrice Maria.**

---

O benigne, cujus ostium malis et peccatoribus patet, mihi, *quæso*, ingressum permittas, ut mirabundus pulchritudinem tuam contempler.

O horree beatitudinum, ex quo etiam ingrati aluntur, satier per te, quandoquidem tu es totus vita te degustanti.

O calix potu tuo inebrians animam, quo mala ejus dentur oblivioni, bibam ego ex te, per te sapiam ac generationem tuam digne enarrem.

O tu qui genus nostrum, quantumvis indignum, exaltari non dedignaris, canticis amœnis verbum meum exaltetur!

Fili Virginis, qui factus es parvulus infans, præsta parvitati meæ de tua magnitudine loqui.

Fili Altissimi, qui terricolis annumerari voluisti, per te verbum meum in altum ascendat teque eloquatur.

Tu es Dominus noster, Verbum rationale, vivificum, et sermo magnus divitias in auditores effundens. Quicum-

v. 5. Verbum ܣܒܥ hoc loco structura haud solita ponitur cum accusatur *rei*, sine particula ܡܢ.

ܘܡܬܐܡܪܐ ܙܒܢܐ ܕܢܗܘܐ ܒܥܘܪܐ ܠܒܝܫܘܬܐ ܒܗ.
ܟܠ ܕܡܬܦܠܠ ܟܕ ܗܘ ܡܬܦܠܠ ܡܬܚܒܠ.
ܕܐܠܗ ܗܘ ܡܠܟܐ ܘܗܘܢܐ ܕܬܘܒܐ ܘܕܪܚܡܐ*.
ܘܠܐ ܣܘܟܠܐ ܕܢܦܫܐ ܦܪܫܝܢ ܡܢ ܒܥܠܡܝܗ.
ܘܠܐ ܟܘܠܐ ܡܬܒܥܝܢ ܡܠܟܐ ܐܠܐ ܐܢ ܟܕ*.
ܫܥܘܬܐ ܢܗܘܝܢ ܡܠܐ ܕܠܐ ܫܘܡܠܝ*.
ܐܝܠܐ ܐܝܟܐ ܐܝܬ ܒܗ ܫܒܒܐ ܕܠܐ ܦܠܘܚܬܝ.
ܗܐ ܩܕܡ ܒܥܘܬܝ ܟܠܐ ܢܦܫܬܐ ܘܟܠܐ ܦܓܪܐ.
ܘܫܬܩ ܥܠܝ ܠܒܠܒܝ ܢܦܫܐ ܘܚܘܫܐ ܙܥܝܪܝ.
ܟܬܒܢ ܟܕ ܟܠ ܘܠܐ ܟܠܐ ܠܟܠ ܦܟܬܪ ܐܝܬ:
ܢܦܬܪ ܡܠܝ ܡܬܐܡܪܐ ܒܡܫܟܢܝ* ܘܢܦܠܐ ܒܝ.
ܟܪܗ ܕܟܬܘܒܬܐ ܗܘ ܟܕ ܕܐܡܪ ܟܠ ܢܦܫܝ*:
ܟܕ ܦܠܘܬܐ ܐܝܟܐ ܕܙܒܢܐ ܗܘ ܡܠܝ ܡܠܟܬܐ ܕܟܠܗ ∴
ܡܬܐܡܪܐ ܕܥܗܪܐ. ܕܠܐ ܟܕ ܗܘܐ ܠܡܬܦܬܟܠܗ.
ܘܥܘܕ ܦܘܫܐ ܒܐܪܥܐ ܕܢܦܫܐ ܣܡܟܬܝܬ.
ܚܪܟܗ ܕܦܪܫܘܬܐ ܕܠܐ ܟܕ* ܒܥܗܪܐ ܠܚܘܐ ܢܦܫܗ:
ܢܝܚܘ ܐܝܬܘܗܝ ܬܚܒܠܬܘܗܝ ܦܪܘܫܐܝܬ.
*ܦܪܥܠܗ ܣܘܟܢ ܐܡܠܠ ܒܗ:

v. 16. Ita legitur cod. 117 :
ܕܐܠܗ ܗܘ ܗܘܢܐ ܘܬܘܟܠܐ ܕܗܘܢܐ ܘܕܪܚܡܐ.

v. 18. Cod. 117 : ܡܬܒܥܝܢ ܟܠܐ ܕܠܐ ܫܘܡܠܝ

v. 19. Initio omissa sit ex oscitantia librarii vocula ܘܠܐ ; habetur hæc in cod. 117 : ܘܠܐ ܫܥܘܬܐ ܣܘܟܝܢ ܡܠܟܐ ܐܠܐ ܐܢ ܟܕ:

v. 24. Cod. 117 : ܫܘܦܪܐ

que loquitur, per te loquitur *et* propter te, quia tu es Verbum et ratio intelligentiarum et mentium. Neque enim animæ cogitationes sine te excitantur, neque linguæ eloquium proferunt nisi per te, neque labia absque tuo jussu sonum emittunt, nec tandem sine tuo beneficio auris gaudet auditu.

Ecce sparguntur divitiæ tuæ super longinquos æque ac propinquos, et patet ostium tuum, quo boni et mali ad te ingrediantur; per te ditantur omnia et sine mensura tu omnia ditas. Ditescat itaque ex te carmen quod de pulchritudine tua instituam!

O Fili Virginis, da mihi loqui de tua Genitrice, quamquam sermonem hujusmodi nos plane transcendere fateor.

Mirabile plane argumentum mihi nunc edicendum occurrit; aures animæ cum amore intendite, sapientes: Mariæ dignitas ita animum meum afficit, ut nonnisi cum stupore ejus laudem aggrediar. Vos igitur animos sapienter præparate.

*Virgo sancta* ad ipsam celebrandam me hodie invitat;

v. 25 in cod. 117 is est : ܗܘ ܠܗ ܕܐܦܩܢ ܟܠ ܡܠܝܠܝܢ ܦܪܘܫܘܬܐ

v. 29. Pro ܕܠܐ ܒܟ est in cod. 117 : ܐܠܐ ܠܟ.

v. 31. Initio desunt voces ܒܩܠܝܠܘܬܐ ܕܡܕܪܫܐ ad versum complendum necessariæ; hæ vero adsunt in cod. 117. — Versus 31-42 leguntur in *officio Syrorum feriali*, Romæ 1853, pag. 125; item in *officio feriali Syrorum Maronitarum*, Romæ 1833, pag. ܫܨܓ (393); utrimque variantes quædam lectiones deprehenduntur, sed quæ sensum minime afficiunt.

Digitized by Google

ܢܦܫܐ ܡܫܬܒܚ ܒܡܙܪܐ ܒܦܫܐ܇ ܕܠܐ ܢܬܪܥܒܙ.
ܡܫܡܫܐ ܕܬܪܬܝܢ ܕܚܙܐ ܒܟܘܒܗ ܡܢܐ ܪ̈ܘܡܝܐ܀
ܘܕܠܝܩ ܡܠܠܗ ܠܛܘܪܕ* ܒܝܫܐ ܡܢ ܡܠܟܘܬܐ.
ܒܪܝܟܘܬܐ ܕܒ̈ܫܐ ܕܟܘܫܬܗ ܕܐܪܥܐ ܒܗ ܐܬܒܨܪܬ܀
ܘܛܪܕ ܕܡܝܐ ܡܠܠܗ ܘܟܠܐ ܡܝܠܗ ܡܬܟܡܟܐ.
ܠܫܘܬܐ* ܒܠܝܒܘܬܐ* ܘܡܟܝܢܘܬ ܡܘܥܝܪܐ ܕܥܝܡܡܘܬܐ܀
ܕܐܒܕ ܒܗ ܦܘܡܗ ܬܬܦܠܠ ܒܗ* ܡܠܟܘܬܐ ܕܟܠܡܗ.
ܒܪܬ ܩ̈ܘܫܝܐ ܕܗܘܬ ܐܡܐ ܠܡܢܪܐ ܩ̈ܠܝܠܐ܀
ܘܡܘܕܥܬ ܠܒܬܪܐ ܠܟܠܟܡܐ ܫܠܝܡܐ ܕܠܐܝܐ ܡܠܠܗ.
ܠܓܐ ܕܛܒܠܬ ܛܝܪܐ ܘܛܘܒܐ ܡܢ ܒܗܬ ܐܦܐ܀
ܘܐܒܬ ܫܦܝܬ ܠܒܬܪܐ ܒܐܬܪ ܕܡܛܝܪ ܗܘܐ.
ܫܡܠܐ ܛܒܘܬܐ ܕܕܠܐ ܐܪܥܐ ܝܘܒܠܐ ܡܝܘܕܥܬ܀
ܘܫܝܒܬ ܡܠܠܗ ܠܟܠܟܘܬܐ ܪܒܘܬܐ ܕܝ ܠܐ ܡܠܝܫܐ.
ܗܘܐ ܕܬܪܬܝܢ ܘܡܠܦܬ ܫܡܐ ܒܗܬ ܩ̈ܡܥܬܐ܀
ܘܦܪܟܬ ܠܟܝܒܬ ܗܘ ܐܣܛܪܐ ܕܗܘܐ ܐܡܪܗ.
ܛܟܣܬܐ ܕܡܘܕܥܬ ܐܝܟܐ ܠܫܒܬܐ ܕܫܠܝܡܐ ܗܘܬ܀
ܘܗܘ ܐܝܟܢܘܬܗ ܡܢ ܡܩܘܠܬܐ ܕܫܠܡܗ ܠܘܐ.
ܒܪܬܐ ܕܐܦܪܬ ܐܝܠܐ ܡܬܒ ܘܡܘܕܥܬ ܠܐܒܘܗ܀
ܘܦܝܫ ܠܫܡܗ ܕܡܦܪܫ ܗܘܐ ܒܗܬ ܐܬ̈ܟܠܐ.
ܒܬܘܠܬܐ ܕܗܘܬ ܐܡܐ ܒܛܗܪܐ ܕܠܐ ܙܘܘܓܐ܀
ܐܡܐ ܕܦܘܫܬ ܒܒܬܘܠܘܬܗ ܕܠܐ ܡܫܠܚܐ.

v. 34. Cod. 117 : ܕܠܛܘܪܕ

v. 37. Cod. 117 : ܠܫܘܬܐ ܕܙ̈ܢܝܐ

intellectum nostrum, tam præclaro argumento disponamus, ut a macula mundi simus.

Cœlum alterum in cujus sinu habitavit dominus excelsorum et ex quo ortus est ad pellendas ex orbe tenebras.

Benedictissima mulierum, per quam terræ maledictio eradicata fuit, aboleta inde ab ea sententia condemnatoria.

Casta, pudica, et sanctitate omnimode ornata, pro cujus encomio prædicando plane deficit os meum.

Filia inopum, domini regum mater effecta, quæ mundo egenti divitias vivificas suppeditavit.

Navis thesauros et beatitudines e domo paterna afferens, suoque adventu regioni nostræ desolatæ abundantiam præstans.

Ager bonus, absque semine frugum acerva producens et ex quo, quin fuerit excultus, fructus multiplicantur.

Heva altera vitam pariens inter mortales, quæ chirographum Hevæ matris suæ laceravit atque dissolvit.

Puella vetulæ projectæ manum porrigens, ut a ruina, in quam detruserat eam serpens, ipsam erigeret.

Filia quæ texuit stolam gloriæ quam parenti suo, inter arbores ignominiose nudato, in vestem offerret.

Virgo prodigioso modo sine conjugio mater effecta; mater permanens integerrima virgo.

v. 38. Cod. 117 : ܕܬܬܦܠ ܥܡ

ܒܝܪܬܐ ܦܐܝܬܐ ܕܨܒܐ ܡܠܟܐ ܘܒܠܝ ܘܟܢܪܐ ܒܗ܆
ܘܠܐ ܐܬܦܠܛܘ ܬܪܥܐ ܩܝܡܘܗܝ ܡܢ ܢܦܫ ܗܘܐ.
ܠܡܠܟܘܬܐ ܕܗܕܬ ܐܝܟ ܡܪܘܒܬܐ ܕܦܩܕܢܐ܀
ܘܛܒܠܬ ܐܡܝܢܬ ܠܗܘ ܢܗܪܐ ܛܒܥܝ ܒܪܘܟܬܐ.
ܡܠܬܐ ܕܨܝܒܬܐ ܡܢ ܠܐ ܚܙܐ ܠܗ ܚܬܢܐ ܡܠܟܘܬܟ܀
ܘܡܠܘܬ ܟܕܠܐ ܡܢ ܠܐ ܚܙܐ ܠܗ ܐܬܪܗ ܕܐܒܘܗܝ* ܀
ܙܒܢܐ ܠܗܘܐ ܡܠܟܘܬ ܫܘܦܪܐ ܐܡܢ ܐܙܪ܀
ܒܓܘܢܐ ܬܚܒܝܒܐ ܕܠܐ ܫܘܚܡܝܢ ܠܗ ܡܠܟܘܬܗܘܢ.
ܙܟܐ ܗܘ ܘܚܒܝܒ ܙܒܢܐ ܕܫܘܦܪܗ ܡܢ ܡܠܟܘܬܐ*܀
ܘܠܐ ܦܠܦܠܝܢ ܐܝܠܐ ܠܓܘܢܐ ܕܙܒܢܗ ܕܠܒܘܫ ܦܪܝܟܐ.
ܒܫܡܫ ܗܘ ܕܠܒܘܫ ܚܫܟܐ ܒܠܒܘܫܗ ܘܢܦܩܢܦܩܬܗ܀
ܐܘ ܕܠܦܟܠܐ ܚܙܩܗ* ܕܦܪܢܣܐ ܒܒܝܒܘܬܗ.
ܢܓܘܓܐ* ܙܡܝܢܐ* ܒܗܢ ܡܬܢܫܒܐ ܬܚܝܬ ܫܡܝܢܐ܀
ܘܡܬܐܡܪܐ ܕܒܠܡܗ ܠܐ ܡܫܬܐܡܪ ܡܢ ܐܒܗܬܐ.
ܐܘ ܦܠܦܠܢܝܢ ܐܝܟ ܒܐܝܠܐ ܢܒܥܐ ܦܠܓܐ ܙܐܕ ܠܗ*܀
ܘܐܝܠܘ ܬܗܘܐ ܕܢܒܥܝܐ ܒܗ ܬܬܦܠܠ ܒܗ.
ܒܒܬܘܠܘܬܐ ܒܩܕܝܫܘܬܐ ܒܒܢܝܢܘܬܐ*܀
ܒܢܫܐ ܢܫܪܐ ܒܒܢܬܐ ܐܘ ܒܐܡܗܬܐ.
ܒܬܘܠܐ ܘܢܟܠܐ ܗܘܐ ܢܒܥܝܢ ܢܗܘܢܗ ܕܡܢܝܚܘܬܐ܀
ܡܢܐ ܢܗܡܪܐ ܘܚܒܠܐ ܚܬܝܡܐ ܘܦܠܓ ܡܘܒܠܐ ܠܗ.

v. 58. Cod. 117 : ܘܡܠܘܬ ܟܕܠܐ ܡܢ ܠܐ ܚܙܐ ܠܗ ܒܐܬܪܗ ܕܐܒܘܗܝ
vv. 61 et 62 in cod. 117 :
ܙܟܐ ܗܘ ܘܚܒܝܒ ܫܘܦܪܐ ܕܙܒܢܗ ܡܢ ܫܘܦܪܝܢ܀
ܘܠܐ ܦܠܦܠܝܢ ܐܝܠܐ ܠܓܘܢܐ ܕܦܪܝܕ ܩܠܝܢ ܫܡܫܐ.

Palatium magnificum, ædificatum a rege, in quod intravit, in quo habitavit, quin coram eo, quando exivit, portæ aperirentur.

Adolescentula veluti cœlitum currus effecta, portans gestansque heroëm illum qui sustentat creaturas.

Sponsa concipiens quin unquam viderit sponsum et quæ genuit infantem sine patre.

Quomodo eximiæ hujusmodi mulieris imaginem depingam fuscis coloribus (*stylo rudi ac simplici*), quandoquidem nec horum mixtiones (*orationis elegantiæ*) ei sufficiant? Nempe sublimior et gloriosior est imago pulchritudinis ejus, quam ut mixtionibus meis adumbretur; neque præsumo hujus imaginis effigiem a mente mea posse depingi.

Facilius foret solem lumine suo et calore depingere, quam ut Mariæ historiam enarremus, et sane rota fulgida aliquatenus sub coloribus continebitur; sed ipsius laus ab eloquentibus concipi nequit.

Si quis *hujus laudem aggredi* audeat, quonam in ordine poterit ipsam depingere, aut cuinam cœtui admiscebitur, in quo recenseatur? An virginum sanctarum, mansuetarum, mulierum maritatarum, genitricum aut matrum?

En signa virginalia et lac exhibet corpus hujus gloriosissimæ! Partus perfectus et sinus obsignatus! Et quis hujus *laudi* sufficiat?

v. 64. Cod. 117 : ܡܫܘܦܪܗ.

v. 65. Cod. 117 : ܡܬܝܠܕ ܕܚܣܝܐ

v. 67. Cod. 117 : ܟܐܠܐ ܡܘܫܚܐ ܚܠܐ ܕܦܣܩ ܠܗ

v. 69. Cod. 117 : ܒܦܘܠܚܢܐ ܒܬܫܡܫܬܐ ܒܡܫܡܫܢܘܬܐ

ܟܕ ܡܬܬܚܝܬܐ ܕܦܘܡܐ ܒܓܠܝܐ* ܕܟܠܡܩ̈ܘܠܬܐ܀
ܚܝܠܗ ܕܪ̈ܘܚܐ ܢܟܠܐ ܠܡܠܟܐ ܐܝܟ ܐ̄ܠܘܗܘܬܐ.
ܟܕ ܫܡܥܬ ܐܢܐ ܕܫܬܩ ܡܘܫܐ ܓܒܪܐ ܠܡܠܗ܀
ܚܙܐ ܠܗ ܒܗ ܕܒܪܘܬܐ ܠܐ ܐܬܟܪܝܬ.
ܟܕ ܚܙܐ ܐܢܐ ܐܠܝܢܘ ܒܫܓܡܐ ܕܒ̈ܫܘܠܬܐ܀
ܐܦ ܠܗ ܡܠܐ ܕܢ̈ܒܝܐ ܕܡܝܪܐ ܗܘ ܦܫܝܩ ܠܗ.
ܡܬܚܫܒ ܐܢܐ ܐܦܪܘܗܝ ܒܥܒܕܬܐ ܡܠܝܠ ܡܘܫܐ܀
ܘܡܬܗܦܟ ܐܢܐ ܕܠܐ ܐܬܚܫܒܬ ܡܢ ܦܘܡܬܐ.
ܚܙܐ ܐܢܐ ܒܗ ܕܠܓܒܠܐ ܒܪܐ ܕܡ̈ܠܝܬܐ܀
ܘܡܬܬܚܝܬܐ ܠܗ ܕܦܘܡܐ ܒܪ̈ܡܐ ܕܒ̈ܫܘܠܬܐ.
ܒܫܘܠܬܐ ܗܝ ܘܐܢܐ ܘܐܬܠܬ ܓܒܪܐ ܘܠܐ ܡܬܪ̈ܓܬܐ܀
ܘܐܡܪܬ ܐ̄ܡܪ ܠܝ ܐܡܪ ܐܢܐ ܕܠܐ ܡܬܬܪܪܐ.
ܚܘܒܐ ܡܬܪܒܐ ܠܗ ܠܡܦܫܩܘܬܗ ܕܟܠܡܗ ܕܡ̈ܫܬܐ܀
ܘܫܒܩ ܗܘ ܡܠܟ ܪܘܡܗ ܕܡܠܐܡܪܐ ܘܐܡܪ ܐ̄ܠܗܐ.
ܐܡܪܐ ܒܓܠܝܐ ܕܠܐ ܣ̈ܦܩܬ* ܠܗ ܐܘ ܣܦܩ ܐܢܐ܀
ܘܐܦܠܐ ܒܚܘܒܐ ܕܐ̄ܝܬܐ ܚܪܒܗ ܕܡܬܪܡܫܬܐ.
ܚܘܒܐ ܗܘ ܒܠܥܘܕ ܠܐ ܡܬܦܣܩܐ ܡܠܐ ܕܡܬܦܫܩ̈ܐ܀
ܕܗܘ ܒܐܘܪܚܗ ܪܫܡܗ ܗܘ ܦܠܠܟܘܬ ܠܒ̈ܫܡܝܐ ܠܗ.
*ܒܚ̈ܘܒܐ ܐ̄ܡܪ ܡܠܝܠ ܦܪܝܫ ܡܢ ܕܢܫܐ* ܐܢܐ܀
ܘܠܐܦܝ ܡܫܡܫܬܐ ܪܒܬܐ ܫܒܝܠ ܒܪܐ ܠܫ̈ܡܝܐ.

v. 73. Cod. 117 : ܒܓ̈ܠܝܐ

v. 87. Locus hic, si solam grammaticam spectes, ambiguus est et recte quoque verteretur ad hunc modum : *neque sufficiens ei unquam exstiti aut nunc existo*, i. e. *nullatenus ei celebrandæ par sum*, punctum enim, voci ܣܦܩܬ superne impositum, et *participio contracto*

Digitized by Google

Dum ad cœtum adolescentularum pertinere videtur, eam lactantem puerum sicuti matres aspicio. Audio Josephum virum cum ea habitare, et simul animadverto ipsam commercio virili non fuisse subjectam.

Dum eam choro virginum accensere quæro, vox mihi succlamat : quod eam partus dolores feriant. — Si arbitror eam vocare maritatam propter Josephum, jam persuasus sum ipsam a nemine mortali fuisse cognitam.

Cerno eam portantem filium ut genitrices, et apparet mihi stans in gradu virginum! Virgo est, et mater, et uxor viri sed non cognita; et quomodo ultra loquar si modo dicam eam esse incomprehensibilem?

Amor me ad formosissimam illam celebrandam impellit; ast superat me præconii sublimitas, et quid faciam? Proclamabo aperte quod neque tu neque ego ei sufficiamus, iterumque excellentissimæ Virginis laudem amorose edicam. Amor frustrari nequit ubi loquitur, ejusque sapientia amabilis est ac prodest auditoribus.

Cum admiratione ergo loquor de Maria, et tremore afficior quod ad ingentem hujusmodi mensuram pertigerit filia terrestris.

ܐܢܬܝ ܫܡܥܬܝ et *primæ personæ* ܫܡܥܬ notandis æque inservit.

vv. 91-100. Leguntur, cum differentiis quibusdam levioribus, in *Off. Syr.* pp. 264 et 265; item vv. 91-102 in *Off. Syr. Mar.* p. ܩܡܛ (149).

v. 91. Cod. 117 : ܨܡ ܠܗܘ

ܬܫܡܫܬܐ ܟܕ ܗܘ ܐܘܪܚܬܗ ܠܡܪܐ* ܕܡܪܝܡܗ ܀
ܐܘ ܗܘ ܕܥܒܪܬ ܕܬܗܘܐ ܐܝܟܐ ܠܥܡܪ ܩܕܝܫܐ*.
ܕܬܫܡܫܬܐ ܢܣܒ ܠܟܠܗ ܠܐܘܪܟܐ ܝܚܝܕܐ ܗܢ ܀
ܘܙܕܝܩܐ ܗܘܬ ܦܬܓܡܗ ܗܝܟ ܗܘ ܦܥܠܬܗ .
ܒܬܫܡܫܬܗ ܘܒܛܝܒܘܬܗ ܘܒܪܚܡܘܬܗ*܀
*ܚܙܐ ܘܥܒܪܐ ܒܗ ܕܒܬܫܡܫܬܐ ܥܡܝܩ ܠܗ ܢܓܪܐ .
ܒܦܬܝ ܟܠ ܐܢܫ ܐܠܐ ܒܠܚܘܕ ܘܒܬܫܡܫܬܐ .
ܚܙܐ ܘܥܒܪܐ ܒܗ ܕܬܫܡܫܬܐ ܗܘܬ ܥܠ ܡܢܝܢܐ .
ܐܦ ܗܘ ܐܥܒܪܬ ܕܒܬܫܡܫܬܗ ܚܙܐ ܘܥܒܪܐ ܒܗ .
ܘܬܫܡܫܬܐ ܗܘ ܬܬܦܫܩ* ܕܬܫܡܫ ܥܒܪܬ .
ܦܬܓܡܬܐ ܗܘ ܗܘ ܥܒܕܗ ܕܝܬܝܪܘܬܐ ܀
ܘܡܢܐ ܕܥܒܕ ܐܢܫ ܚܙܐ ܠܟܠܗܘܢ ܒ* ܐܬܦܬܚ .
ܡܬܚܙܐ ܗܘܐ ܝܚܝܕ ܡܬܚܙܐ ܙܟܐ ܥܠ ܡܬܥܪܠܝܢ .
ܘܒܫܢܝܢܐ ܢܣܒ ܠܟܠܗ ܠܥܘܪܐ ܕܝܠܗ .
ܡܬܚܙܝܐ ܗܘܬ ܦܬܓܡܬܐ ܕܝܠܗ ܐܝܟ ܐܢܫ ܀
ܕܢܦܫܐ ܢܦܫܗ ܠܟܢܫܐ ܘܬܫܡܫܬܐ ܒܝ ܡܢܐ ܗܘܐ .
ܡܬܚܙܐ ܗܘܐ ܗܘܬ ܐܦ ܡܬܚܙܝ ܒܝ ܡܬܚܙܐ ܗܘܐ ܀
ܕܠܐ ܢܦܠ ܗܘܐ ܕܠܥܒܪܐ ܡܬܥܒܪܐ ܕܝܚܝܕܐ ܡܬܪܗ .
ܒܬܫܡܫܬܐ ܗܥܒܪܗ ܠܥܝܢܐ ܒܪܝܫ ܕܪܝܫ ܀

v. 93. Cod. 117 : ܐܘܪܚܬ ܗܘܬ ܠܡܪܐ

v. 94. Cod. 117 : ܠܡܪ ܟܠܗ

v. 97. In cod. 117 deest vox ܘܒܪܚܡܘܬܐ, quam tamen metrum postulat.

v. 98-100. In cod. 117 ita se habent :

(ܚܙܐ ܕܥܒܪܐ ܒܗ) ܕܬܫܡܫܬܐ ܕܥܒܪܐ ܗܘ ܠܥܒܕܐ

Digitized by Google

Numquid gratia inclinavit Filium ad ipsam, an vero ipsa adeo placuit ut fieret mater Filii sancti? Deum ex gratia ad terram descendisse manifestum est; Maria autem, quia erat valde pura, suscepit eum. Ad ejus humilitatem, mansuetudinem et puritatem respexit, et ideo in ea habitavit qui libenter inhumilibus habitat.

Ad quosnam igitur oculos convertam nisi ad mansuetos et humiles? Ad eam respexit *Deus* et in ea habitavit quia erat inter mortales humillima; ipsa scilicet protestata est quod ad suam humilitatem respiciens in ea habitavit.

Propterea ergo præconiis celebranda est quæ tantopere fuit accepta.

Humilitas est terminus perfectionis; quando quis Deum præ oculis habet, tunc sese humiliat. Etenim magnus Moyses erat omnium hominum humillimus, et ideo Deus ad ipsum in monte per visionem descendit. Spectata quoque fuit humilitas Abrahami qui, utut justus, seipsum pulverem et cinerem vocabat. Humilis quoque erat Johannes proclamans se indignum qui solveret calceos sponsi Domini sui. Humilitate placuerunt viri præclari in cunctis

ܡܦܢܝܢ ܠܡܢ ܐܚܪܢ ܐܠܐ ܡܟܝܟܐ ܘܡܡܟܟܐ
ܘܚܙܐ ܘܫܪܐ ܒܗ ܕܡܟܝܟܐ ܗܘܐ ܡܢ ܐ̈ܢܫܝܐ

v. 102. Cod. 117 post ܡܟܝܟܘܬܗ additur ܗܘ

v. 104. Post particulam ܟܕ scribitur participium ܡܬܡܟܟ minoribus litteris ab alto deorsum ductis. — Cod. 117 autem versus ita legitur :

ܕܗܟܢܐ ܕܗܪܟ ܐܠܗ ܚܙܐ ܒܡܟܝܟܘܬܐ ܡܬܡܟܟ ܠܗ.

Digitized by Google

ܘܐܪܥܐ ܗܘ ܪܩܥܬܐ ܕܒܗ ܦܪܫ ܐܝܟ ܕܡܢ ܠܥܠ.
*ܐܝܟ ܡܪܢܫܐ ܕܡܢ ܐܝܟ ܡܢ ܟܠܡܕܡ ܠܐ ܐܬܦܠܓ:
ܘܟܠܢܐ ܗܘ ܡܢ ܗܘ ܕܐܚܠܐ ܐܬܬܪܡܝ ܐܝܟ ܐܟܘܬܗ.
ܠܥܘܬ ܡܕܘܪܐ ܦܩܘܕܝܗ ܡܪܝܐ ܐܦ ܚܢܢܐ:
ܐܡܢ ܒܟܢܘܗ ܘܡܢܝ ܐܟܘܬܗ ܒܡܟܣܝܣܘܬܐ.
ܠܗ ܐܝܬ ܗܘܐ ܐܣܝܪܘܬܐ ܕܕܟܝܐ ܘܢܒܝܐ ܡܠܠܗ:
*ܒܗ ܚܙܐ ܗܘܐ ܘܠܗ ܦܪܘܩܐ ܗܘܐ ܕܠܐ ܢܚܙܐ ܒܗ.
ܘܠܗ* ܐܝܬ ܗܘܐ ܢܦܫܐ ܕܪܘܚܐ ܘܕܝܘܩܢܐ:
ܢܦܩ ܡܢ ܕܡܠܗ. ܠܗܢ ܢܓܗܐ ܗܘܐ ܘܠܗ ܚܦܩ ܗܘܐ.
ܒܟܠܗܘܢ ܢܩܦܐ ܚܕ ܡܢ ܢܦܫ ܠܐܪܚܐ ܡܢܝ:
ܘܚܕܐ ܢܗܘܐ ܠܗ ܗܘ ܕܒܟܠܗܘܢ ܡܫܡܪܐ ܗܘܬ.
ܓܘܗ ܘܐܚܕܢ ܒܗ ܡܬܟܣܝܘܬܐ ܘܟܣܝܘܬܐ:
ܘܐܘ̈ܪܚܐ ܫ̈ܡܝܐ ܘܢܦܫܐ ܕܢܫܡܬܐ ܠܐܠܗܘܬܐ.
ܘܠܒܐ ܕܟܝܐ ܘܟܠ ܣܘ̈ܟܠܝܢ* ܕܢܚܡܝܪܘܬܐ:
ܘܡܠܠܬ ܗܠܝܢ ܢܓܗܐ ܠܒܪܝܬܐ ܕܡܠܟܐ ܫܡܝ̈ܐ ܀
ܕܠܐ* ܡܢ ܐܬܪܗ ܘܡܦܩܢܘܬܐ ܕܢ̈ܫܐ ܐܝܟܢ:
ܕܠܐ ܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗ ܣܘܪܬܐ ܒܟܠܡܕܡ ܕܬܬܚܙܐ ܒܗ.
ܚܕܐ ܦܫܝܛܘܬܐ ܕܚܝܬܐ ܫܚܝܬܐ ܘܠܐ ܡܫܘܚܬܐ*:
ܕܗܘ ܚܘܒܐ ܗܘܬ ܕܬܗܘܐ ܐܡܬܐ* ܘܐܣܝܪܬܐ ܠܐ.

v. 113 et 114. Leguntur in *Off. Syr.* p. 265. — v. 113. In cod. 117 pro ܡܢ ܟܠܡܕܡ est : ܡܢ ܟܠܡܕܡܐ

v. 118. In cod. 117 : ܒܗ ܚܙܐ ܗܘܐ ܕܡܚܝܠܐ ܚܝܠܗ ܠܗ ܘܡܢ ܐܝܟ ܒܗ.

generationibus; quippe ipsa est via magna qua quis accedat ad Deum.

Sicut Maria nemo umquam humilis exstitit, ut patet inde quod nemo ad instar illius fuerit exaltatus; pro ratione humilitatis largitur Dominus claritatem : matrem suam effecit eam; quis igitur ei similis in humilitate?

Si fuisset alia purior et mansuetior in illa habitasset, hanc vero relinquisset quin habitaret in ea; et si fuisset anima hujus anima splendidior et sanctior, hanc utique elegisset et illam dimisisset.

Dominus noster descensurus in terram, ad cunctas mulieres respexit, et hanc unam sibi elegit, quia inter omnes pulchritudine eminebat.

Cum hanc scrutatus esset, in ea invenit humilitatem ac sanctitatem, affectusque puros et animam Dei amore accensam, cor mundum, cunctas denique cogitationes perfectissimas. Propterea itaque elegit hanc purissimam et virtute omnimode ornatam.

E regione sua surrexit in gloriosissimam mulierum illapsurus, cujus socia, ipsi æqualis, non existebat in mundo.

Erat sola humilis, pura et sine macula, quandoquidem ipsa nec alia digna fuerit quæ mater *Dei* efficeretur.

v. 119. Cod. 117 : ܟܠܗ

v. 125. Cod. 117 : ܫܘ̈ܡܐ

v. 127. Cod. 117 : ܘܕܠ

v. 129. Cod. 117 pro ܡܟܡܟܐ ܕܠܐ est : ܘܡܟܣܪܟܠܐ

v. 130. Cod. 117 : ܐܡܟܗ

Digitized by Google

ܕܒܗ* ܕܐܡܪܝܢ ܪ̈ܘܚܐ ܘܕܝܢܐ ܡܢ ܟܝܢܬܐ.
ܘܠܐ ܕܐܠܐ ܒܗ. ܐܘܪܚܐ ܕܪ̈ܙܐ ܒܬܪܝܨܘܬܐ.
ܘܠܐ ܣܘܟܠܐ ܕܢܗܘܐ ܐܚܝܕܐ ܒܡܡܠܠܘܬܐ:
ܘܠܐ ܟܠܡܢܐ ܕܦܠܘܓܝܢ ܕܟ̈ܠܡܢܐ ܠܗ̈ܘܐ ܒܝܬܐ*:
ܘܠܐ ܡܦܪܐ ܒܗ ܕܢܦܩܬ ܟ̈ܠܡܢܐ ܕܨܝܪܘܬܐ:
ܘܠܐ ܡܬܚܦܝܐ ܒܡܚ̈ܫܒܬܐ ܕܬܪ̈ܥܝܬܐ:
ܚܙܝ ܕܐܡܘܬܗ ܘܕܘܡܝܐ ܠܗ ܒܟܠܡܕܡ* ܠܐ ܐܝܬ.
*ܘܡܫܒܚܝܢܗ ܠܐܒܐ ܕܝܠܕ ܡܢܗ ܝܚܝܕܐ ܕܝܢܐ.
ܦܪܘܫܘܬܐ* ܗܘܬ ܡܫܒܚܬ ܚܘܒܐ ܕܒܗ ܟܠܗ.
ܕܐܡܪܐ ܕܠܐ ܐܝܬ ܚܘܒܐ ܡܢܝ ܠܐ ܚܙܐ ܗܘܐ. ܀
ܡܢ ܒܬܪ ܐܚܘܗܝ ܦܠܚܐ ܪܒܐ ܕܐܬܬܐ ܠܐܬܪܝ:
ܒܠܘܫܐ ܕܒܝܬ ܕܡܠܟܗ ܠܟܠ ܚܙܐ ܕܢܚܘܢ ܠܗ.
ܒܟܘܒܐ ܢܗܝܪܐ* ܕܡܬܥܒܕ ܗܘܐ ܒܒܬܘܠܘܬܐ.
ܘܒܫܘܒܚܐ ܕܢܦܩ ܗܘܘ ܠܗ ܒܡܫܝܚܘܬܐ.
ܡܫܒܚܬ ܚܘܒܐ ܐܦ ܒܡܠܬܗ* ܘܒܩܪܝܒܘܬܗ.
ܕܠܐ ܐܪ̈ܙܐ ܒܬܪܝܨܘܬܐ ܘܠܐ ܦܪܝܫܬܝ.
ܡܢ ܛܠܡܘܬܗ ܒܠܪܚܡܘܬܐ ܕܠܐ ܡܟܘܠ* ܡܫܒܚܬ.
ܕܠܐ ܡܬܒܥܐ ܢܦܠܬ ܒܐܘܪܚܐ ܕܠܐ ܡܬܩܪܒܬܐ.
ܒܡܢܐ ܠܡܚܝܐ ܟܠ ܒܡܢܐ ܕܡܫܝܚܘܬܐ.

v. 131. Cod. 117 pro ܕܒܗ est : ܒܗ ܗܘܐ

v. 135. Vocem : ܒܝܬܐ a qua in cod. non supersunt nisi vestigia informia, conjiciendo descripsi.

v. 137. Cod. 117 pro ܒܟܠܡܕܡ est : ܐܚܪܬܐ

v. 138. In cod. 117 sic est : ܘܡܫܒܚܢܗ ܠܐܒܐ ܕܝܠܕܗ ܡܢܗ ܝܚܝܕܐ

Digitized by Google

Eam exploravit ut probaret quam excellens esset et quantum immunis a malis; neque enim exurgit in ea motus ad concupiscentias inclinans, aut cogitatio excitans voluptatem, aut conversatio generans pravos sæculi dolos; non ardet in ea inanis mundi amor, neque puellarum operibus occupatur. Vidit igitur quod huic similis aut comparabilis in mundo non existeret, eamque in matrem assumpsit ut ex ipsa lac purissimum sugeret.

Discreta erat ac amore divino repleta; nam ubi abfuisset amor, Dominus noster nequaquam habitavisset.

Cum magnus rex ad regionem nostram procedere decrevisset, in templo totius orbis purissimo, prout ipsum decebat, divertit, in sinu nempe puro, virginitate et cogitationibus ipsa sanctitate plane dignis ornato.

Decore referta tam in natura quam in voluntate, nec minimum fœdata desideriis inhonestis, ab ipsa sua infantia in rectitudine sine labe perstitit, et immaculata in via absque ullo delicto ambulavit.

Natura servata cum studio virtutum, signa virginalia in corpore et sanctimonia in anima ejus perpetuo exstiterunt.

v. 139. Cod. 117 : ܦܪܘܫܬܐ

v. 143. Cod. 117 : ܕܨܒܐ

v. 145. Cod. 117 : ܕܨܡܕܐ

v. 147. Cod. 117 pro ܕܠܐ ܡܬܡܟܟ est : ܕܠܐ ܡܟܬܡܗ

ܒ̈ܬܘܠܬܐ ܒܥܘܒܗ ܘܩ̈ܘܕܫܐ* ܒܫܡܥܗ ܐܝܟ ܗܘܐ ܡܫܬܡܥ.
ܗܘ ܫܘܒܪܐ* ܕܐܫܬܡܥ ܒܗ ܡܛܠ ܠܗ ܐܚܪܐ.
ܐܡܪ ܗܟܝܠ ܒܟܠ ܡܫܡܥܬܐ* ܕܠܐ ܡܬܐܡܪܐ.
ܕܗܘܬ ܐܡܐ ܒܟܪ ܠܒܪܐ ܚܕܬܐ ܘܐܦܪܥܬܗ.
ܕܗܘ ܗܘ ܒܟܝܢܗ ܐܠܗܐ ܒܒܠܥܕ ܕܘܒܪܐ ܡܢ ܟܠ.
*ܡܢ ܕܝܢ ܡܕܡ ܕܬܦܪܘܫ ܥܒܕܐ ܡܢ ܒ̈ܪܢܫܐ.
ܒܕܡܘܬ ܟܠܐ ܘܩ̈ܠܘܣܐ ܬܫ̈ܒܚܬܐ ܡܫܒܚܬ.
ܠܐ ܐܬܚܙܝܬ ܡܢ ܚܘܒܬܐ ܕܒܥܠܡܐ.
ܘܠܐ ܐܬܓܕܠܗ ܬ̈ܡܐ ܒܫܝ̈ܢܐ ܘܒܚ̈ܝܐ.
ܡܢ ܡܫܪܬܗ ܕܠܗ* ܒܗ ܝܘܡܐ ܕܒܚܝܝܬܐ.
ܕܒܫܘܪܝܗ* ܦܬܚܬ ܐܝܟ ܒܪܚܡܬܐ.
ܠܒܘܫܐ ܟܘܠܗ ܫܒܩ ܗܘܐ ܡܪܝܐ ܒܟܠܗܘܢ ܬܘܟܠܗ.
ܘܒܗ ܚܙܐ ܗܘܬ ܬܕܡܘܪ ܟܠܗ ܘܐܬܬܗܝܒܬ ܒܗ.
ܘܟܠܗ ܠܝܪܗ ܕܒܡܚܐ ܕܪܝܐ ܘܡܫܝܐ ܠܥܡܗ.
ܝܕܥܐ ܒܥܝܪܐ ܒܗ ܕܡܪܟܒܬܐ ܗܘܬ ܡܢ ܒ̈ܢܝܐ.
ܟܠ ܕܐܝܬܘܗ ܠܐ ܐܬܚܝܡܬ ܐܠܗܐ ܡܬܒܠܥ.
ܐܬܚܙܝ ܒܗ ܒܟܪܐ ܬܡܝܗܐ ܕܪܒ ܗܘ ܡܢ ܟܠ.
ܚܝܐ ܕܝܬ ܐܠܗܐ ܡܬܒܠܥܐ ܗܘܬ ܡܢ ܥܠܡܐ.
ܘܬܬܕܡܪ ܗܘ ܕܝܠܕ* ܡܢ ܒܬܘܠܬܐ ܡܫܡܥܐ ܗܘܬ.
ܐܝܟ ܡܕܡܐ ܝܕܥܐ ܗܘܐ ܕܢܒܥܐ ܐܝܟ ܠܒܪܗ.

v. 150. Cod. 117 : ܡܘܕܝܐ
v. 151. Cod. 117 : ܒܬܠܐ
v. 152. Cod. 117 : ܡܫܡܥܬܐ ܒܟܠ est : ܡܫܡܥܬܐ

Ipsum opus in ea patratum me ad loquendum de formosissima illa et ineffabili incitavit. Eo quod effecta est mater Filii Dei, perspexi et asserui ipsam solam in mundo esse mulierem omnibus puriorem.

Ex quo tempore bonum a malo discernere novit, in puritate cordis et rectis cogitationibus perstitit; non deflexit a justitia legis, neque eam passiones viles et carnales commovere potuerunt.

Ab infantia sua exoriebantur in ea motus sanctitatis, quos prudentia sua diligentissime enutrivit. Dominus ante oculos ejus positus erat omnibus diebus, ut ab eo illuminaretur et jucundaretur in ipso.

Porro quia hujus animam adeo puram et nitidam esse videbat, in ea a malis omnino mundata habitare voluit; propterea quod similis illi mulier non comparuit umquam, ministratum in ea fuit opus admirabile, quod cunctis est majus.

Una filia hominum quæsita fuit inter feminas, et ideo electa quod ceteris omnibus multum præstaret.

Pater sanctus matrem Filio suo efficere voluerat, et

v. 155. Cod. 117 : ܥܠܝ ܡܢ ܦܪܫܬܐ ܕܐܪܥܐ ܫܡܝܢܬܐ ܢܫ̈ܐ

v. 159. Cod. 117 : ܕܐܪܥܐ

v. 160. Cod. 117 : ܘܡܕܪܫܬܗ

v. 168. Cod. 117 : ܢܫ.

ܘܠܐ ܐܪܓܫ ܗܘܐ ܐܝܟ ܗܘ ܕܓܒܐ ܕܬܗܘܐ ܐܡܗ .
ܢܟܦܘܬܐ ܕܡܟܝܟܬܐ ܫܘܦܪܐ ܦܫܝܛܐ ܡܠܠܗ ܘܡܟܟܘܬܗ .
ܕܝܓܐ ܠܒܗ ܕܬܚܒܪ ܠܥܙܪܐ ܕܒܗ ܐܫܬܟܚ ܀
ܗܠܐ ܫܘܦܪܐ ܡܢܐ ܕܫܦܝܪ ܐܠܐ ܡܢ ܚܐܪܘܬܐ .
ܘܒܟܠܗ ܠܪܚܡܝܢ ܫܘܦܪܐ ܕܡܟܒܪܘܬܐ .
ܒܡܢܐ ܐܢ ܢܬܚܙܐ ܫܘܦܪܐ ܕܥܒܝܠ ܡܢ ܟܠܗܝ .
ܠܐ ܡܬܬܦܝܣ ܐܢ ܚܐܪܘܬܐ ܠܐ ܩܢܝܐ .
ܥܘܬܪ ܢܦܫܐ ܘܠܐ ܡܬܦܬܚ ܡܢ ܬܪܥܐ .
ܟܠ ܕܢܦܩܐ ܕܝܠܗ ܒܚܝܠܗ ܢܒܥ ܠܗ ܠܢܘܗܪܐ .
ܐܝܟܐ ܕܥܬܝܪ ܡܢ ܚܐܪܘܬܐ* ܘܩܢܝܐ ܫܘܦܪܐ .
ܡܟܝܠ ܗܢܐ ܐܝܟ ܡܬܬܡܟܢ ܐܢ ܥܬܝܪܐ ܗܘ .
ܐܝܟ ܟܠܗ ܥܒܕ ܫܘܦܪܐ ܕܡܢ ܒܚܝܠܐ* .
ܘܡܢ ܒܚܝܠܐ ܢܦܠ ܡܬܦܠܛ ܡܢܐ ܕܥܒܕ ܠܗ ܀
ܘܗܕܐ ܒܬܘܠܬܐ ܕܗܝ ܡܬܬܦܠܛ ܥܪܒܗ ܡܠܝܢ .
ܒܡܢ ܒܚܝܠܗ ܢܦܠ ܫܦܝܪܬ ܐܝܟ ܐܬܓܒܝܬ* .
ܗܘ ܠܘܬ ܗܘܐ ܕܢܗܘܐ ܐܠܗܐ ܡܢ ܒܪܬ ܐܢܫܐ .
ܘܕܗܒ ܕܫܦܝܪܬ ܗܝ ܐܬܓܒܝܬ ܕܬܗܘܐ ܡܠܟܗ .
ܘܒܝ ܢܛܪܬܗ ܕܡܠܟܗ ܩܪܐ* ܗܘ ܡܢ ܕܡܠܟܝܢܐ .
ܡܢ ܫܘܦܪܗ ܕܡܪܝܡ ܢܦܠ ܠܬܦܢܝܬܐ ܕܗܘܬ ܐܡܗ .
ܒܢܟܦܘܬܗ ܘܒܩܕܝܫܘܬܗ ܘܒܬܪܝܨܘܬܗ .
ܘܒܟܠܗܘܢ ܢܦܠ ܫܦܝܪܬ ܘܐܬܓܒܝܬ ܠܗ .

v. 179. Cod. 117 : ܐܝܟܐ ܕܥܬܝܪ ܡܢ ܚܐܪܘܬܗ

v. 181. Cod. 117 : ܚܐܪܘܬܐ

eam, quam ipsi in matrem elegerat, minime deseruit.

Puella virtutibus internis undequaque repleta, cujus cor tanta puritate excelluit ut meruerit videre mysteria quæ in ea patrata fuerunt.

In eo virtus consistit, ut homo ex libertate bene agat, et nonnisi per ejus voluntatem virtutes perfectæ splendescunt. Quantumque enim magna sit virtus, quatenus Dei donum, nequaquam encomiis afficitur, nisi libertas accedat. Sane pulcher est sol nec tamen a conspicientibus laudatur, quia manifestum est lucem ab eo non voluntarie præberi. Ast qui virtute ornatur ex libertate, is virtutes possidet; propterea etiam laudatur, si tamen virtute ornetur. Et sane Deus ipse amat virtutem ex voluntate *profectam*, et in eo qui ipsi placet bonam voluntatem laudat.

Age vero, Virgo ista, cujus laus a nobis edicitur, per bonam suam voluntatem accepta facta est apud Deum et ab eo fuit electa.

Descendebat ille ut homo fieret ex filia hominis, et quia hæc placita erat, electa fuit ut ex ea fieret *homo;* cum autem illius gratia cunctos mortales excedat, ideo Mariæ virtus maxime celebranda est quod effecta sit ipsius mater.

Humilitate sua, puritate, rectitudine ac bona voluntate tantum inclaruit ut ab eo eligeretur.

v. 184 in Cod. 117 pro ܐܦ ܐܬܟܣܝܬ est ܕܢܗܪܐ ܡܢܗ

v. 187. Cod. 117 : ܢܘܗܪܐ

ܠܗ ܐܣܪܬܐ ܡܣܒܪܬ ܡܠܬܗ ܠܟܘ ܢܒܝܐ ܗܘܐ.
ܠܐ ܓܝܪ ܢܩܫ ܡܢܝܐ ܚܐܦܐ ܕܟܐܦ ܗܘ ܘܬܪܒܝ.
ܠܗ ܐܡܬ ܗܘܐ ܡܕܘܡܝܐ ܒܠܥܡܗ ܐܘ ܒܩܘܪܒܐ.
ܦܠܐ ܗܘܐ ܠܗ ܐܡܝܐ ܐܣܪܬܐ ܕܠܡܬ ܒܗ ܡܕܘܡܝܐ *
ܗܢܐ ܡܘܦܪܐ ܕܕܓܐ ܗܘܐ ܡܢ ܟܠ ܡܘܦܪܝܢ*.
ܒܡܢ ܓܒܠܐ* ܢܒܐ ܦܐܪܐ ܠܕܦܢܐ ܠܗ.
ܘܠܠܘܗܝ ܐܪܦ ܢܬܗܪ ܡܠܠܗ ܒܡܦܢܩܣܬܐ.
ܕܡܢܐ ܡܫܒܪܬ ܠܕܘܡܝܐ ܕܠܓܒܝܗ ܡܢܝܐ ܠܐܡܢܐ.
ܡܢܐ ܕܢܗܘܐ ܗܘܐ ܒܢܢܐ ܐܒܝܐ ܠܡܘܦܪܐ ܡܫܒܪܬ.
ܠܗ ܓܝܪ ܬܡܢܝܬܐ ܠܗܕܐ ܡܡܘܣܬܐ ܕܒܡܢܠܗ ܗܘܬ.
ܠܕܘܡܝܐ ܠܗܘܕܝܐ* ܒܦܠܡܬܘܪܬܐ ܕܐܢܫܐ ܪܒܝܬ.
ܕܠܗܘܐ ܕܡܢ ܢܒܝܗ ܡܠܠܗ ܠܗ ܕܡܠܟܗ ܗܘܬ.
ܠܕܘܡܝܐ ܠܐܡܢܐ ܕܡܪܟܒ ܚܐܦܐ ܠܗܘܬ ܠܠܗܐ.
ܒܦܠܡܬܘܪܬܐ ܕܠܥܡܗ ܡܪܟܬ ܡܠܒܡܬ ܡܘܦܪܐ *
ܗܘ* ܓܝܪ ܕܢܒܝܫ ܡܠܠܗ ܡܡܫܝܐ ܒܡܫܡܫܢܐܝܬ.
ܢܩܒܘܬܗ ܗܘ ܘܗܘ ܡܬܦܠܫ ܕܡܢܐ ܪܒܡܢ * * .
ܡܘܦܪܗ ܕܡܢܝܡܠ ܠܕܘܡܝܐ ܠܗܕܐ ܡܡܘܣܬܐ ܐܡܬܘܗܝ.
*ܕܕܪܒ ܡܠܠܗ ܐܣܪܢܐ ܒܠܠܡܢܐ ܡܠܗ ܠܐ ܓܡܠ.
ܘܡܓܒܐ* ܘܠܒܘܟ ܢܬܓܠܗ ܠܡܢܝܐ ܕܩܡܘܬܐ.
ܕܕܢܐ ܡܡܘܣܬܐ ܓܪܫ ܢܩܒܘܬܗ ܠܟܠ ܓܪܡܬܐ.

v. 195. Cod. 117 : ܡܘܦܪ̈ܝܢ
v. 196. Cod. 117 : ܒܡܢ ܓܒܠܐ ܢܒܐ
v. 201. Cod. 117 pro ܠܗܘܕܝܐ ܠܕܘܡܝܐ est ܪܗܛܐ ܕܐܡܬ ܡܢܐ

Quod si altera præ illa accepta fuisset, hanc potius elegisset; neque enim Dominus accipit personas, cum sit justus et rectus, si qua macula aut defectus in hujus anima fuisset, aliam sibi matrem quæsivisset labe expertem.

Virtus ista quæ cunctis virtutibus nitore suo adeo præcellit, pertinet ad eum qui ipsam possidet; quamobrem justum est ut omnes admiratione gloriosissimam illam prosequantur, quæ tantopere excelluit ut eam Deus in matrem eligeret.

Quantum natura virtutes admittit, tantum *virtutibus* ornata erat; non enim voluntatis ejus erat ad talem mensuram pertigisse.

Adhuc virtutibus feminarum studuit : quod autem Deus oriretur ex ipsa, hoc non erat illius *merito tribuendum.*

Quousque accedere possint justi ad Deum, præstantissima illa *mulier* per virtutem animæ suæ ad eum accessit; quod autem Christus ex ea natus fuerit corporaliter, gratia ejus hoc fuit, et ipse inde laudandus quod nos tantopere dilexit.

Mariæ excellentia ad eum usque gradum pertigit, ut ea major non surrexerit in mundo universo; debitas ergo *gratias* abhinc et porro demus Domino, qui absque mensura gratiam suam super creaturas expandit.

v. 205 in Cod. 117 : ܗܘ ܢܦܫܗ ܕܝܠܕܬܗ ܡܪܝܡ ܡܠܟܘܬܗ ܠܦܘܩܕܢܝܬܗ

v. 208 in Cod. 117 : ܕܕܪܫ ܡܠܟܘܬܗ ܒܕܝܘܩܢܐ ܐܚܪܢܐ ܠܐ ܒܨܪ.

v. 209. Cod. 117 : ܡܟܝܠ

Digitized by Google

ܫܒܩ* ܗܘ ܕܒܪܐ ܕܡܠܟܘܬ ܬ̈ܠܡܕܐ ܠܐ ܢܦܘܩ ܠܗ ܀
ܘܗܕܐ ܕܦܪܝܫܐ ܕܠܗܘܢ ܒܬܠܡܝܕܐ ܕܪܫܐ ܡܠܟܘ .
ܐܬܒܛܠܬ ܗܘܬ ܐܝܟ ܡܫܝܚܐ ܘܐܝܟ ܡܫܝܚܐ*:
ܘܐܝܟ ܠܐܠܗܐ ܘܐܝܟ ܡܠܟܝܙܕܩ ܕܟ̈ܗܢܘܬܐ .
ܠܗܢܐ ܕܪܓܐ ܕܗܠܝܢ ܬ̈ܠܬܐ ܒܫܘܦܪܐ ܫܠܡܬ .
ܘܡܢ ܐܬܦܪܣܬ ܕܬܗܘܐ ܐܟܐ ܠܒܪ ܩܝܡܐ .
ܒܝܕܐ ܠܫܡܗ ܕܡܠܟܝܙܕܩ ܒܫܡܗ* ܡܙܓܬ .
*ܘܡܢ ܗܘ ܝܗܒ ܠܗ ܗܘ ܢܣܒܘܬܐ ܕܕܠܐ ܫܦܐ ܗܘ .
ܒܪ ܒܗ ܡܟܪܝܐ ܕܡܟܠܠܐ ܫܘܦܪܐ ܕܩܝܡܬܐ* .
ܘܟܠܐ ܕܠܒܪܐ ܒܥܘܒܗ ܕܐܒܐ ܩܝܡܐܝܬ .
ܘܩܪܒ ܠܒܪܐ ܡܢ ܠܝܘܬܢܐ ܕܟ̈ܗܢܐ .
ܕܠܗܠܐ ܫܒܪܬܐ ܠܡܘܒܠܐ ܡܠܟܝܙܕܩ ܫܘܦܪܐ ܀
ܕܠܐ ܐܒܪܗܡ ܢܣܒ ܪܫܐ ܕܟ̈ܗܢܘܬܐ .
ܘܢܣܒ ܩܝܡܗ ܐܝܟ ܕܐܬܦܪܙ ܡܢ ܟܠܗܐ .
ܕܗܘ ܒܡܫܘܚܬܗ ܥܠܝܐ ܗܘܬ ܠܗ ܠܥܐܠܐ ܪܫܐ .
ܕܒܠܝܢܐ ܠܐܠܗܐ ܠܥܠܝܐ ܗܘܬ
ܒ̈ܪܟܬܐ ܘܒܫܒܘܚܬܐ ܘܒܫܒܝܚܘܬܐ .
ܦܫܛܬ ܡܟܪܝܐ ܗܘ ܠܫܠܡܐ ܪܘܚܢܐ .
ܒܝ ܩܝܡܐ ܘܦܫܛܐ ܒܬܗܪܐ ܩܪܒ ܠܐܠܗܐ :
ܘܐܚܝܕ ܠܒܢܘ ܒܫܘܟܐ ܩܝܡܘܗܝ ܠܡܟܪܟܘ .

v. 211. Cod. 117 : ܫܒܩ
v. 213. Cod. 117 : ܠܐܠܗܐ
v. 217. Cod. 117 : ܒܫܒܪܗ

Certum est Filium eum esse quem omnes mundi capere non possunt, Mariam vero eam qua inter natos non est major.

Purificata fuerat sicut præclari viri Johannes et Johannes *alter*, Elias et Melchisedek. Ad hunc horum excelsorum gradum virtute ascendit, et tum Filio sancto in matrem fuit electa.

Ubi ad terminum usque excellentiæ in anima sua accessisset, tum demum in ipsa gratia sine termino habitavit. Cum vidisset Dominus eam omni sanctitatis decore esse repletam, in casto ipsius sinu sancte voluit habitare.

Itaque angelum ex cœlestium legionibus ablegavit, qui beatæ et præstantissimæ virgini nuntium afferret. Surgens Gabriel, summus exercituum dux, descendit ad eam, sicut missus fuerat ab Altissimo; illa namque sola magno hoc mysterio digna erat, quæ visione divina dignata fuerit.

In orationibus, in sinceritate et simplicitate Maria revelationem hanc spiritualem accepit; ipsa quippe sancta erat et stans mirabunda corum Deo, orando cor suum ante ipsum cum amore effundebat.

v. 218. In Cod. 117 : ܕܟܝ ܗ̇ܘ ܚܙܐ ܒܗ ܘܗܘܐ ܡܫܟܢܬܐ ܕܕܠܐ ܫܘܚܠܐ ܗܘܐ

v. 219. Cod. 117 : ܕܐܕܡܫܟܢܬܐ

ܡܥܠܘܬܐ ܗܘܬ ܕܐܦ ܕܠܬܚܬ ܡܥܠܘܬܐ ܗܘܐ:
ܡܢ ܗܘ ܗܢܐ ܥܢܢܐ ܕܢܘܗܪܐ ܢܚܬ ܗܘܐ ܥܡܗܘܢ.
ܠܥܡܐ ܐܝܣܪܝܠ ܡܢ ܡܨܪܝܢ ܗܘܐ ܥܡܘܕܗ ܩܕܡܝܗܘܢ:
ܠܡܪܕܝܗܘܢ ܡܛܠ ܐܠܗܐ ܫܕܪܗ ܥܢܢܐ.
ܘܗܕܪܐ ܓܠܝܬܐ ܕܒܥܢܢܐ ܪܡܐ ܫܟܝܢܬ.
ܡܥܠܘܬܐ ܗܘܬ ܡܢ ܦܬܓܡܗ ܠܥܢܢܐ ܕܢܚܬ.
ܥܠܘܬܐ ܕܫܡܫܐ ܥܠܡ ܐܠܗܐ ܦܬܓܡܐ ܕܐܪܐ:
ܘܡܫܒܚܢܐ ܠܗ ܘܫܘܒܚܐ ܡܠܗ ܘܡܫܬܥܒܕܢܘܬܐ ܒܗ ✤
*ܢܚܬ ܗܘܐ ܥܢܢܐ ܡܢ ܡܥܠܘܬܐ ܫܡܝܐ ܦܪܝܫܐ.
ܘܡܚܘܐ ܠܗ ܡܠܦܢܐ ܕܐܬܚܙܝ ܠܗ ܡܢ ܥܠܡܐ.
ܡܠܠ ܠܟܘܢ ܦܪܝܫܐ ܡܢܝ ܠܡܠܟܘܢ ܒܫܠܡܘܬܐ..
ܡܫܪܘܬܐ ܐܢܬܘܢ ܕܡܪܝܡ ܦܐܪܐ ܕܡܠܟܘܬܟܘܢ.
*ܡܢ ܕܡܢ ܡܫܒܚܬܐ ܡܬܚܫܒܐ ܗܘܬ ܡܪܘܡܐܝܬ.
ܕܡܠܐ ܗܘ ܠܚܝܠܗ ܕܢܘܗܪܐ ܡܫܡܫܐ ܕܠܐ ܡܥܕܪܐ ✤
*ܐܡܪ ܥܢܢܐ ܠܐ ܬܬܕܗܪܘܢ ܡܠܟܘܬܐ ܩܕܝܫܐ.
ܡܪܝܐ ܓܠܐ ܠܟܘܢ ܕܬܗܘܘܢ ܐܡܗ ܒܡܠܟܘܬܗ.
ܗܐ ܡܢ ܗܫܐ ܬܦܩܘܢ ܒܫܒܝܠ ܡܪܘܡܐܝܬ.
ܘܬܐܠܦܘܢ ܦܘܠܚܐ ܕܡܦܠܚܘܬܐ ܫܘܒ ܠܐ ܢܗܘܐ ✤
ܐܡܪܐ ܡܪܝܡܐ ܐܡܝܢ ܬܗܘܐ ܡܢܝ ܕܐܡܪ ܐܠܗ.
ܕܟܠ ܠܐ ܡܣܒܠ ܠܟ ܥܘܕܪܐ ܡܫܬܡܠܝܐ ܘܐܡܝܢ ܐܡܪܐ.
ܒܪܐ ܡܫܪܝܢ ܘܬܘܬܒܐ ܠܐ ܢܩܒܠ ܐܒܐ.
ܒܠܝܐ ܦܬܓܡܐ ܘܠܐ ܚܙܝܬ ܠܟ ܡܬܕܡܝܘܬܐ ✤

vv. 239-240. Videsis in *Off. Syr.* p. 236.
vv. 243-244. Cfr. in *Off. Syr. ibid.*

In oratione erat, sicut etiam Daniel versabatur in oratione, quando ad eum descendit igneus angelus. Sacerdotem Zachariam, dum stabat in sancto sanctorum orando coram Deo visitavit angelus. Et puella hæc, magnæ revelationis particeps effecta, in oratione versabatur quando angelum descendentem excepit.

Oratio sincera cum Deo mystica colloquia habet, loquitur illi, sermonem audit ex eo atque innititur ipsi.

Descendit Angelus, dum Maria staret in oratione, atque pacem obtulit ei missam ab Altissimo : « Ave tibi, Maria, Dominus noster tecum, o beata! Benedicta tu et benedictus fructus virginitatis tuæ. »

Hæc autem cum audisset, prudenter cogitabat quænam esset causa hujusmodi insuetæ salutationis.

Dixit ei Angelus : « Noli turbari, o plena gratia! Dominus in te sese complacuit, ut fias mater ejus in virginitate tua; ecce ex hoc nunc sancte fœcundata concipies, et paries Regem cujus regni non erit finis. »

Respondit Maria : « Quomodo fiet id quod loqueris, quandoquidem virum non cognosco, et quomodo fœcundabor? Filium mihi annuntias; sed ego commercium virile non cognosco; partum audio, at non apparet mihi viri societas. »

vv. 245-248. Leguntur in *Off. Syr. ibid.*
vv. 251 et 252. Pariter adsunt *ibid.*

Digitized by Google

ܢܗܘܪܐ ܦܠܚܝܐ ܗܘܐ ܗܘ ܠܟܪܡܐ ܕܦܘܩܕܢܐ ܥܠܝܡܘܬ.
ܘܡܦܠܚܢܐ ܗܘܐ ܠܟܠ ܒܢܝܢܫܐ ܒܩܘܫܬܐ.
ܚܕܐ ܡܫܡܫܬܐ ܒܪܐ ܡ̈ܫܡܫܢܐ ܘܚܕ ܡܠܐܟܐ.
ܘܚܙܐ ܒܢ̈ܝܐ ܘܦܠܚܠܗ ܗܪܟܐ ܕܠܗ ܢܗܘܪܐ ܗܘ.
ܒܬܘܠܘܬܐ ܕܩܕܫܬܐ ܘܚܒܝܪܐ ܕܠܘܪܐ ܒܢܘܗܪܐ ܡܠܠܟܘ.
ܦܠܚܢܐ ܕܢܦܩ ܒܗ ܐܬܟܢܐ ܠܦܘܩܕܢܐ.
ܚܕܐ ܡܢ ܬ̈ܪܬܝܢ ܘܪܚܡܐ ܕܠܗܘܢ ܬ̈ܠܡܝܕܘܬܐ.
ܒܒܝܬܗ ܗܘܐ ܢܥܡ ܟܠ ܢܘܟܪܝܘܬܐ ܕܟܠܡܝܢ ܒܟܠܗ.
ܒܗ ܟ̈ܠܗܝܢ ܘܒܬ̈ܡܝܢ ܢܘܪܐ ܡܢܗ ܗܘܘ.
ܘܐܒܕܘ ܘܫܒܚܘ ܘܒܪܟܘ ܚܡܝܢ ܕܢܝܕܥܘܢ ܗܘܘ.
ܓܠܝܬܐ ܘܒܢܝܐ ܒܗܢܘ ܒܬ̈ܪܬܝ ܘܗܦܟܘܗܝ ܚܙܝܐ.
ܠܡܢܐ ܕܦܩܒܠܗ ܠܗܘܢ ܦܪܘܫܬܐ ܕܢܝܩܝܐ ܘܐܒܗ.
ܐܬܦܢܐ ܪܒܐ ܗܘ ܕܢܒܠ ܗܘܐ ܒܗ ܐ̈ܠܦܢܐ.
ܐܬܐ ܠܦܪܢܐ ܘܒܐܒ ܠܟܠܗ ܘܗܘܝܐ ܚܝܠܐ.
ܐܪܟܝܢܬܐ ܘܫܠܝܚܐ ܒܒܪܟܐ ܦܠܚܠܗ.
ܘܒܬܪܟܗ ܗܪܬܐ ܒ̈ܢܝܐ ܢ̈ܒܝܘܗܝ ܘܐܫܬܠܡܘ ܗܘܘ.
ܐܬܢܠܗ ܗܘܐ ܕܢܚܐ ܒܝܬܐ ܕܦܠܚܗ ܠܐܒܘܟ.
ܘܐܬܐ ܐܚܪܢܐ ܕܢܚܐ ܓܒܪܐ ܕܢܬܠܫܘܟ ܒܗ.
ܢܠܦ ܗܘ ܚܘܒܐ ܡܢ ܒܢܝܢܫܐ ܠܡܦܠܚܘ.
ܘܢܠܦ ܚܕܐ ܕܒܗ ܦܠܚܘܗܝ ܠܡܦܠܚܘ.
ܢܠܒ ܕܢܬܠܐ ܕܐܒܠ ܦܘܬܐ ܒܡܪܒܐ ܕܐܘܪܒ.
ܡܢ ܚܪܡܝܐ ܕܠܒܢܐ ܬ̈ܡܐ ܒܗܒܠܐ ܕܐܒܬܗ.
ܘܢܒܠ ܐܚܐ ܕܒܬܒܗ ܢܒܗ ܒܗ ܐ̈ܘܟܠܐ.
ܒܪܬܐ ܡܪܒܗ ܠܗ ܫ̈ܘܒܬܐ ܕܐܘܪ ܐܒܘܗ.

Digitized by Google

Mirabilis fuit hora illa, qua Maria stabat cum Gabriele colloquens. Hinc humilis filia in opum, illinc angelus sibi mutuo obviaverunt, et rem enarrarunt prorsus admirabilem.

Virgo pura et angelus igneus mirabiliter pacis tractatum terricolas inter ac cœlites ineunt. Hinc una inter mulieres, illinc exercituum dux fœdus de reconciliatione totius mundi pepegerunt.

Inter superos et inferos duo sedebant : locuti sunt, auscultarunt, et iræ obnoxios reconciliatos effecerunt. Puella et angelus sibi mutuo obviaverunt et negotium versant donec aboleverint contentionem Domini et Adami. Perturbator magnus qui hunc corruere fecerat inter arbores jam ipse conculcatur et omnino devincitur, factaque est reconciliatio.

Terrestris et cœlicola sese cum amore alloquuntur, cessavitque contentio duarum partium inter se conciliatarum. Permutatum fuit tempus malum quod occidit Adam et venit aliud tempus bonum, quo resurrectio fieret.

Loco serpentis *antiqui* surrexit Gabriel ad loquendum, et pro Heva ingressa est Maria sermonem excipiens. Pro mendace qui objecta tentatione mortem induxit, verax surrexit ut allato nuntio vitam prædicaret; et pro matre quæ subscribendo debitum contraxit inter arbores, filia omnia Adami patris sui debita solvit.

Digitized by Google

ܢܓܪܐ ܘܢܦܚܐ ܒܟܘܪܐ ܘܦܛܝܫܐ ܐܫܬܟܠܠܘ ܗܘܘ ܀
ܘܐܬܐ ܣܪܒܐ ܗܘ ܕܐܬܟܪܝܠ ܥܠ ܣܘܪܐ .
ܚܙܘ ܡܢ ܓܒܝܐ ܐܝܟܢ ܕܗܘܐ ܘܫܘܬܐ ܥܠܘܗܝ ܀
ܕܢܣܬܟܠܘܢ ܡܢ ܦܬܓܡܝܗ ܠܗ ܡܢܗܘܬܐ .
ܘܟܕ ܚܙܘ ܠܓܒܪܐ ܡܢ ܢܦܫܗ ܠܗ ܫܩܠ ܟܪܝܗ ܀
ܘܦܟܟܘܢ ܡܠܠܗ ܪܡܙܐ ܕܚܙܝܐ ܘܡܬܚܙܐ ܠܗ .
ܗܘ ܟܢܘܫܐ ܕܟܢܫ ܚܙܝܐ ܟܕܐ ܠܐܝܣܪܐܝܠ ܀
ܘܐܬܪܢܝ ܡܢܗܘܢ ܕܒܛܠܬܐ ܕܫܒܬܐ ܢܓܕܐ ܟܠܗܘܢ .
ܐܬܐܬܝܢ ܟܬܘܒܢ ܕܐܫܬܟܚܘ ܗܘܘ ܥܠ ܐܡܪܝܗܘܢ ܀
ܐܬܝܢ* ܕܐܬܡܠܟܘ ܒܬܪܝܢ ܕܐܝܢ ܡܢ ܒܬܪ ܚܕ .
ܡܢܗܘܢ ܫܒܥܐ ܒܐܝܕܘܗܝ ܚܙܝܐ ܠܚܙܘܐ ܪܐܙܐ ܀
ܘܡܢܗܘܢ ܡܠܟܐ ܒܐܝܕܘܗܝ ܠܡܪܐ ܫܒܝܬܐ ܠܡܫܪܝܬܐ .
ܚܙܬܗ ܕܡܬܡܟܪܐ ܕܦܠܓܘܗ ܚܘܝܐ ܠܒܢܝ ܐܝܣܪܐܝܠ ܀
ܠܗܘܫܥ ܟܝܢܐ ܟܐܪܙܗ ܕܦܬܓܡܐ ܡܠܟܐ ܚܘܐ .
ܫܪܝܗ ܠܚܪܒܐ ܘܓܒܪܐ ܒܩܛܠܗܘܢ ܠܥܡܡܐ ܀
ܚܪܘܐ ܡܠܟܐ ܘܫܒܛܐ* ܡܠܗ ܕܢܬܒܬܐ .
ܐܬܢܒܝܬ ܗܘܬ ܥܠ ܢܘܨܚܐ ܒܡܠܟܘܬܐ ܒܟܠܗܝܢ ܀
ܘܗܘܝܬ ܐܝܟܢ ܡܚܪܘܣܘܬܐ* ܠܟܢܫܐ ܪܒܐ .
ܘܣܓܝ ܗܘܐ ܒܡܠܟܘܬܐ ܐܚܪܬܐ ܐܬܚܙܝܬ ܗܘܬ ܀
ܘܐܬܦܠܓ ܠܗ ܚܪܘܐ ܟܐܪܙܗ ܥܠ ܓܒܠܐ .
ܒܡܪܟܐ ܕܓܒܠ ܗܘܐ ܦܬܓܡܐ ܡܠܠܗ* ܠܟܠܗ ܗܘܘ ܫܩܠܐ ܀
ܘܓܒܪܐ ܡܚܙܝܐ ܪܒܐ ܕܡܚܙܐ ܟܝܢܐ* ܬܡܢ .

v. 286. In cod. 117 : ܐܬܝܢ ܕܐܬܡܠܟܘ ܒܬܪܝܢ ܕܐܝܢ ܡܢ ܠܗܘܫܥ ܡܢ

v. 292. Cod. 117 : ܘܫܒܛܗ

Heva et serpens per Angelum et Mariam excepti fuerunt, et in integrum restituta est res illa quæ implicata fuerat ab initio.

Aspice quomodo inclinata sit Hevæ auris et attenta voci dolosi istius, mendacium ipsi insusurrantis; age, porro, lætare quod angelus Mariæ infundat vitam in aurem, serpentis ab ea transferat reptationem, eamque consoletur.

Ædificium illud, quod subverterat serpens, reædificavit Gabriel, et restituit Maria structuras quas Heva in Eden diruerat.

Duæ virgines quæ nuncium acceperunt a legatis; duo qui missi fuerunt unus post alterum ad duas generationes. Satanas per serpentem misit secretum ad Hevam et misit Dominus per angelum nuntium ad Mariam.

Gabriel in aure Mariæ propter Hevam dissolvit contra nequam serpentis sermonem, et, re in integrum restituta, verbis suis pravum colloquium destruxit. Veritas locuta est et siluit omne mendacium.

Virgo fuerat a rebelli decepta in Eden ejusque auris effecta erat fistula deceptori magno; sed pro ea virgine, alia fuit electa, cui veritas ab Altissimo prædicaretur in aure. Eadem porta, qua ingressa erat mors, intravit vita, et solutum est vinculum quod nequam olim confecerat.

v. 294. Cod. 117 : ܠܡܫܡܕܘܣܘܬܐ

v. 297. Cod. 117 : ܡܕܢܗ

v. 298. Cod. 117 : ܡܕܘܬܐ

Digitized by Google

ܐܝܟܐ ܕܫܝܢܝܗ̇ ܫܠܝܬܐ ܘܦܠܘܚܬܐ ܥܠܝ ܛܘܪܝܐ܆
ܐܬܝܬܝ̈ ܗܘܬ ܐܦ ܢܛܘܪܬܐ ܕܬܐܣܐ ܠܐܝܕܟ܀
ܠܐ ܡܩܒܠ ܝܘܡܐ ܫܠܡܐ ܠܗܘܐ ܡܢ ܡܠܠܐ ܠܗ܆
ܠܐ ܝܗܒ ܐܝܠܐ ܒܗ ܫܠܡܐ ܒܐܘܪܚܐ ܕܡܟܝܟܐ ܦܠܘܬܐ.
ܠܟܠܐ ܐܡܪ ܒܗ ܡܘܡܪܐ ܠܥܒܕ ܒܗ ܫܘܠܐ ܠܥܒܪ ܒܗ܆
ܡ̈ܟܟܐ ܒܝܬܐ ܘܗܫܒܬܐ ܩܪܝܬܐ.
ܒܟܠܝܘܡܬܐ ܘܙܪܐ ܘܫܒܝܠܐ ܘܐܘܪܚܬܐ ܕܕܡܟܐ܆
ܒܟܠ ܡܥܒܪܬܐ ܒܡܫܦܟܟܢܐ ܕܡܝܬܒ ܗܘܐ ܠܒܪܡܢܗ ܐܝܟ.
ܘܠܡܘܡܠܠ ܗܘܠܝܢ ܓܠܠ ܦܠܟ ܠܒܪܐ ܡܠܒܫܗ ܕܟܪܐ܆
ܘܐܝܬܘܗܝ ܠܦܪܙܡܠ ܢܨܐ* ܕܫܢܐ ܥܠܝ ܠܠܗܐ.
ܢ̈ܟܠܡܐ ܡܝܬܒ ܠܗ ܫ̈ܢܐ ܐܪܒܥ ܒܗ ܡܥܠܐ ܦܪܐ ܠܗ܆
ܒܥܘܠܐ ܦܝܓ ܒܗ ܘܦܠܓܐ ܡܟܠܘܢ ܡܩ̈ܕܡܬܐ.
ܐܦܬܐ ܕܟܘܠܐ ܗܘ ܕܟܝܢܐ ܗܘܐ ܒܝܬܐ ܗܦܝܟ܆
ܠܦܪܢܗ ܒܡܫܝܚܗ ܒܪ ܠܠܗܐ ܕܬܘܒ ܠܐ ܬܬܒܥܝ.
ܫܦܝܐ ܕܫܒܝܟ ܗܘܐ ܒܡܠܬܐ ܢܨܐ ܬܪܝܢ ܒܝ ܢܦܫ܆
ܕܢܗܘܐ ܡܥܠܐ ܒܡܠܬ* ܐܬܟܠܝܐ ܠܦܩܕܢܐ܀
ܡܬܟܠܡܢܐ ܢ̈ܟܠܡܐ ܠܦܪܢܣܟ ܡܩܒ ܗܘܐ ܟܝܢܐ܆
ܐܝܟ ܪܗܒܬܐ ܕܡܥܠܐ ܪܒܐ ܠܟܠܟܠܡܐ ܟܠܗ.
ܡܠܟ ܠܟܠ ܦܪܢܣܟ ܡܢܝ ܠܟܠܟܠ ܐܦܪܢ ܗܘܐ ܠܗ܆
ܒܫܒܝܠܐ ܡܫܡܠܝܬ ܘܒܪܐ ܢܟܝܬ ܒܫܠܘܡܘܬܗ*.
ܐܦܪܐ ܠܗ ܗܘ ܐܡܝܢ ܬܗܘܐ ܐܡܪ* ܕܐܦܪܢ ܐܝܠܐ܆

v. 308. Cod. 117 : ܢܨܐ

v. 314. Cod. 117 : ܡܥܠܬ ܢܨ̈ܐ

Ubi ab initio peccatum et mors multiplicati fuerunt, abundavit etiam gratia ut vivificaret Adamum.

Serpens, Hevæ loquendo, ei non obtulit pacem, neque enim pax esse poterat in mortifero ejus consilio.

Fraudulentus cecinit ei mendacium, inspiravit iniquitatem effuditque consilia perversa et colloquium fallax. Inimicitiam, mysterium necis et furorem sanguinis Adamitis, prolato suo sermone, in promptu exhibuit.

At vero, contra ista congrediens stetit angelus Filii legatus, et Mariæ nuncium vitæ divinitus attulit; obtulit ei pacem, vitam in ipsa seminavit, reconciliationem annuntiavit, eique cum amore obviando cuncta priora abolevit.

Murum iniquitatis quam olim ædificaverat serpens, Filius Dei per descensum suum evertit, ut iterum non restituatur; parietem quæ posita erat inter partes aperuit, quando processit ad pacem terricolas inter et cœlites constituendam.

Quapropter pacem Mariæ adprecatus angelus, veluti arrhabonem magnæ totius mundi reconciliationis : « pax tibi, Maria, inquit, Dominus noster tecum; fœtum concipies et paries filium in virginitate tua. »

Cui illa respondit : « quomodo fiet sicut tu dicis, cum

v. 318. Legitur in *Off. Syr.* p. 236. — Porro cod. 117 pro ܡܫܠܡܢܘܬܗ est : ܕܠܐ ܗܘܝܐ

v. 319. Pro ܐܝܟ est : ܡܢܘ

ܕܩܛܘܠܘܬܐ ܐܦܐ ܘܠܐ ܐܝܟ ܦܐܪܐ ܠܩܛܘܠܘܬܐ*܀
ܗܘܐ ܚܒܠܐ ܢܨܒ ܚܛܝܐ ܗܘܬ ܟܠܗ ܬܕܐܠܐ.
ܕܠܬܢܘܪ ܠܗ ܚܪܒܐ ܕܒܪܐ ܡܢ ܚܙܪܐ ܒܗ.
ܚܒܠܬ ܦܪܕܝܣܐ ܕܢܝܚ ܠܟܠܗ ܡܢ ܡܠܐܟܐ.
ܟܠܗ ܗܘ ܒܛܒܐ ܕܪܢܝ ܗܘ ܚܪܒܗ ܡܢ ܦܘܫܐ܀
ܗܐ ܒܟܠܐ ܚܘܒܪܐ ܡܛܠܐ ܦܪܕܝܣܐ ܠܡܬܪ ܒܗ.
ܘܒܟܠܐ ܬܣܟܝܢ ܗܟܝܢ ܕܡܠܟܗ ܠܦܪܘܣܝܢ.
ܗܕܐ ܕܚܒܠܬ ܕܢܓܠܐ ܡܠܟܗ ܡܠܛܠ ܒܛܠܗ.
ܘܡܢ ܕܡܠܟܗ ܗܘܬ ܘܡܬܢܨܘܐ ܗܘ ܠܡܩܒܠܗ ܠܗ.
ܠܐ ܫܒܩܬ ܗܘܬ ܙܒܢܐ ܠܚܘܒܐ ܡܢ ܐܚܕ ܒܗ.
ܕܒܪܣܝܬܗ ܫܘܫܛܬ ܘܐܒܥܪܬ ܕܝܠܗܬܐ܀
ܗܕܐ ܝܠܝܬܐ ܚܪܪܐ ܫܒܩܬ ܡܢ ܚܪܝܪܐ.
ܘܡܢ ܢܨܒ ܗܘܐ ܚܒܠܬܗ ܗܘܬ ܟܠܗ ܦܘܫܐ.
ܗܘ ܠܐܠܗܐ ܡܫܒܚܬ ܕܗܘܝܐ ܡܢ ܐܡܗܬܐ.
ܘܠܐ ܐܒܪܬ ܗܘܬ ܕܐܡܪ ܠܗܘܐ ܡܢܟܘܢ ܕܐܡܪ ܐܠܗ.
ܘܗܕܐ ܕܦܬܓܡܐ ܠܒܪ ܠܗܐ ܐܡܪ ܠܗ ܠܒܪܐ.
ܘܠܐ ܦܩܕܬܗ ܠܒܢܝܐ ܕܡܩܒܠܬ ܚܪܝܪܬܐ܀
ܕܗܘ ܒܩܝܡܗ ܦܩܕܐ ܠܒܢܝܐ ܕܠܗܘܬܐ.
ܠܐ ܐܬܦܩܕܬ ܟܠܗ ܕܢܛܪ ܒܩܝܡܗ ܕܐܡܪ܀
*ܠܗܕܐ ܕܢܟܝܐ ܡܠܟܢ ܠܒܪܐ ܐܬܦܟܠܬ ܠܗ.
ܘܒܪܬ ܘܒܟܬ ܚܒܝܫܬ ܡܠܟܬ ܘܡܢ ܡܬܦܫܬ ܗܘܬ܀
ܣܝܡ ܐܠܗ ܗܘܐ ܒܟܠܐ ܡܫܒܪܐ ܗܕܐ ܡܢܗ ܗܘ.

v. 320. Cod. 117 : ܠܩܛܘܠܬܐ

ego sim virgo, nec fructus sit virginibus? »

Tunc utique interrogationibus maxime opus erat, ut sibi generatio Filii in ipsa habitaturi affulgeret; interrogavit Maria ut nos de hoc conceptu, cujus historia explicationem transcendit, ab angelo edoceremur.

En quantum Maria contemplantibus eam virtutibus excellens appareat, et quantum dotes ejus sint discretis amabiles! Nempe quod interrogavit ut ab Angelo de conceptu suo certior fieret, id suum erat *meritum*, et auditoribus proficuum cessit.

Non interrogaverat Heva serpentem, quando hic eam decepit, sed voluntarie tacens assensit mendacio. Puella hæc veritatem audivit a verace, at non prius quam ipsum de rei expositione multum sciscitata fuisset.

Illa se per arborem deam factam iri audiens, minime dixerat : « quomodo istud quod tu dicis efficietur? » Hæc vero cum ei angelus dixisset ipsam Filium Dei concepturam, prius ei non assensit quam didicisset veritatem.

Ipsam per se ascensuram ad gradum divinitatis minime mendacio vertendum suspicata est virgo Adami; ea vero quæ paritura erat Filium Dei, cum ipsi sermo fieret, scrutatur, inquirit, edocetur, et tunc demum tacuit.

Videsne nunc quantum hæc sit illa virtute præstantior?

v. 339. In cod. 117 sic est : ܒܗܕܐ ܕܡܠܟܐ ܒܟܢ ܟܠܗ ܐܫܬܐܠܬ ܒܗ̇

ܘܡܟܝܟܠܐ ܡܣܒܪܢܗ ܓܒܢܗ ܠܗ ܡܪܝܐ ܘܡܟܒܪܘ ܐܡܟܗ.
ܫܡܫ ܗܘܐ ܕܢܛܠܐ ܘܫܡܫ ܗܘܐ ܠܘܬ ܕܢܦܠܐ ܗܘܬ:
ܘܫܘܥܪܢܗ ܡܟܒܫ ܦܘܩܕܐ ܡܢ ܡܠܐܟܐ ✤
ܫܦܝܪ ܕܢܛܝܪ ܫܘܦܪܗ ܗܘܐ ܠܒܪܐ ܦܪܘܩܢ.
ܘܐܡܪ ܚܣܝܘܬܗ ܕܗܘ ܡܬܬܥܪܐ ܣܡܝܟܘܬܗ.
ܫܦܝܪ ܕܒܣܪܐ ܗܘ ܡܝܬܬܐ ܒܗܘ ܚܘܝܢܐ.
ܗܢܘܢ ܬܠܬܝܢ ܐܦܝܗ ܕܗܘܐ ܫܘܦܪܗ ܕܒܪܐ.
ܫܦܝܪ ܕܚܒܝܒܐ ܗܘ ܡܫܡܫܢܐ* ܗܘ ܠܡܬܠܒܫܝܢ.
ܕܟܠܐ ܡܢܐ ܕܢܚܬ ܗܘ ܠܐܠܗܐ ܗܘܐ ܦܪܥܬ.
ܒܗܘ ܦܘܠܚܢܐ ܒܗܘܐ ܡܝܬܬܐ ܠܟܠܗ ܥܠܡܐ.
ܣܝܡܬܐ ܒܣܪܐ ܘܡܢ ܓܘ ܦܪܘܩܢ ܕܝܘܬܐ.
ܒܦܓܪܗ ܕܚܝܐ ܚܝܘܬܐ ܘܫܦܝܪ ܚܘܪܐ:
ܒܡܦܩܢܘܬܗ ܕܦܪܘܩܢ ܬܚܝܐ ܘܗܘܐ ܟܠ ܕܝܘܬܐ ✤
ܕܒܠܗ ܠܟܝܢܐ ܕܐܦܝܢ ܠܘܬܗ ܡܟܐ ܕܐܦܝܢ ܐܠܗ.
ܘܢܦܪ ܠܢܦܫ ܐܪܥܗ ܕܦܟܝܚܐ ܘܡܟܝܦܬܗ ܕܝܩܝܪܗ ✤
ܪܘܚܐ ܕܡܘܕܝܐ ܐܬܐ ܠܘܬܗ ܡܝܬܐܡܬ.
ܘܣܒܠܐ ܟܠܟܠܐ ܠܢܝܢ ܠܟܠܗܘܢ ܡܟܒܫ ܢܘܚܐ ✤
ܗܘܪܐ ܣܒܠܐ ܠܗ ܡܟܒܗ ܕܡܐܡܪܐ ܡܢ ܠܥܠܐ.
ܘܠܐ ܡܬܦܠܠܐ ܐܠܐ ܒܬܗܪܐ ܕܗܡܝܢܘܬܐ.
ܐܘܟܐ ܕܬܡܝܢ ܡܢ ܕܒܪܐ ܦܟܐ ܚܪܒܐ.
ܘܣܘܟܐ ܕܢܦܫܗ* ܠܬܦܠܠܐ ܒܗ ܕܠܐ ܚܪܝܢܐ.
ܡܠܬܐ ܕܚܝܐ ܒܡܠܠܗ ܕܒܪܐ ܘܠܡܠܐ ܒܗ.

v. 349. Cod. 117 : ܗܘ ܡܫܡܫܢܐ.

Igitur propter præstantiam suam elegit eam Dominus, ac matrem suam effecit. Facile erat silere et facile interrogare; itaque propriæ discretionis suæ causa edocta est ab angelo veritatem.

Quantum in hac re reprehensibilis fuit Heva, tantum Maria exstitit præclara, et sicut illius stultitia, ita et hujus sapientia apparuit. Quantum prior in hoc negotio fuit contemptibilis, tantum inclaruit altera in re Filii; quantum illa stulta, tantum sapiens hæc recogitanti!

Quæcumque debita erga Deum illa contraxit, hæc ista persolvit. Per illam ruina, per hanc resurrectio universo generi nostro; peccatum per Hevam, ex Maria vero justitia! Per silentium Hevæ reatus et nomen infame; per Mariæ sermonem vita et lux cum victoria!

Angelo respondit : « quomodo fiet id quod dicis ? » Tuncque ille orsus est explicare viam Regis hujusque ad ipsam descensum : « Spiritus sanctus superveniet ad te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi, o beatissima. »

Hic rei magnitudo sermonem excedit, et nonnisi cum fidei admiratione loquendum est; affectus solito sublimiores requirit argumentum; et ideo amor flagrans de ea sine contentione loquatur!

Vitæ *æternæ* negotium in verbo angeli versabatur :

v. 362. Cod. 117 : ܘܪܫܡܐ

ܒܠܫܢ̈ ܕܒܐܬܐ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܩܪܐ ܕܢܩܒܐ.
ܠܡܝܩܪ ܪܘܚܐ ܘܗܦܟܝܢ ܫܒܝܠܐ ܥܒܪܐ ܒܢܩܒܘܬܐ܀
ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܠܗ ܪܘܚܐ ܠܐܬܐ ܘܫܡܠܝ ܦܢܝܢ.
ܚܝܠ ܟܠܟܠ ܗܘܝܘ ܡܕܒܪܐ ܕܡܢ ܟܠܟܠ.
ܗܘ ܕܐܝܟ ܒܗ ܕܢܐܬܐ ܠܡܒܪܐ ܒܪܝܬܐ.
ܗܘܝܘ ܡܩܕܫܐ ܫܒܠܗ ܕܐܦܐ ܐܝܟ ܕܡܬܒܥܐ܀
ܘܩܪܐ ܗܢܐ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܐܒ̈ܐܬܐ* ܕܡܢ ܦܪܘܩܢ.
ܗܘܝܢ* ܡܟܪܙܗ* ܠܒܪܐ ܕܐܬܐ ܡܢ ܒܝܬ ܐܒܐ܀
ܕܪܘܚܐ ܠܐܬܐ ܘܗܘܝܢ ܦܢܝܢ ܚܝܠ ܟܠܟܠ.
ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܐܒ̈ܐܬܐ ܕܡܢ ܦܪܘܩܢ ܕܠܒܪܐ ܡܠܠܗ.
ܠܦܪܘ ܕܡܠܐ ܗܘ ܡܩܕܫܐ ܕܫܡܐ ܘܐܪܥܐ.
ܦܪܫܗ ܘܥܒܕܗ ܘܡܟܪܙܘܬܐ ܕܢܒܝܐ ܒܥܕܢܗ܀
ܘܚܙܘܗ ܡܢ ܗܘ ܠܥܘܠܬܐ ܕܐܒ̈ܗܬܐ ܕܚܙܐ ܐܝܟܢܗ.
ܕܢܗܘܐ ܐܟܠܐ ܠܒܢܝ ܐܠܗܐ ܡܬܬܦܪܢܣܐ ܗܘܢ܀
ܘܦܩܕܬܗ ܗܘܢ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܘܡܢ ܐܝܟ ܒܗ.
*ܡܢ ܗܘ ܫܘܠܡܐ ܣܥܪܗ ܪܘܚܐ ܕܢܗܘܐ ܪܥܝܐ܀
ܡܢ ܫܠܡܘܬܐ ܡܟܝܠ ܕܒܪܐ ܒܗ ܡܬܬܢܝܚ.
ܢܟܠܠܗ ܠܐܡܬܐ ܒܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܒܝܕ ܚܙܘܐ* ܒܗ܀
ܕܕܠܐ ܣܡܝܟܬܐ ܢܣܒ ܒܪܐ ܕܒܝܐ ܡܠܠܗ.
ܕܠܐ ܢܗܘܐ ܐܪ̈ܐ ܒܪܐ ܕܟܒܫ ܢܦܫܬܗ܀
ܒܪܟ ܠܟܗܢܘܬܐ ܒܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܘܡܢ ܐܝܟ ܒܗ.

v. 370 in Cod. 117 : ܐܒܐ

v. 371. Cod. 117 pro ܗܘܝܢ ܡܟܪܙܗ est : ܘܡܢ ܡܟܪܙܗ ܗܘܐ

porro quare necesse erat ut veniret Spiritus sanctus ante Unigenitum? Primum Spiritus, et deinde Virtus in purissima virgine habitavit, quemadmodum dixerat: « Spiritus superveniet et Virtus obumbrabit. »

Virtus Altissimi est ipse Filius Altissimi, qui in eam illapsus est, ut veniret ad partum corporeum. Ipse Christus est virtus Patris, sicut scriptum est; sed ante eum Spiritus sanctus venit ad Mariam. Sic itaque annuntiavit ei angelus, veniens ex domo Patris, nempe Spiritum superventurum et deinde illapsuram Virtutem Altissimi.

Spiritus sanctus venit ad Mariam ut ex ea solveret sententiam primam Hevæ et Adami. Ipsam sanctificavit, purificavit, benedictam inter mulieres effecit, atque a maledictione et doloribus Hevæ matris suæ liberavit.

Vocata fuerat ad eam dignitatem ut mater Filii Dei fieret; eam proinde sanctificavit Spiritus sanctus, et tunc ille in eam illapsus est; Spiritus eam a reatu liberavit ut, cum ille in ea sancte habitaret, foret supra delictum.

Matrem suam per Spiritum sanctum purificavit qui habitaturus in ea, ex ipsa corpus purum erat assumpturus sine peccato. Ut ne contaminatum foret corpus quod ψυχικως (*anima informatum*) induit, per Spiritum sanctum virginem mundavit et tunc illapsus est in eam.

v. 379. Cod. 117 : ܡܛܠ ܗܘ ܫܘܡܬܐ ܡܫܪܝܬܗ ܗܘܬ ܕܬܗܘܐ ܐܚܠܐ
v. 381. Cod. 117 : ܐܝܟ

Digitized by Google

ܓܒܪܐ ܗܘܐ ܕܡܠܠܗ ܠܐܬܚܒܠ ܗܘܐ ܡܢ ܐܠܗܐ.
ܘܕܠܐ ܚܛܝܬܐ ܠܒܪܗ ܠܓܘܫܡܗ ܦܪܘܩܐ ܠܥܘܠܡ.
ܡܠܬܐ ܢܣܒ ܗܘܐ ܕܢܗܘܐ ܒܣܪܐ ܘܡܬܚܙܝܢܐ.
ܙܠܠܗ ܦܪܘܩܐ ܠܒܪ ܕܗܘܐ ܗܘܐ ܒܣܪܐ ܡܠܬܗ.
ܕܒܬܠܡܝܕܘܬܟ ܠܬܪܘܬܐ ܠܗ ܟܕ ܢܦܠ ܗܘܐ.
ܫܡܥܢ ܡܢ ܗܕܐ ܕܕܠܐ ܚܛܝܬܐ ܗܘ ܦܓܪܗ ܕܒܪܐ.
ܗܘ ܐܠܗܐ ܓܒܪܐ ܕܢܗܘܐ ܗܘܐ ܐܝܟ ܒܪܢܫܐ.
ܘܠܒܪܐ ܒܬܘܠܬܐ ܪܚܡܗ ܦܪܘܩܐ ܘܠܒܪܗ ܐܡܗ.
ܕܢܗܘܐ ܠܥܠܡܐ ܐܝܟ ܕܐܬܪܥܝ ܡܢ ܐܠܗܐ.
ܘܒܬܠ ܐܒܘܐ ܠܗܘ ܡܟܝܠܐ ܕܫܒܩܗ ܒܝܕܗܐ.
ܘܡܛܠ ܕܒܠܠ ܠܐܡܪ ܟܠ ܐܪܥܘܬܗ ܕܠܠܡܬܐ ܕܡܠܐ.
ܠܐ ܢܚܘܒ ܒܗ ܚܛܝܬܐ ܕܦܬܚܐ ܬܪܥܐ ܠܦܘܬܐ.
ܘܒܪܗ ܕܐܠܗܐ ܟܕ ܠܐ ܡܬܚܫܒ ܠܓܒܪ ܕܡܠܐ.
ܗܘ ܐܠܗܐ ܡܢ ܒܪܬ ܐܢܫܐ ܠܠܠܡܬܐ ܢܦܘܩ.
ܘܡܬܚܙܝܐ ܠܒܪ ܡܫܝܚܘܬܐ ܕܡܩܕܫܘܬܐ:
ܘܡܬܚܒܠ ܦܓܪܐ ܒܬܘܠܬܐ ܕܚܒܬܐ ܦܪܘܩܐ ܩܒܪ.
ܘܡܠܟܗ ܕܚܒܬܐ ܘܡܬܒܠܠܬܐ ܘܡܬܦܪܫܬܐ.
ܐܝܟ ܗܢ ܚܕܐ ܡܢܟ ܕܢܦܠ ܚܝܠܐ ܠܡܠܗ.
ܡܢܗ ܠܗ ܡܘܡܐ ܗܘ ܡܟܝܠܐ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܠܐܡܪܗ.
ܟܕ ܠܐ ܬܐܘܒܠ ܡܢ ܐܡܠܠܐ ܕܦܠܓܐ ܦܘܬܐ.
ܘܪܘܚܐ ܕܐܬܐ ܐܝܟ ܡܟܝܠܬܐ ܚܕܐ ܠܒܪܗ.
ܟܕ ܠܐ ܡܬܚܒܠ ܠܗ ܡܟܬܒܗ ܕܚܕܐ ܘܡܬܐܡܪܗ ܫܒܝܐ.
ܟܠ ܗܘ ܕܪܓܐ ܕܡܦܠܓܝܢ ܗܘܘ ܒܗ ܚܕܐ ܘܐܪܟ.
ܟܕ ܠܐ ܢܫܬܡܥ ܐܡܠܠܗ ܗܘܐ ܘܡܢ ܐܬܝ ܒܗ.

Volebat Filius Dei ex ea nobiscum assumere cognationem; ast prius corpus ejus expers peccati per Spiritum sanctum constituit.

Verbum descendebat ut caro fieret, et propterea eam ex qua caro factum est per Spiritum purificavit; descendebat ut nobis similis foret in omnibus, excepto quod sine peccato futurum esset sanctum ipsius corpus.

Deus voluit fieri homini similis, et unam hanc virginem, purificatam per Spiritum, sibi in matrem effecit, ut ipse mundo foret Adam alter ex Deo, manumque porrigeret priori quem dejecerat serpens, utque ingressus ad proferendum judicium contra principem mundi, is in eo non reperiret peccatum quod morti accessum aperiret.

Porro Filius hominis, quamquam sententiæ minime subjacens, Deus cum esset, ex filia hominis in mundum exivit; quamobrem sanctissimam illam inter illustres et beatissimam virginem puritate nitentem per Spiritum sanctificavit, eamque puram effecit, mundam et benedictam, sicut erat ipsa Heva antequam eam serpens esset allocutus; nempe tribuit illi pulchritudinem priorem, qualis matri ejus competebat, cum necdum ex arbore mortifera manducasset.

Itaque Spiritus superveniens illam effecit sicut Hevam priorem, quum hæc consilio serpentis ejusque verbo odioso assensum nondum præbuerat; in eo illam gradu constituit in quo antequam peccaverant Adam et Heva reponebantur, et tunc in eam illapsus est.



Digitized by Google

ܫܒܝܩܘܬ̣ ܦ̈ܬܓܡܐ ܗܢ̇ ܕܐܡܬ ܗܘܐ ܠܗ ܠܐܚܘܗܝ ܐܝܟ܀
ܒܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܡܒܘܥ ܠܗ ܠܦܪܘܩܢ ܡܢ ܥܒܪܐ ܒܗ.
ܐܝܟ ܕܐܘܠܕ ܗܘܐ ܐܚܘܗܝ ܠܐܘ̈ܡܝ ܕܠܐ ܢܗܘܘܢ܀
ܡܫܝܚܐ ܐܦ ܗܘ ܕܐܝܟ ܐܝܟ ܗܘܬ ܒܝܕ ܠܐ ܢܒܝܐ.
ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܕܐܬܢܒܝܬ ܗܘܬ ܒܐ̈ܦܐ ܕܐܝܟ܀
ܘܐܘܠܕ ܚܕܐ ܦܠܓܘܬ ܐܦ ܗܘ ܘܠܒܪܐ ܡܫܝܚܐ.
ܗܘ ܕܒܟܘܬܐ ܕܐܡܬ ܗܘܐ ܠܐܝܟ ܒܠܚܘܕ ܐܦ ܦܪܘܩܢ܀
ܒܪܘܚܐ ܕܐܒܐ ܘܕܠܐ ܢܘܟܪܝܘܬܐ ܒܝܬܐ.
ܠܐܡܬܐ ܕܚ̈ܝܐ ܕܠܐ ܢܗܘܘܢ ܒܝܬܝ ܐܝܟ܀
ܘܝܗܒ ܦܘܠܚܢܐ ܕܗܘܝܘ ܡܫܡܫܢܐ ܕܚ̈ܝܐ ܡܢܗ.
ܥܠ ܠܥܘܡܩܐ ܕܥܠ ܒܝܬ ܐܠܗܐ ܘܢܦܫܗ ܐܠܗܐ܀
ܠܚܕܐ ܘܐܝܟ ܒܢܘܗܐ ܕܒܪܗ ܡܫܝܚܐ
ܚܕܐ ܒܬܘܠܬܐ ܡܫܝܚܐ ܐܝܟ ܡܢ ܫܡܝܐ܀
ܘܦܬܚܗ ܒܥܡܐ ܐܚܐ ܕܚ̈ܝܐ ܘܐܬܢܨܒ ܗܘܐ.
ܘܡܠܟܘܬܗ ܕܢܚܐ ܚ̈ܝܐ ܠܥܠܡܐ ܒܥܒܕܐ ܕܐܬܪܡܝ܀
ܘܡܫܝܚܐ ܐܦ ܗܘ ܒܒܬܘܠܘܬܗ ܒܪܐ ܕܐܠܗܐ.
ܒܥܘܡܩܗ ܕܐܝܟ ܡܢܗ ܡܬܠܝܕ ܗܘܐ܀
ܘܗܘܝܘ ܚ̈ܝܐ ܗܘܝܘ ܐܝܟ ܒܬܘܠܬܐ ܦܪܘܩܢ.
ܐܚܐ ܕܒܠܐ ܙܒܢ ܫܘܐ ܠܗ ܠܚܕܐ ܚܡܝܐ ܘܐܬܢܨܒ.
ܕܗܘ ܢܚܬܐ ܠܝ ܚ̈ܝܐ ܡܢܗ ܘܐܡܬܝܗܘܢ ܡܚܕܐ.
ܠܗܢ ܕܝܗܒܬܐ ܕܗܘ ܦܘܠܚܢܐ ܫܒܝܩܘܬ̣ ܦܪܘܩܢ܀
ܕܪܘܚܐ ܡܢܗ ܘܥܠ ܐܝܟ ܒܗ ܒܪܐ ܕܐܠܗܐ.
ܦܢܝܗ ܠܥܘܡܩܗ ܘܕܠܐ ܪܘܚܬܐ ܫܒܝܬܐ ܠܚܕܗ܀
ܐܝܟ ܕܐܡܬܝܗ ܗܘܬ ܚܕܐ ܒܬܘܠܬܐ ܠܒܠܐ ܬܐܪܥ.

Adoptionem filiorum, quæ patri nostro Adamo fuerat concessa, Mariæ per Spiritum sanctum tribuit, cum esset in ea habitaturus.

Quemadmodum genuerat pater noster matrem nostram sine conjugio, ita genuit quoque illa effecta sicut Adam ante peccatum; ipsa etiam ut filium pareret, accepit Spiritum sanctum qui spiraverat in faciem Adami, ut Hevam generaret.

Puritate ea, quæ Adamo competebat, Maria quoque potita est per Spiritum supervenientem, atque ipsa sine motu concupiscentiæ peperit.

Adam sine opere conjugali matrem vitæ genuit, sicque præfiguravit ipsum vitæ fontem Dominum nostrum; scilicet Deus præscivit et præsignavit eos, Hevam *nempe* et Adamum, in typos Filii sui unigeniti. Hevam virginem sancte genuit Adam, eamque appellavit nomine matris vitæ, ita typice significans ex Maria per partum alterum mundo vitam esse orituram, illamque etiam in virginitate sua Filium Dei parituram.

Prophetia Adami typice notabatur Dominus noster; ipse enim est vita et mater ejus est virgo Maria. Hevæ imposuit nomen matris cunctorum viventium, atque prophetice significavit *Mariam* nobis parituram esse vitam, Dominum nostrum qui est Jesus.

Pertigit Maria ad hunc partum purissimum quia Spiritus eam sanctificaverat, ut in ipsam Filius Dei illaberetur; corpus ejus sanctificavit eamque prava concupiscentia fecit expertem, sicut erat Heva virgo antequam concupiscentiæ foret obnoxia.

Digitized by Google

ܫܒܝܬܐ ܕܟܠܒܢ̈ ܡܪ̈ܟܒܬܐ ܕܪܗܛܬܐ ܟܠܗ ܥܡܗ ܐܘܪܚ.
ܐܝܟ ܡܠܟܗ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܕܐܬܐ ܢܣܝܡܗ.
ܗܘ ܠܘܫܒܬܐ ܕܟܢܫ ܚܝܠܐ ܘܦܩܕܐ ܩܝܡܐ.
ܦܩܕ ܡܠܟܗ ܘܡܠܟܗ ܡܘܕܥܐ ܘܠܡܫܡܫܢܘܬܐ.*
ܚܝܠܐ* ܠܟܪܘܒܗ ܘܫܪܦܗ ܡܟܪܙܐ ܕܢܛܪ ܫܡܫܐ.
ܐܡܪ ܡܫܡܫܬܐ ܘܗܦܟܝܢ ܐܪܝܢ ܘܐܬܦܢܝܬ ܒܗ.
ܡܬܝܗܒ ܗܘܐ ܐܦܢ ܡܠܐܟܐ ܕܪܘܚܐ ܠܐܬܐ.
ܡܢܗ ܥܢܝܬܗ ܕܡܠܟܬܐ ܠܡܫܪܝܘ ܡܢ ܚܙܐ ܒܗ.
ܩܪܝܒܐ ܦܬܪܝܘ ܕܫܡܥܬܗ ܕܢܝܢ ܝܫܪܐܝܠ:
ܗܢܐ ܪܐܙܐ ܒܠܗ ܠܟܠܗܝܢ ܕܡܫܟܚ ܗܘܐ.
ܠܗ ܠܐ ܝܗܒ ܦܠܚܘܬܗ ܗܘܬ ܕܐܡܟܝܢ ܬܗܘܐ.
ܘܠܐ ܩܘܡܐ ܕܝܪܩܘܗ ܕܩܪܐ ܚܠܝܢ ܡܚܦܠܝܢ.
ܫܘܩܪܗ ܕܝܪܩܐ ܕܐܬܐ ܠܗܝܟܠܐ ܡܢ ܕܡܠܟܗ ܗܘ.
ܘܝܗܒ ܗܘܬ ܠܟܠܬܐ ܕܠܬܢܘܪ ܒܗ ܡܢ ܡܠܐܟܐ.
*ܩܘܡܐ ܠܟܝܬܐ ܗܘܬ ܫܡܫܬܐ ܒܗܘ ܫܘܐܠܐ.
*ܘܣܠܩ ܡܠܟܗ ܩܪܝܬܐ ܡܠܦܬܐ ܗܘ ܦܘܩܕܐ.
ܠܗ ܠܐ ܝܗܒ ܐܝܟ ܗܘܐ ܠܟܪܘܒܐ ܪ̈ܟܒܐ ܪ̈ܡܐ.
ܠܐ ܦܬܝܚܐ ܗܘܬ ܠܥܘܡܩܐ ܓܡܪܐ ܠܡܫܟܚܘ.
ܠܗ ܫܘܦܪܐ ܡܠܟܗ ܘܟܠܝܗ ܠܐ ܡܩܒܠ ܗܘܬ.
ܐܦ ܠܐ ܫܡܫܡܟܠܐ ܟܠ ܝܫܪܐܝܠ ܡܬܟܢܫܢ ܗܘܬ.
ܗܝ ܡܢ ܕܡܠܟܗ ܠܪܘܡܐ ܠܥܠܐ ܡܫܡܫܬܐ ܫܟܝܢܬܐ.

v. 436. Cod. 117 : ܠܡܫܡܫܘܬܐ

v. 437. Cod. 117 pro ܚܝܠܐ est : ܚܝܠܐ ܪܘܚܬܐ.

Peccatum, quod ad Adamum ingressum erat per concupiscentiæ motus, ex ea ejecit Spiritus sanctus superveniens in eam; illud additamentum quod effecerat serpens, et inclinationem pravam in ea prorsus abolevit, eamque replevit sanctitate et innocentia.

Novam eam effecit, vidensque Dominus eam esse valde decoram, sicut priorem, in ipsam illapsus et in ea incarnatus est. Propterea dixerat angelus antequam Verbum ad Mariam descenderet, in ea habitaturus : « Spiritus superveniet. »

Benedicta Maria, per cujus ad Gabrielem interrogationem mundus didicit absconditum illud mysterium! Nisi enim ipsa eum interrogasset : « quomodo fiet? » tunc neque nos explicationem nativitatis Filii resciremus; ipsi debetur hujus nativitatis decorem fuisse revelatum, et ipsa exstitit causa quod ei per angelum affulgeret.

Os Ecclesiæ fuit sapiens virgo hac sua interrogatione atque in persona totius creationis istam explicationem didicit. Nisi enim Maria habuisset affectus sublimes, haud potuisset admitti ad loquendum coram Angelo; nisi virtute omnigena ornata fuisset, nequaquam potuisset mutuo sermone cum Gabriele conversari.

Ipsa igitur proprio suo merito usque ad eam mensuram ascendit, donec Spiritus cuncta perficiens superveniret in

vv. 447 et 448 reperiuntur in *Off. Syr. Maronit.*, pag. ܪܦܗ et iterum pag. ܫܠܛ

Digitized by Google

ܒܪܡܫܐ ܕܪܘܚܐ ܗܘ ܢܦܫܢ ܟܠ ܠܐܬܐ ܕܝܡܝܢܗ.
ܡܢ ܐܠܗܐ ܡܠܟܬܗ ܠܡܫܘܬܦܘܬܐ ܕܪܘܚܐ ܡܢ ܟܠ:
ܘܡܪܐ ܒܟܘܠܗ ܡܫܝܚܐ ܕܢܫܪܐ ܟܠ.
ܐܡܪ ܐܝܟܢܐ ܫܠܝܚܘܬܐ ܦܩܕܢܠ ܐܫܠܡܗ ܠܗ:
ܕܦܩܕܢ ܗܘܘ ܒܗ ܐܪ̈ܙܘܗܝ ܕܒܪܐ ܘܡܫܡܫܢܘܬܗ.
*ܬܘܗܡܟܢܗ ܕܒܝܐ ܐܡܪ ܒܬܘܠܬܐ ܢܒܝܐ ܡܗܝܡܢܬܐ:
ܘܡܠܟܘܗܝ ܡܠܟܬܐ ܐܚܠܦ ܚܠܗ ܒܝܪܬܘܬܐ.
*ܗܘ ܒܪܐ ܡܠܟܬܐ ܗܘܝ ܐܝܟܢܐ ܐܡܪ ܕܐܡܪܢܝ.
ܕܒܗ ܡܫܘܚܬܐ ܐܬܝܪ ܗܘܐ ܠܡܠܟܬܐ ܒܟܠܗ.
*ܐܝܟܢܐ ܗܘܬ ܠܗ ܕܐܬܒܥܬ ܡܢ ܕܐܬܦܬܚܬ:
*ܐܠܐ ܕܬܬܒܥܗ ܘܗܢܝܢ ܒܬܪܗ ܕܒܗ ܐܠܗܐ.
ܬܬܒܥܗ ܘܒܬܒܥܗ ܘܐܬܦܩܕܬ ܬܘܒ ܡܢ ܠܐ ܒܨܪܐ:
ܕܐܪܙܐ ܕܬܘܡܝܢ ܡܢ ܕܒܢܝܐ ܢܚܬ ܒܗ ܐܒܐ.
ܠܗܘ ܡܢ ܬܚܒܐ ܠܬܒܪܐ ܡܠܟܬܐ· ܒܟܠ ܐܝܟ ܒܗ:
ܒ̈ܬܘܠܐ ܒܫܝܢܗ ܘܫܬܐ ܒܙܪܥܗ ܕܡܠܟܘܬܐ ܬܗܪܐ.
ܒܗ ܡܫܝܢܬܐ ܕܚܢܢ ܬ̈ܘܒܐ ܡܒܢܐ ܠܗ ܐܒܐ:
ܘܒܗ ܡܫܘܚܬܐ ܟܠ ܫ̈ܒܝܐ ܕܐܬܡܬܪܡܘ.
ܒܗ ܐܬܝܠܕ ܡܪܝܐ ܠܐܕܡ ܕܐܬܠܒܫ ܗܘܐ.
ܘܗܘܐ ܡܪܬܐ ܚܒܠ ܩ̈ܪܒܝܢܐ ܐܡܪ ܕܐܬܠܘܫ ܗܘܐ.
ܒܗ ܬܪܒܝܬܐ ܕܒܪܗ ܟ̈ܠܝܠܐ ܒܟܠ ܠܫ̈ܠܡܐ.

v. 459. In cod. 117 sic se habet ܢܒܝܐ ܐܡܪ ܒܬܘܠܬܐ ܕܒܝܬܐ ܡܗܝܡܢܗ ܬܘܗܡܟܢܐ

v. 461. In cod 117 est : ܕܒܪܐ ܕܡܠܟܬܐ ܗܘ ܗܘܝ ܐܝܟܢܐ ܐܡܪ ܕܐܡܪܢܝ

eam; ex Deo fuit repleta gratiæ immensitate, ac in ejus sinu habitavit Unigenitus ut cuncta renovaret.

Maria apparuit nobis tanquam epistola obsigillata, in qua mysteria et arcana Filii continebantur. Corpus suum purum tanquam chartam mundam ipsa exhibuit, super quam conscripsit Verbum essentiam suam corporaliter.

Filius erat Verbum, ipsa vero epistola, ut diximus, per quam condonatio missa fuit universo mundo.

Epistola erat, non talis quæ obsignaretur postquam esset conscripta, sed quam primum obsignarunt et deinde conscripserunt *ipsæ personæ* divinæ. Obsignata fuit et conscripta, imo et lecta quin frangeretur, quia mysteria solito altiora Pater per eam revelabat.

Verbum ingressum est intra sigilla servata et in eam illapsum; virginalia signa in corpore et fœtus in utero illo mirabili!

Hac *epistola* felicissima nuntia misit nobis Pater; per hanc remissio cunctis debitoribus advenit.

Per hanc Adamo mancipato missa fuit libertas; ipse heres effectus inter filios rediit sicut fuerat prius.

Per hanc reconciliationem inierunt superi cum inferis,

vv. 463 et 464 ita leguntur in *Off. Syr. Maron.*, excepto quod hujus prioris ultima verba sint hæc: . ܐܓܪܬܗ ܘܦܬܚ . Cfr. ibi pagg. ܢܘ et ܣܚ

ܘܗܘܘ ܒܢ̈ܝܐ ܒܥܡܠܐ ܪܒܐ ܕܢܬܦܪܩܘܢ ܗܘܘ.
ܒܗ ܐܬܦܬܚܬ ܒܗܬܬ ܐܦ̈ܐ ܡܢ ܢܦܫܬܐ.
ܘܓܒܪ ܚܛܝܐ ܕܥܠܘܗܝ ܬ̈ܠܐ ܡܢ ܚܪܫܬܐ.
ܒܗ ܐܬܕܪܫܬ ܐܘܪܚܐ ܠܟܠܗܘܢ ܕܫܒܝܪܐ ܗܘܬ.
ܘܓܪܘܦ ܚܘܒܐ ܘܟܒܫܗ ܐܬ̈ܪܐ ܟܠܗ ܥܠܡܐ.
ܒܗ ܐܓܒܪ ܗܘܐ ܩܪܒܐ ܪܟܒܘܗܝ ܕܠܘܬ ܠܐ ܢܛܝܪ.
ܠܐܡܠܝ ܬ̈ܡܐ ܕܗܘܐ ܚܒܪܐ ܠܢܦܫܗ ܟܠܗ ܐܦ̈ܝܠܘܗܝ.
ܗܝ ܡܘܒܠܬ ܠܝ ܦܐܪܐ ܣܓܝܐ ܕܦܟܠܐ ܬ̈ܡܐ.
ܕܢܦܘܠ ܡܠܘܗ ܘܢܐܝܐ ܠܟܠܟܠ ܟܠܟ ܥܠܡܐ.
ܡܠܠܗ ܕܢܚܒ ܗܘܐ ܚܒܟܐ ܪܒܐ ܕܐܬܚܫܚܬܐ.
ܘܠܒܗܪܐ ܕܝܘܡܐ ܕܪܕܦ ܚܫܟܐ ܡܢ ܦܬܝܠܬܐ.
*ܒܗ ܪ̈ܓܐ ܐܚܐ ܕܬܗܘܐ ܐܡܠܐ ܠܡܫܝܚܘܗ.
ܡܬܛܠܡܢܐ ܪܒ ܗܘ ܛܘܒܢܗ ܡܢ ܡܓ̈ܕܝܐ.
*ܠܗ ܠܟܠ ܡܫܡܠ ܬ̈ܐܠܝ ܛܘܒܐ ܡܠܐ ܚܪܫܬܐ.
ܒܢܘܗܪܐ ܕܢܦܫܗ ܐܡܪܬ ܦܪܝܫܟ ܡܠܛܠ ܦܐܪܗ.
ܝܩܪܬ ܗܝ ܒܗ ܕܢܐܡܢܐ ܕܪ̈ܘܚܐ ܪܦܐ ܫܠܡܬ.
ܘܕܡܘܟ ܠܗ ܕܟܠܡܐ ܛܘܒܐ ܒܬܗܪܐ ܪܒܐ.
*ܦܝܡܬ ܫܪܬ ܒܬܫܡܫܬܐ ܘܡܠܠܬ ܐܠܬܝ.
*ܕܒ̈ܪܟܡܐ ܕܐܪܟܐ ܛܘܒܐ ܢܗܒܝܢ ܠܒܬܘܠܘܬܗ.
ܕܒܪܗ ܦܠܠܐ ܗܘ ܕܒܠܗܘܢ ܒ̈ܪܟܡܐ ܒܪܘܚܐ ܡܓܒܬ.
ܘܐܚܝ ܦܪܐܬܐ ܬܒܟܬ ܛܘܒܐ ܡܢ ܟ̈ܠܡܐ.
*ܡܪܝܡ ܘܚܒܠܝ ܢܐܡܪ ܛܘܒܢܗ ܠܛܘܒܢܝܬܐ.
*ܕܪܟܠ ܗܘ ܛܘܒܢܗ ܐܦ ܡܢ ܦ̈ܘܡܐ ܕܟܠܡܐ ܡܠܗ.

vv. 485, 487, 491, 492, 495, 496. Recitantur in *Off. Syr. Mar.*

Digitized by Google

et in alta pace constitutæ sunt partes adhuc iræ obnoxiæ, et transiit opprobrium quod cunctis feminis a generationibus adhærebat.

Per hanc aperta fuit occlusa via Edenis, aufugit serpens et reversi sunt homines ad Deum.

Per hanc cherub retraxit gladium suum, ut ne iterum custodiret arborem vitæ, quæ seipsam jam obtulit in gratiam manducantium.

Hæc dedit nobis fructum dulcem, vivificum, ut ex eo edamus et in perpetuum cum Deo vivamus.

Ex hac ortus est nobis magnus justitiæ sol et magnifica lux tenebras pellens ex orbe.

In hac sibi complacuit Pater, ut fieret mater Unigeniti sui, ideoque beatissima fuit inter mortales.

«Mihi igitur beatitudinem adscribent omnes generationes!» exclamavit Maria, animo *cœlesti* lumine *perfuso*, propter fructum suum. Videbat quippe ad quantum ipsa gradum ascendisset, mundumque ejus beatitudinem proclamantem cum ingenti admiratione. Prævidit futura eaque elocuta est, nempe populos terræ proclamaturos beatam ipsius virginitatem. Per Spiritum rescivit Filium suum esse regem omnium populorum, ac veluti tributum beatitudinis prædicationem a linguis exegit.

Itaque et nos Beatæ hujus beatitudinem prædicemus, cujus beatitudo omnia totius mundi ora transcendit!

pag. ܫܠܡ (334).

v. 496. Cod. 117 : ܘܙܟ

ܛܘܒܘܗܝ ܕܦܓܥܬ݂ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܘܪܒܝ ܦܪܨܘܦܗ .
ܘܒܒܪܗ ܢܘܗܪܐ ܘܡܠܟܐ ܬ̈ܘܡܐ ܚܙܪܐ ܒܐܘܪܚܗ ܀
ܛܘܒܘܗܝ ܕܦܬܚ ܚܘܒܪܐ ܪܒܐ* ܕܒܬܘܠܘܬܗ .
ܘܡܟܐ ܕܡܠܟܗ ܒܒܝܬܗ ܢܦܫ ܠܒܪܝܬ ܀
ܛܘܒܘܗܝ ܕܒܐܬܪ̈ܘܗܝ ܗܘܐ ܚܘܪܬܐ ܠܟܢܫܬ ܐܕܡ .
ܘܒܗ ܡܫܟܚ ܢ̈ܫܐ ܕܐܬܚܝܒܝ ܗܘܘ ܡܢ ܒܝܬ ܐܒܐ ܀
ܛܘܒܘܗܝ ܕܪܦܐ ܡܢ ܐܘܢܝ ܘܬܫܒܘܚܬܐ .
ܬ̈ܪܬܝܢ ܐܩܝܡܗ ܒܟܢܫܐ ܢܫܡܬܐ ܕܡ̈ܠܝܬܐ ܀
ܛܘܒܘܗܝ ܕܦܬܓܡܗ ܒܪܝܬܐ ܡܫܬܘܬܦ ܠܐ ܐܬܝܗܒ .
ܗܘܐ ܠܒܝܫܐ ܒܐܝܪܐ ܪܘܚܢܐ ܕܒܬܘܠܘܬܗ ܀
ܛܘܒܘܗܝ ܕܚܙܐ ܒܒܝܬܗ ܐܠܗܘܬܐ ܘܡܫܝܚܘܬܐ .
ܪܒܐ ܕܥܠܝܢ ܬ̈ܘܡܐ ܡܠܟܗ ܘܐܠܗܘܬܝ ܠܗ ܀
ܛܘܒܘܗܝ ܕܝܠܝܕ ܠܗܘ ܠܟܢܫܐ ܕܐܘܠܝ ܠܐܪܥ .
ܘܒܗ ܐܬܝܠܕ ܥܠ ܒܪܝܬܐ ܕܬܫܡܫܝܢ ܗ̈ܘܝ ܀ ܀
*ܛܘܒܘܗܝ ܕܡܫܘܚܬ ܠܓܕܐ ܕܢܦܫܐ ܡܢ ܗܕ̈ܡܘܗܝ .
*ܠܗܘ ܕܒܪܘܟܬܗ ܝܗܒ ܡܬܚܫܒܢܘܬܐ ܕܥܡܐ ܪܒܐ ܀
ܛܘܒܘܗܝ ܕܝܠܕܬ݂ ܟܢܫܬ݂ ܥܡܡ̈ܐ ܐܝܟ ܕܠܡܫܪܐ .
ܠܝܠܕܢ ܬ̈ܠܡܝܕܐ ܕܝܠܝܢ ܠܐܘܪܚܐ ܒܥܠܡܗ ܦܬܝܐ ܀
ܛܘܒܘܗܝ ܕܡܠܟܗ ܕܠܒܫ ܦܪܨܘܦܐ ܥܠ ܝܬܝܪܬܐ .
ܘܓܦܝܐ ܓܒܪ ܒܬܝܠܠܗ ܘܗܒܝ ܐܘܪܚܐ ܀
ܛܘܒܘܗܝ ܕܫܡܥܬ݂ ܒܒܝܬܗ ܕܒܢܐ ܥܠ ܬ̈ܫܡܫܬܗ .
ܕܗܘ ܕܫܪܝܐ ܕܠܒܪܐ ܡܫܡܫܝܢ ܡܢ ܝܘܠܦܢܗ ܀

v. 499. Cod. 117 : ܒܝܬܐ

Beata quæ accepit Spiritum sanctum, qui eam purificavit, ornavit et effecit templum in cujus mansione habitavit Dominus excelsorum!

Beata quam singularis decor virginitatis suæ extulit, et cujus nomen in sæcula splendidissime fulget!

Beata cujus ope renovata fuit Adami familia et per quam erecti sunt lapsi, e domo Patris præcipitati!

Beata cujus excellentia conjugium maritatarum transcendit, dum interim confidenter gaudeat puero carissimo, sicuti matres!

Beata cujus corpus a concupiscentia maculatum non fuit unquam, sed quæ nobilitata fuit formoso virginitatis suæ fructu!

Beata, in cujus utero parvo et exiguo habitavit Magnus ille, quo implentur excelsa, quin illum capere possint!

Beata quæ peperit Antiquum illum qui genuit Adamum, et per quam renovatæ sunt cunctæ creaturæ, antiquatæ cum essent!

Beata quæ ex membris suis guttas lactis præbuit illi, ad cujus nutum fluctus maris magni exundant!

Beata quæ gestavit, amplexibus et blanditiis affecit, dum puer esset, Heroem illum sæculorum, qui terram occulta sua potentia sustentat!

Beata ex qua exulibus exortus est Redemptor, qui draconem ligavit in furore suo, terramque placavit!

Beata quæ os suum purissimum apposuit ad labia Illius, a cujus ardore seraphim igniti velant faciem suam!

vv. 311 et 312. Leguntur in *Off. Syr. Mar.* pag. ܠܚ (38).

Digitized by Google

ܛܘܒܘܗܝ ܕܪܘܚܬ̈ܐ ܐܝܟ ܕܒܟܘܬܐ ܡܫܒܚܢܗ ܕܒܝܐ.
ܠܟܬܪܐ ܪܒܐ ܕܥܠܘܗܝ ܢܠܡܝܢ ܠܠܩ̈ܕܫܐ ܚ̈ܝܐ.
ܛܘܒܘܗܝ ܕܫܪܝܗ ܡܢܗܘܢ ܛܘ̈ܒܐ ܠܟܠ̈ܗ ܛ̈ܘܒܢܐ.
ܡܪܝܐ ܕܝܗܒ ܠܝ ܡܠܝ ܕܫܒܘܚܬܗ ܡܫܡܠܝܬ.

(minio) ܫܠܡ ܕܟܠܗ ܢܓܝܪܬܐ ܟܠܗ̇ ܘܫܘܠܡܬܐ ܡܐܡܪܬܐ ܡܪܝܡܐ.

vv. 515-520. *Ibid.*, cum quibusdam levioribus mutationibus, pag. ܟܕ (24).

Beata quæ lacte suo purissimo aluit ut puerum Mammam illam magnam ex qua mundi vitam sugent!

Beata, cujus filius tribuit beatis omnibus beatitudinem!

Benedictus qui ex illius puritate nobis sancto modo exortus est!

Explicit de Dei Genitrice et sancta virgine Maria.

Digitized by Google

# CARMEN DE B. M. V. ALTERUM.

ARGUMENTUM.

Præmittitur multiplex ad Filium Dei invocatio, ex qua commode fit transitus ad celebrandum infinitum Dei amorem, qui pro redemptione generis humani Filium suum ex humili virgine nasci voluit (vv. 1-27).

Hæc autem Filii Dei *οἰκονομία* sive incarnatio plane incomprehensibilis est, ideoque simpliciter credenda. Unde curiosi scrutatores Christi matrem injuria lacessunt, v. g. judæi, gentiles, hæretici qui negant Filii corpus ex Mariæ substantia formatum fuisse, atque ille demum, quisquis fuerit, contra quem expresse agit auctor : anonymus autem is admittebat quidem Mariam in virginitate concepisse Filium suum, at in ipso partu virginitatis florem perdidisse ; idque ideo asserendum ducebat ut corporis Christi realitatem contra adversarios in tuto collocaret (vv. 28-72.)

Is igitur, aliis breviter perstrictis, loquens inducitur, eumque inde refellit Jacobus, quod nisi solus Christus *admirabilis* ab Isaïa (cap. IX, v. 6) fuerit prædictus, cujus nativitas intellectus nostri captum excedit; cui rationi, quam contra anonymum ironice evolvit, aliam subjungit petitam ex dignitate et decentia Filii Dei (vv. 73-182).

Porro transit ad visionem prophetæ Ezechiëlis (cap. XLIV, vv. 1 seqq.) in qua *portam clausam* Mariam esse affirmat (vv. 183-240).

Hinc ansam sumit etiam ratione theologica Mariæ in partu virginitatem confirmandi ; nempe quia filius ejus Deus est, qui perpetuo virtutem suam miraculis declaravit, ideo decuit ipsum in ipsa sua nativitate fulgere prodigiis, suamque potentiam primum in matre manifestare : « Deus est ipse quia factus est homo sine mutatione ; mater vero ejus virgo est, quia mater effecta sive læsione. » Ipse non est similis in nativitate natis communibus, et ideo mater ejus non est similis in partu cæteris matribus (vv. 241-372).

Digitized by Google

Deinde, argumenta proposita enixa adhortatione commendat, atque adversarii sui difficultati, e realitate corporis Christi fluenti, respondet similitudinem allegando formationis Hevæ, quæ ex Adamo sine ejus læsione procreata fuit; atqui creator, inquit, in formatione Adami et Hevæ respexit ad eorum ἀντιτύπους, Mariam et Christum. Si ergo prodigiosam Hevæ productionem admittamus, non est cur virginali Mariæ partui fidem detrectemus ( vv. 373-478 ).

Denique, disceptationibus fine imposito, encomiastes ardentiori affectu replicat singularem fœcundæ virginitatis prærogativam Mariæ obtigisse ( vv. 479-500 ).

Digitized by Google

ܬܘܒ ܕܝܠܗ ܡܢ ܕܝܠܗ ܕܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ
ܡܠܦܢܐ܀
ܕܥܠ ܩܕܝܫܘܬܐ ܢܨܝܚܬܐ ܕܐܠܗܐ ܘܫܘܠܡܬܐ ܫܡܥܘܢ ܦܛܪܘܣ܀
ܘܬܘܠܡܕܘܬܗ ܐܝܟ ܕܦܛܪܘܣ ܘܐܢܕܪܐܘܣ܀ ܕܠܐ ܦܘܠܓ
ܒܫܘܠܡܘܬܗ ܡܢ ܫܪܪ ܡܠܘܗ.

---

ܒܪܗ ܕܫܘܠܡܘܬܐ ܕܪܚܡ ܗܘ ܡܠܦܢܘܬܗ ܡܢ ܣܓܝܐܐ܀
ܡܠܠܬܗ ܦܬܓܡܝ ܐܢܗܪ ܘܐܠܦܢ ܟܠܗ ܦܬܓܡܝ܀
ܦܘܡܐ ܕܡܠܟܝ ܦܬܚܐ ܡܠܗ ܡܢ ܕܪܘܚܐ܀
ܢܓܝܢ ܠܗ ܠܥܡܝ ܘܕܠܐ ܕܪܓܐ ܠܠܒܝ ܐܡܠܠ.
ܒܪܗ ܕܪܘܡܬܐ ܕܝܩܪܐ ܕܠܝܬܐ ܠܡܫܘܕܥܘܬܐ:
ܐܪܘܒ ܡܠܠܝ ܒܡܫܡܫܢܘܬܐ ܕܐܝܬܝܐ ܡܫܬܪܝܢ.
ܒܪ ܠܠܥܐ ܕܒܝܬܝܡܐ ܠܐ ܡܬܦܠܠ܀
ܚܕܝܢ ܗܘܐ ܠܗ ܕܐܡܪ ܠܝ ܒܗ ܕܠܐ ܢܪܡܐ.
ܪܒܐ ܕܝܩܪܐ ܕܒܪܫܐ ܐܠܗܘܬܐ ܬܗܘܐ ܠܡܠܦܢܘܗ܀
ܝܩܪ ܕܒܠܠܘܬܐ ܐܝܬܝܐ ܡܪܝܡ ܣܡܥܬܐܠ.
ܡܢ ܚܕܝܢ ܐܝܟ ܠܠܠܡܐ ܡܬܡܠܠ ܣܘܒܗ܀
ܗܘ ܒܗܘ ܚܕܐ ܡܢܗ ܦܬܓܡܝ ܟܠܗ ܣܓܝܐܐ.
ܒܬܫܒܚܬܐ ܪܒܬܐ ܐܝܟ ܚܕܝܢ ܡܢ ܬܫܒܚܐ܀
ܠܝ ܕܝܢ ܡܢ ܚܕܝܢ ܬܫܒܚܬܐ ܠܠܠܡܐ ܡܠܗ.

**Ejusdem sancti Mar Jacobi**
**Carmen**
**de sancta Dei genitrice et semper virgine Maria,**
**et contra eos qui blasphemant, dicentes**
**eam post partum suum in virginitate**
**sua non permansisse.**

---

O Fili Virginis, cujus laus transcendit sapientes, me tua gratia reple, ut illuminer et loquar de tua nativitate.

O recondite, *nobis* impervius *es* et omnino a disceptatoribus occultus; revela mihi teipsum, ut de te sine scrutatione loquar!

Fili majestatis, qui humilitatem adducere dignatus es, tribue mihi in carminibus verba magnifica, ut pulchritudinem tuam eloquar.

Fili Altissimi, quem litigiosi effari nequeunt, da mihi amorem tuum, quo te sine contentione celebrare valeam.

O summe, qui uterum parvum tibi in habitaculum cedere voluisti, etiam hoc velis ut ego amanter ortum tuum enarrem.

Pater tuus, gratuito amore motus, te mundo concessit; tu per illum amorem emittas in inopes gratiam tuam!

Pretio magno redemit nos amor tuus a prædonibus; misericordia autem gratis te donavit nobis, mundo *scilicet* universo.



Digitized by Google

ܕܡܢ ܦܘܡܪܐ ܐܪܡܝܬ ܚܛܗܐ ܘܐܬܢܟܠܬ ܒܗ܀
ܡܛܠ ܕܐܬܢܟܠܬ ܘܐܦܠܬ ܡܠܟܬܝ ܕܐܬܪܐ ܗܪܟܐ.
ܐܢܐ ܒܡܫܝܚܐ ܘܐܢܬ ܡܢܗ ܡܛܠ ܡܦܪܥ ܕܗܘܝܬ܀
ܡܛܠ ܕܝܢ ܐܝܬ ܗܘܐ ܠܟܠܟܠܡܐ ܢܬܒܥ ܘܡܢ ܐܪܥ ܠܝ.
ܡܛܠ ܢܦܠ ܗܘܐ ܐܟܡܐ ܦܬܓܡܐ ܚܒܠ ܣܥܘܒܘܗ܀
ܠܗ ܒܡܫܝܚܐ ܢܘܚ ܗܘܐ ܠܝ ܡܬܛܠܬܝ.
ܦܩܪ ܗܘ ܠܗ ܕܢܘܩܕ ܡܛܠ ܠܒܢܝܢܫܐ܀
ܕܠܗ ܒܡܫܝܚܐ ܡܦܪܥ ܗܘܝܬ ܠܐ ܐܝܟ ܐܒܝܕ.
ܠܦܠܓ ܐܝܟ ܗܘܐ ܠܗ ܕܢܬܠ ܬܘܒܘܢ ܒܪ ܐܠܗܐ܀
ܐܘ ܡܛܠ ܐܝܟ ܗܘܐ ܕܬܬܢܟܠ ܒܗ ܠܒܪܝܬܐ ܠܝ.
ܐܘ ܗܘ ܐܟܡܐ ܡܛܠ ܢܦܠ ܗܘܐ ܘܡܢ ܢܘܚ ܠܝ܀
ܕܡܠܘܗܝ ܠܟܠܟܠܐ ܘܡܬܘܡܬܘܗܝ ܠܐ ܢܦܩ ܠܝ.
ܒܪܐ ܕܠܐ ܦܓܪܐ ܐܝܟ ܢܬܠ ܬܘܒܘܢ ܘܡܢ ܢܦܠ ܠܝ܀
ܘܢܘܩܕ ܡܛܠ ܢܒܥܪ ܒܝ ܒܠ ܒܝ ܠܐ ܢܦܐ.
ܒܥܒܕܗ ܕܐܒܐ ܢܘܚ ܠܝ ܡܛܠ ܠܚܣܝܢܘܗ܀
ܒܥܘܒܐ ܠܡܠܟܠܟܘܬܗ ܒܚܝܠܬܐ ܕܠܐ ܡܬܬܪܓܡ.
ܠܐ ܒܣܪܝܩܐ ܘܠܐ ܒܦܓܪܘܬܐ ܘܠܐ ܒܪܘܚܐ܀
ܘܠܐ ܒܣܪܟܘܬܐ ܕܢܟܪܐ ܩ̈ܛܠܐ ܒܥܘܒܕܬܐ.
ܡܒܠܒܘܗܝ ܡܛܠ ܢܬܦܫܛ ܒܗ ܕܠܐ ܬܬܒܘܬܐ܀
ܠܦ̈ܪܨܘܦܘܗܝ ܐܓܠܝ ܢܓܕܐ ܘܢܒܠܐ ܒܫܡܫܐܝܬ.
ܒܪܕܘܗ ܐܪܡܝܬ ܒܝܪܐ ܦܪܢܝܡܘܬܐ ܕܒܝܕܗ ܐܬܒܢܗ܀
ܡܒܟܝܢ ܒܝ̈ܫܬܐ* ܘܠܐ ܬܬܢܟܠܘܢ ܠܡܒܝܕܪܘ.

v. 36. Vox ܒܝ̈ܫܬܐ in *lexico* Castelli ex Barbahluli auctoritate vertitur: *infirmi*, *imbecilles*. — Suspicor autem præsenti loco mendum esse in

Sanguinem tuum pretiosum pro me effudisti ac per illum me redemisti : possideas tu me quem redemisti, et fac me possidere verbum tuum, quo ortum tuum enarrem!

Ego pretio magno *redemptus sum*, sed tu, Domine mi, emptus es gratis; quid enim habet mundus quod ad emendum te elargiatur? Quidve accepisset Pater tuus pro dilecto suo?

Simul ac volebat te in pretium dare propter nos, oportuit ut gratis te donaret hominibus, quandoquidem si per pretium emi debuisses, nemo te emere potuisset. Quis enim habet quod in pretium tui tribuat, o fili Dei? Aut quid vicissim conferat qui te emere velit? Quid demum Pater tuus te largiturus acciperet, quandoquidem mundi et omnes habitatores eorum non sunt te digni?

Vidit a nemine posse pretium tuum præstari; *ideo* assumpsit te gratisque donavit, ut per te omnes, utut indignos, ditaret.

Ex amore Pater dedit nobis gratis Unigenitum suum; nos igitur cum amore eum enarremus simpliciter et sine scrutatione, non in lite et contentione, neque in inquisitione, aut astutia quæ parit controversias.

Gratis eum accepimus, exultemus in eo sine jurgio; in pascua sua introduxit nos, ut pascamur et requiescamus suaviter.

Corpus suum apposuit ante gregem quem sanguine suo redemit : audite, o infirmi, et edocti nolite recalcitrare.

codice, et potius legendum fuisse ܡܫܝ̈ܢܐ *fideles*, *dociles*, a radice ܫܝܢ *jugo alligavit*, *subjecit*. Sic enim concinnior habetur sententia et servatur imago, vocibus ܡܬܪܕܝܢܘܬܐ et ܠܡܬܪܕܝܘ expressa.

Digitized by Google

ܦܢ ܦܠܘܣܘܦܘܬܐ ܕܐܬܬ ܡܛܝ ܦܢ ܠܐ ܢܓܬܪ܀
ܘܒܡܪܘܬܐ ܕܡܠܟܐ ܚܝܐ ܡܢ ܠܐ ܢܒܥܘܫ܂
ܚܘܒܐ ܗܘ ܚܝܠ ܠܬܚܘܫ ܒܗ ܒܒܪ ܐܠܗܐ܀
ܕܕܠܐ ܕܪܫܐ ܢܠܦ ܡܠܠܗ ܚܝܐ ܒܚܘܫ܂
ܡܬܐܡܪܐ ܕܚܘܒܐ ܪܒܐ ܠܗ ܠܚܘܒܐ ܠܡܬܡܠܠܘ܀
ܘܡܢ ܠܐ ܕܪܫ ܐܦ ܠܐ ܡܬܠܡܕ ܠܡܣܬܝܪܐ܂
ܕܢܬܗܪ ܦܠܐ ܚܘܒܐ ܒܒܪܐ ܠܗ ܕܠܡܠܦ܀
ܕܢܫܬܘܕܥ ܚܝܠ ܠܗ ܠܒܪܬܐ ܫܡܝܫ ܠܗ ܢܡܠܟ܂
ܒܪܐ ܒܬܘܠܬܐ ܗܘ ܕܬܗܪܐ* ܕܠܐ ܡܬܠܒܟ܀
ܘܩܪܘ ܫܡܝܐ ܠܢܒܝܐ ܐܘܪܚܗ ܒܥܘܒܬܐ܂
ܢܦܩ ܡܢ ܒܪܬܐ ܘܐܪܝܒ ܫܬܐܝܐ ܒܒܬܘܠܘܬܐ܀
ܘܢܣܒ ܚܝܠܐ ܕܟܠܗܝܢ ܒܚܝܠܐ ܟܠܗ ܦܘܠܚܗ܂
ܒܬܘܠܬܐ ܝܠܕܬ ܘܐܫܬܒܚ ܫܘܦܪܐ ܠܒܬܘܠܘܬܗܘܢ܀
ܠܡܫܝܚܗܘܢ ܚܘܒܐ ܕܐܠܐ ܒܐܒܗܬܐ ܠܐ ܡܬܦܠܛ܂
ܐܪܝܡ ܡܢܝ ܐܘܪܚܐ ܕܪܦܐ ܡܢ ܒܪܬܐ܀
ܘܕܒܝܘܠܦܢܗ ܗܘܐ ܡܫܬܐܠܝܢ ܫܦܝܪܐ ܕܢܒܗ܂
ܡܠܝܟܐ ܦܪܝܫܘܬܐ ܡܢ ܫܡܝܐ ܘܡܢ ܫܡܝܐ܀
ܘܟܠܗ ܡܬܐܡܪܐ ܡܢ ܚܘܒܐ ܘܡܢ ܐܪܥܐ܂
ܫܪܝܢ ܠܠܡܗ ܐܦ ܒܪܝܐ ܐܦ ܒܫܡܝܐ܀
ܘܡܦܩܠܠܝܢ ܠܗ ܫܡܝܐ ܘܫܡܝܐ ܐܝܟ ܕܝܠܗܘܢ܂

v. 45. Adhibet auctor vocem ܕܬܗܪܐ *admiratio*, *stupor*, quam in Isaiæ vaticinio, IX, 6, legit antiqua versio syriaca, quæque vocabulo פֶּלֶא textus hebraïci respondet. In *Vulgata* latina, concretum nomen *admirabilis* pro abstracto vocabulo adhibitum fuit; apud LXX vero liberius locus is exprimitur per μεγάλης βουλῆς ἄγγελος. — Porro Isaiæ vaticinium, de quo

Ex dono quod provenit gratis quis non ditatur, et quis non delectatur per pastum vivificum?

Amor delectari novit in Filio Dei, quia, seposita scrutatione, quotidie ex eo vitam suget.

Carmen laudis amori edicendum proponitur, sed quin scrutetur aut curiose inquirat Unigenitum. Admirari quærit amor in filio, non vero scrutari; adorare novit, investigationem autem non facile præsumit.

Habitavit in virgine Admirabilis ille plane investigabilis, obstrepueruntque sapientes ut viam ejus controversiis investigarent; exivit ex utero, relinquens signacula in statu virginali, et oborti sunt sermones plane scandalosi de ejus nativitate.

Virgo peperit, auxeruntque doctores inquinamenta sua quibus rem irrideant, quæ non nisi cum admiratione edici potest.

Dominus noster ingressus est viam quæ excedit inquisitores; et quia eum inquirunt, ecce versantur in delirio erroris.

Maria calumniis afficitur a longinquis et a propinquis, vapulatque ipsius laus tum a Judæis, tum a gentilibus. De ea falluntur exteri et familiares, ac de ea loquuntur amici et osores, juxta suam quisque libidinem.

Jacobus hic et in seqq. agit, ad Christum esse referendum, patet ex authentica interpretatione Matt. IV, 14, ex Patrum et Judæorum antiquiorum auctoritate, aliisque rationibus hermeneuticis, de quibus erudite agit Laur. Reinke in egregio suo opere : *die messianischen Weissagungen bei den grossen und kleinen Propheten des A. T.* tom. I, pp. 105-347. Giessen, 1859.

Digitized by Google

ܡܫܝܚܐ ܕܡܢ ܢܒܝ̈ܐ ܡܒܪܗ ܕܠܗ ܡܢܗ ܐܬܐ ܗܘ܆
ܐܦܠܐ ܒܡܛܠܬ ܐܦ ܠܐ ܡܬܒܪܬ ܒܒܬܘܠܘܬܗ܂
ܡܬܢܒܝܢ ܠܥܠܡܗ ܕܡܢ ܥܬܝܕܐ ܒܡܛܠܬܗ ܠܒܪܐ܆
ܘܠܗ ܣܡܟܘ ܗܘ ܕܐܬܐ ܦܓܪܐ ܒܪܐ ܕܒܪܐ ܒܗ܂
ܣܠܩܐ ܕܢܣܒ ܐܦܠܐ ܕܡܬܒܪܬ ܐܦܠܐ ܕܐܬܠܡܗ܆
ܐܦܠܐ ܡܕܡ ܕܐܬܠ ܗܘ ܠܗ ܒܪܐ ܠܡܫܬܪܝܘܬܐ܂
ܐܚܪܢܐ ܗܟܢܐ ܕܠܗ ܡܫܝܚܐ ܗܘ ܐܦܠܐ ܣܠܩܐ܆
ܫܪܒ ܠܠܡܗ ܕܒܣܪܗ ܕܒܪܐ ܠܗ ܡܠܟܗ ܗܘ܂
ܚܝ ܢܡܘܣܐ ܕܠܗ ܐܠܗܐ ܡܬܒܪܬ ܐܡܪ܆
ܐܠܐ ܡܫܝܚܐ ܐܡܪ ܕܡܫܝܚܐ ܠܗ ܐܠܗܐ ܗܘ܂
ܘܒܟܠܗ ܗܠܝܢ ܡܬܟܠܠܐ ܘܡܠܐ ܘܫܪܝܐ ܕܒܗܘܢ܆
ܬܘܒ ܢܒܝ̈ܐ ܠܗ ܕܠܐ ܠܟܠ ܦܘܡܗ ܒܒܬܘܠܘܬܗ܂
ܩܠܘܠܐ ܒܝܠܕܐ ܦܪܝܫ ܐܠܗܐ ܡܠܟܗ ܐܡܪ ܡܠܠܬܗܘܢ܆
ܘܡܢ ܦܘܠܕܐ ܘܠܗܐ ܒܬܘܠܬܐ ܠܐ ܐܬܐܒܪܬ܂
ܠܐ ܐܡܪܝܢ ܠܗ ܕܒܡܘܠܕܗ ܠܡܛܪ ܗܘܐ ܢܒܥܝܗ܆
ܐܠܐ ܒܝܠܕܗ* ܐܘܒܕܬܗ ܠܟܠ ܠܒܬܘܠܘܬܗ*܂
ܒܡܠܠܗ ܗܠܝܢ ܩܘܫܐ ܕܒܡܠܐ ܘܕܦܠܓܘܬܐ܆
ܡܠܐ ܢܒܥܝ ܐܡܠܐ ܕܦܘܪܐ ܬܫܡܫܬܐ܂
ܡܦܩ ܡܬܟܬܒܐ ܘܐܒܪܐ ܡܡܘܬܐ ܕܠܐ ܕܗܘܐ܆
ܘܡܒܠ ܒܫܒܪܐ ܚܕܪܐ ܕܢܦܠ ܗܘ ܡܢ ܡܟܠܝܐ܂
ܒܐܬ ܒܡܫܪܝܐ ܘܒܦܝ ܬܠܚܐ ܘܐܘܪܐ ܦܠܚܝܐ܂
ܐܝܟ ܚܬܡܬܐ ܕܐܬܢܕܒ ܕܟܠܐ ܡܢ ܡܬܢܚܐ܂

v. 72. In cod. ex errore librarii legitur ܒܝܠܕܗ — Item falso legitur ܠܒܬܘܠܬܗ

Judæi enim calumniose dicunt ejus filium non esse ex Patre, neque ipsam concepisse aut peperisse in Virginitate sua; blasphemantes affirmant eam ex conjugio concepisse filium, et filium qui habitavit in ea non esse virtutum Patris absconditam.

Gentilis, remotissimus cum sit, neque quod genuerit, neque quod sit, neque quod filium habeat illa benedicta, novit.

Alius insensatus, qui neque Judæus est neque gentilis, corpus filii non esse ex ipsa mentitur.

Impius quidam dicit eam non peperisse Deum; Christum vero quatenus Christum haud esse Deum.

Porro inter ista dicteria, sermones et hæreses, quæ prolata fuere, sunt etiam qui eam calumnia hac afficiunt quod virgo non permanserit; signa virginalia per partum, ut aiunt, auferunt ab ipsa, ut inde ab ejus partu haud amplius virgo potuerit vocari; ipsi in partu suo fuisse sigillum conservatum confiteri recusant, ast contra per partum illud, virginitatem *nempe*, perdidisse asserunt.

Quid inter hujusmodi spiritus scandalosos et dissidentes aget simplex veritatis confessor?

Exurge! o doctrina, et sine hæsitatione prædica veritatem, eamque palam proclama, quippe quæ cuncta dissidia superet.

Increpa Judæos, corripe gentiles, conjunge divisos, reprehende contentiones, et scandala ab arrogantibus expelle.

Digitized by Google

ܒܠܒܘܟ ܡ̈ܫܡܫܢܐ ܡܢܟ ܗܘ ܡܪܢܐ ܕܠܐ ܡܬܬܦܝܣܐ.
ܠܡܬܠܘ ܒܝ̈ܫܦܘܗܝ ܟܠܗ ܦܘܠܚܢܗ.
ܐܦܓܐ* ܠܦܩܪܐ ܡܢܟ ܗܘ ܠܘܒܢܗ ܕܬܘܒܠܬܐ.
ܕܠܐ ܒܝܕܥܐ ܢܦܠܠܟܘܢ ܠܠܡܢܗ ܡܢ ܒܪܝܬ ܠܗ.
ܒܫܘܪ ܠ̈ܡܕܒܪܢܐ ܘܠܝ̈ܕܘܥܐ ܐܘܟܪ ܐܠܘ.
ܘܐܒܝܕܟ ܐܠܘ ܕܝܢ ܕܘܡܪܐ ܒܬܗܪܐ ܪܒܐ.
ܦܐܪܐ ܕܡܝܬܪ̈ ܡܢܝܢܬ̈ ܬܗܪܐ ܗܝܢܗ ܕܘܡܪܐ ܗܘ.
ܐܘ̄ ܡܫܡܫܢܐ ܬܐ ܐܬܕܟܪ ܡܢ ܠܐ ܒܝܬܟ.
ܡܪܘܒ ܕܪܘܚܐ ܘܫܒܩ ܠܟ ܬܗܪܐ ܡܢܟ ܒܪܬ ܕܘܡܝ.
ܠܐ ܕܡܢ ܬ̈ܡܢܪܫ ܠܡܫܡܫܘ ܕܠܐ ܫܦܩ ܐܢܬ.
ܫܦܪܐ ܡܠܟܝܢܐ ܚܕܪ ܒܗ ܒܚܪܒܐ ܕܪܕܦ ܗܘ ܡܢܟ.
ܘܫܒܩ ܠܟ ܚܒܠܐ ܘܠܐ ܬܬܕܘܪ ܒܬܗܡ̈ܬܐ.
ܟ̈ܠܗ ܦܪ̈ܘܕܬܐ ܕܦܬܓܡܝ ܚܘܒܐ ܘܗܝܡܢܘܬܐ.
ܠܟܘܢ ܐܦܪ ܐܝܟ ܡܘܫܠܡܘܬܐ ܐܠܬܘܢ ܡܪܘܚܐܝܬ.
ܚܪܒܗ ܕܦܪܝܣܐ ܠܐ ܡܬܬܪܝܣܐ ܡܢܟ ܡ̈ܫܡܫܢܐ.
ܘܠܐ ܡܦܠܠܠܝܢ ܠܗ ܪ̈ܘܚܢܐ ܒܪܝܬܐ ܕܦܬܓ̈ܡܘܗܝ.
ܚܘܒܐ ܡܛܒܥ ܕܕܠܐ ܕܪܫܐ ܢܦܠܠ ܚܪܒܗ.
ܒܫܝܡܘܬܐ ܕܪܦܐ ܘܕܘܒܐ ܡܢܟ ܚܪܝܢܐ.
ܢܬܠ ܗܘܐ ܙܘܬܐ ܠܚܘܒܐ ܕܒܟ ܕܢܦܠܠ.
ܡܢ ܠܐ ܒܪܐ ܠܐܘܠܐ ܒܬܘܠܬܐ ܕܡܬܝܕܥܐ ܬܗܪܐ.
ܒܫܡܪ ܚܘܕܝܐ ܡܢܟ ܐܚܝܢܐ ܕܒܪ ܠܡܫܚܗ ܗܘ.
ܕܗܘ ܐܟܪܙ ܠܗ ܕܢܗܘܐ ܒܬܘܠܬܐ ܕܠܐ ܙܘܓܐ.

v. 81. ܐܦܓܐ sitne vocabulum ἄπαγε, *apage*, vel potius forma im-

Digitized by Google

Cohibe sapientes ab illo utero investigabili, ut ne delirent per suas scrutationes in ejus partum. Apage doctores a sinu beatissimæ, ne ipsi curiose in eam inquirentes cum contentione de ea loquantur.

Condemna loquaces, scrutatores vero lucrifacias eosque sistere facias coram Admirabili cum ingenti admiratione.

Fructus quem peperit virgo plena prodigio vocatur Admirabilis. Veni, o sapiens, admirare quin inquiras; accedas, o scrutator, et sumas tibi stuporem a filia Davidis, neque amplius præsumas illud investigare cui plane impar es.

O doctor loquax, inspice rem captum tuum excedentem; silentium tibi imponas, noli te controversiis agitare.

O discipuli, amore et fide repleti, vobis ego loquor; auscultate me cum discretione! Mariæ dignitas a sapientibus exponi nequit, neque rhetores discursuum suorum artificio eam valent enarrare. At amor hujus laudem edicere potest cum simplicitate quæ controversia altior et purior est.

Nunc igitur aurem præbeamus amori qui sese ad loquendum accingit, quin curiose inquirat in matrem virginem prodigio repletam.

Confutatur Judæus ab Isaia concivi suo, quia ille prædicavit virginem esse sine conjugio parituram.

perativi a verbo ܛܪܕܐ, ܐܛܪܕ *expulit*, *ejecit?* Quo casu scribendum fuisset ܐܛܪܕܐ.



Digitized by Google

ܠܐܓܒ ܚܠܦܐ ܡܢ ܦܬܟܬܐ ܘܡܒܣܡܢܗ ܕܐܘܪܚܐ܂
ܕܟܠ ܡܢ ܕܐܙܠ ܒܪܗ ܕܒܬܘܠܬܐ ܗܘ ܡܠܬܦܠܠ.
ܐܣܪܢܐ ܡܫܒܚܢܗ ܕܠܗ ܠܐܠܗܐ ܒܬܗܪܐ ܡܫܒܚ܂
ܠܒܪܬܐ ܒܒܢܝܢܐ ܡܢܒܝܬܐ ܡܠܟܗ ܘܠܐ ܢܒܕܠ ܠܗ.
ܘܫܩܠܐ ܕܦܪܘܩ ܕܡܫܝܚܗ ܕܒܪܐ ܠܗ ܡܠܟܗ ܗܘ܂
ܫܠܡܐ ܐܦ ܠܗ ܘܠܡܫܠܡܢܘܬܗ ܘܡܪܡܐ ܡܠܟܗ.
ܘܟܠ ܗܘ ܕܐܡܪ ܕܓܒܪܐ ܩܕܡܝܐ ܒܪܐ ܡܢ ܢܦܫ܂
ܡܬܐܡܪܐ ܐܡܬ ܠܗ ܠܒܪܝܬܐ ܡܘܕܝܢ ܠܡܫܬܒܠܠܘ ✣ ✣
ܢܒܠܘܢ ܡܘܕܝܢ ܗܠܝܢ ܒܠܗܘܢ ܒܠܠ ܡܬܒܠܗܘܢ܂
ܘܕܗܢܐ ܚܝ ܢܒܕܠ ܚܪܒܗ ܕܐܦ ܗܘ ܢܒܗܪ.
ܠܒܢܐ ܕܡܫܒܚܢܗ ܘܠܐ ܦܘܩܬ ܗܪ ܒܒܬܘܠܬܗ܂
ܒܬܪ ܡܫܒܚܗ ܢܦܫ ܚܘܒܐ ܘܠܐ ܚܝܪܡܢܐ.
ܒܠ ܦܩܘܕܝܢ ܡܛܠܐ ܢܒܠܘܢ ܒܢ ܫܢܝܢ܂
ܘܟܠ ܚܝ ܒܠܚܘܕ ܬܪܝܨܐ ܡܘܕܝܢ ܡܠܟܬܐ ܡܠܟܗ.
ܠܟܠ ܩܠܠܗܘܢ ܘܠܫܘܐ ܠܝ ܡܠܐ ܐܡܪ܂
ܘܡܠܐ ܕܐܡܪ ܗܘ ܠܡܥܠ ܡܠܝ ܚܪܡܬܐ.
ܒܢ ܟܠ ܒܗܢܐ ܦܪܡܠ ܦܘܩܬ ܒܒܬܘܠܬܗ܂
ܕܠܗ ܐܘܟܝ ܕܟܪܐ ܩܕܡܝܐ ܦܪܘܩ ܠܒܝܬܐ.
ܒܢ ܦܠܓܐ ܕܒܝ ܟܠ ܕܡܫܒܚܗ ܝܘܚܢܢܝܬ܂
ܒܡܒܣܡܗ ܕܡܫܒܚܐ ܓܒܪܐ ܠܩܕܡܝܐ ܟܠ ܕܐܬܝܗܒ.
ܦܝ ܟܠ ܕܐܡܪ ܕܠܐ ܓܒܪܐ ܩܕܡܝܐ ܒܪ ܢܦܫ ܗܘܐ܂
ܡܫܒܚܗ ܠܒܪܐ ܕܠܐ ܐܬܝܗܒ ܡܢ ܒܪܬ ܕܘܝܕ.
ܘܐܡܪܐ ܕܦܠܘܕܐ ܕܦܪܘܩܘܬܗ ܡܢ ܦܪܡܠ ܗܘ܂
ܡܬܦܬܚܠ ܗܘ ܕܒܒܬܘܠܬܗ ܠܐ ܢܦܫ ܗܘܐ.

Discat gentilis a finibus et extremitatibus terræ, quod ubicumque iverit, ibi de filio Virginis sermo instituatur.

Contra alium qui calumniose asserit eam non mirabiliter Deum peperisse, Ecclesia extollit vocem suam anathemate cavens ne intret ad ipsam; insipientem vero, qui effutit corpus Filii non esse ex ea, una cum ejus doctrina odit, refugitque ab eo.

Hodie vero de eo, qui dicit solvisse Filium, cum nasceretur, virginalia matris, ab Ecclesia sermo est instituendus.

Hodie igitur omnes isti scandalis suis silentium imponant, et hic solus rem aggrediatur, ut etiam ipse confundatur! illum, *inquam*, qui Mariam calumniatur quasi post partum haud permanserit in virginitate sua, amor sine disceptatione redarguat.

Taceant omnino omnes dubitationes jam condemnatæ, et de uno solummodo hodie sermo vocem suam extollat.

Inducat porro ille verba sua et manifestet nobis quid doceat; at, quando loquutus fuerit ipse, audiat a nobis veritatem.

« Videlicet, *ita iste loquitur*, Maria post conceptionem in virginitate sua permansit, quia nullum commercium, solvens virginalia signa, ad puram hanc *virginem* accessit; quando autem peperit, quia peperit eum corporaliter, puer ejus in egressu virginalia solvit, quandoquidem vere corpus acceperat; scilicet qui dicit eum in egressu suo virginalia haud solvisse, ille eo ipso perverse sentit de Filio, quasi non acceperit corpus ex filia Davidis; qui vero profitetur naturam ejus corporalem esse ex Maria,

Digitized by Google

ܒܡܫܝܚܐ ܕܝܠܕܬ ܕܐܦ ܠܡܠܟܐ ܦܪܢܣܬ܀
ܠܐ ܦܬܝܐ ܗܘܐ ܒܬܘܠܬܐ ܒܚܪܬܐ ܡܢ ܢܦܫ ܗܘܐ.
ܐܝܟܢܐ ܕܐܡܪܝܢ ܕܐܢܬ ܠܗ ܝܘܣܦ ܘܫܒܠܬܐ ܘܕܡܟܐ܀
ܢܐܡܪ ܐܦ ܗܘ ܕܓܒܪܐ ܒܝܠܕܗ ܒܬܘܠܬܐ ܕܐܡܗ.
ܘܐܝܟܢܐ ܕܐܡܪܝܢ ܕܒܬܘܠܘܬܗ ܒܐܬܪܗ ܩܝܡܬ܀
ܢܐܡܪ ܠܡܢܘ ܕܠܐ ܐܬܦܬܚ ܒܪܐ ܕܐܠܗܐ.
ܗܠܝܢ ܐܡܪܝܢ ܚܟܝܡܐ ܒܡܪܒܗ ܕܗܝܡܢܘܬܐ:
ܢܐܡܪ ܗܫܐ ܣܘܓܐ ܡ̈ܠܘܗܝ ܢܗܝܪܐܝܬ.
ܐܢ ܗܟܢ ܗܘ ܐܝܟ ܕܐܡܪܢ ܐܝܬ ܐܘ ܦܪܘܫܐ:
ܐܦ ܗܘ ܝܠܕܐ ܕܝܠܕܬ ܦܪܘܫ ܠܗ ܕܘܡܝܐ ܗܘ.
ܐܢ ܦܘܫܩܗܘܢ ܡܠܘܗܝ ܚܕܬܐ ܒܡܫܡܫܢܘܬܟ܀
ܡܫܝܚܐ ܗܘ ܬܪܥܐ ܡܢ ܬܫܡܫܬܐ ܘܫܒܝܠܐ ܕܝܠܗ.
ܠܐ ܐܝܬ ܬܘܒ ܡܟܝܠ ܪܚܐ ܕܦܬܚܐ ܡܠܝ:
ܒܫܒܝܠܗܘܢ ܠܒܪܐ ܘܠܦܬܘܠܝܗ ܘܫܪܝܩ ܪܒ ܐܝܬ.
ܘܐܢ ܗܟܢ ܗܘ ܕܘܡܝܐ ܐܝܬ ܠܐܡܐ ܦܬܝܚܬܐ܀
ܘܡܛܠ ܕܠܒܪܐ ܚܙܝ ܐܝܟܢܐ ܗܘ ܕܡܠܟ ܗܘ.
ܠܘܬܟ ܥܐܠ ܡܠܗ ܬܪܥܐ ܒܡܟܐ ܫܦܝܪ ܐܝܬ܀
ܕܡܠܗ ܐܘܪܚܗ ܕܒܪܐ ܦܬܝܚܬ ܠܡܫܪܝܘ.
ܠܒܪ ܠܗ ܬܪܥܐ ܡܢ ܦܘܠܚܗ ܕܒܪ ܐܠܗܐ:
ܘܣܬܝܡܝܢ ܠܟ ܘܠܐ ܐܢ ܒܟ ܠܐ ܬܪܥ ܐܝܟ.
ܐܝܬ ܕܘܡܝܐ ܘܒܟ ܗܘ ܠܒܬܪܗ ܐܢ ܡܪܡܪܐ:
ܕܦܬܝܚܬ ܕܟܝܐ ܐܘܪܚܐ ܕܪܦܐ ܗܘ ܡܢ ܒܪ̈ܝܐ.
ܬܪܝܢ ܕܘܡܝ̈ܢ ܠܐ ܦܬܚܬ ܠܗ ܒܠܥܐ ܡܫܡܠܝܘܬ܀
ܘܠܐ ܐܝܬ ܗܘܐ ܠܡܫܡܠܝܘܬܗ ܕܕܘܡܝܐ ܐܝܬ.

ille intelligit eum non egressum fuisse illæsa matris virginitate. Adveniente infante illo per egressum suum ad corporalem generationem, non potuit exeundo intacta relinquere virginalia signa. Qui fatetur ipsi fuisse corpus, et sensum et sanguinem, affirmet et illud, eum matris suæ solvisse virginalia; qui vero dicit eam in virginitate permansisse perenniter, cum hoc simul asserat a Filio Dei corpus non fuisse assumptum. »

Hæc quidem insipiens de hac beatissima docet. Jam amor sententiam suam dilucide eloquatur.

Si ita est, ut tu dicis, o arrogans, neque puer, quem genuit Maria est Admirabilis. Si tu per tuam sapientiam rem prorsus explicaveris, aufertur ab ea omne prodigium et cuncta erunt aperta.

Nisi tandem subsit aliquid magni quod te lateat, tu Filium ejusque nativitatem pervestigaveris, et valde magnus fueris ipse : et si ita est, in Admirabilem evaseris tu, atque nomen, quod Filio imposuit Isaias, tuum fuerit!

Penes te stat omne prodigium, quatenus ei sufficias tu, qui viam Filii comprehendere valuisses. Transiit prodigium a nativitate filii Dei, tu vero illud tibi rapuisti, et jam non nisi te quis admirabitur.

Tu Admirabilis es et in te est admirandi *ratio*, si tamen verum sit quod potueris viam perscrutari, quæ est scrutatoribus excelsior.

Duos admirabiles nuspiam me docet scriptura; et si non sit credendum te esse admirabilem, o doctor superbe,

Digitized by Google

ܫܦܝܪܐ ܣܓܝܪܐ ܗܘܐ ܠܗ ܕܡܠܟܗ ܠܡܣܟܢܐ܀
ܡܢ ܠܐ ܡܬܬܒܥܬ ܚܘܒܐ ܡܢ ܡܪܒܗ ܘܐܬܪܦܝ ܒܗ.
ܗܒ ܠܗ ܐܒܘܗܝ ܕܐܠܐ ܐܢ ܠܗ ܐܒܘܐ ܠܐ ܐܡܬ܀
ܘܢܗܒ ܠܝ ܡܢܬܐ ܕܝܪܬܐ ܗܝ ܡܬܬܠܝ ܐܒܘܬܐ ܨܝܕܘܗܝ.
ܒܬܘܠܬܐ ܒܛܠܬܗ ܘܒܬܘܠܬܐ ܗܘܬ ܡܢ ܡܓܘܬܗ܀
ܡܛܠ ܗܢܐ ܚܡܬܗ ܕܘܡܪܐ ܕܠܐ ܡܬܦܫܩ.
ܒܡܠܬ ܢ̈ܒܝܐ ܕ̈ܢܟܪܝܬܐ ܘ̈ܕܡܟܘܕܐ܀
ܢܛܪ ܠܗ̇ ܒܬܘ̈ܠܘܬܗ̇ ܐܝܟ ܕܐܠܗܐ ܐܒܘܗ ܠܐ ܚܙܐ ܐܝܬ.
ܠܗ ܐܝܬ ܒܗ̇ ܒܢܣܝܢ ܐܒܗܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ܀
ܗܘ ܗܘ ܐܒܐ ܢܛܪ ܗܘܐ ܠܗ ܡܢ ܒܬ̈ܘܠܬܐ.
ܠܗ ܐܕܪܥܬ ܠܡܠܟܝ ܐܣܟܠܐ ܡܪܝܡܗ ܕܘܡܪܐ܀
ܡܬܕܒܪ ܒܗܘܡܬ ܡܢ ܠܐ ܥܪܒܬ ܠܡܣܟܢܐ.
ܒ̈ܬܘܠܐ ܘܢܟܠܐ ܦܟܠܐ ܗܘܐ ܥܡ̈ܡܗ ܕܝܬܒܘܬܐ܀
ܘܡܬܝܠܕܢܐ ܒܪܗ ܕܘܡܪܐ ܗܘ ܠܡܕܢܚ ܠܗ.
ܐܢ ܕܘܡܪܐ ܗܘ ܢܨܚ ܗܘ ܡܠܟ ܢܟܐ ܕܐܘܪܚܗ܀
ܘܐܢ ܒܦܫܛܗܘܢ ܕܐܡܬܝ ܡܓܝܢ ܠܗ ܕܘܡܪܐ ܗܘ.
ܐܦ ܡܢ ܒܛܢܐ ܐܦ ܡܢ ܡܘܠܕܐ ܒܬܘܠܬܐ ܗܝ ܐܡܗ܀
ܘܓܠܐ ܠܗ ܚܬܡܐ ܕܒܬܘܠܘܬܗ ܡܠܟܐ ܟܠ ܕܘܡܪܐ.
ܒ̈ܬܘܠܐ ܐܡܥܝܢ ܡܢ ܥܘܪܐ ܗܘܐ ܒܡܬܥܢܝܢܬܐ܀
ܘܐܡܝܢ ܕܐܡܥܝܢ ܗܘܝܢ ܐܪܒܥ ܣܓܝܐܬܐ ܒܪܘܚܗ.
ܡܬܒܠܪ ܒܠܕ̈ܬܐ ܡܢ ܕܒܪܐ ܒܗ̇ ܒܒܪܬܐ ܡܬܚܒܠܐ܀
ܠܐ ܡܬܦܬܚܝܢ ܗܘܐ ܘܡܬܦܪܫܝܢ ܠܗ ܒܪ ܬܠܡܝܕܐ.
ܡܚܒܪ ܡܚܒܪܬܐ ܦܐܡܬ̈ܐ ܢ̈ܩܦܐ ܕܡܚܒܠܐ ܡܓܘܬܐ܀
ܠܐ ܡܬܢܣܒܠ ܗܘܐ ܘܡܬܚܒܠܐ ܚܘܦܪܐ ܕܒܬܘܠܘܬܗ.

tribuas illud tanquam proprium Unigenito; desistens ab inquirendo potius ob ejus ortum accendaris amore, eumque admirare.

Tribuas illi *proprium* ejus miraculum, quia nisi ipsi competat, miraculum plane non erit; tibique sumas silentium, quandoquidem brevior est sermo tuus quam ut ad eum pertingat.

Virgo concepit eum, et virgo adhuc erat postquam eum peperisset: quapropter nomen ejus est Admirabilis, quod explicari nequit.

Inter dolores genitricum et infantium, servat illi virginalia sua, sicut audis tu qui *illud adhuc* ignorabas.

Si modo in anima tua fuisset admiratio fidei, hæc te admiratio a dubiis servasset immunem. Si comprehendisses, quare Isaias vocaverit eum Admirabilem, admiratus fuisses potius quam scrutatus Unigenitum. Virginalibus signis *insignitum* et lacte plenum erat corpus beatissimæ, et propterea filius ejus Admirabilis est scientibus illum.

Si admirabilis est ipse, utique te valde excedit viæ ejus nobilitas; si vero explicare posses quomodo sit genitus, nequaquam foret Admirabilis.

Tum in conceptu, tum in partu mater ejus permanet virgo, ac ideo convenit ipsi nomen quo eo omnes appellarent totum Admirabilem. Claustra virginalia reperiit, quum apud illam gloriosissimam esset diversurus; ejusque uterum, quemadmodum obsignatum reperiit, ita reliquit.

Divitiis cumulata fuit filia inopum, ex quo tempore ille in ea habitavit; tantum abest ut pauperiorem aut inopiam deteriorem eam effecerit filius ditissimus.

Nova pulchritudine ornata fuit formosissima mulierum,

Digitized by Google

ܡܢ ܠܗ ܒܡܘܠܕܐ ܗܘ ܠܐܠܗ ܒܪܐ ܒܗ ܒܪ ܒܪܝܬܐ.
ܦܫܩ ܗܘܐ ܠܗ ܠܢܒܝܗ ܒܡܘܠܕܐ ܕܡܢ ܢܫܐ ܗܘܐ.
ܘܕܒܡܘܠܕܐ ܗܘܐ ܡܢ ܡܫܟܢܗ ܠܐ ܫܪܝ ܗܘܐ.
ܡܫܒܚܝܢ ܡܪܘܗܝ ܕܢܛܠܠܗ ܗܘܐ ܡܢ ܡܘܡܬܐ.
ܐܝܟܢܐ ܕܐܡܬܐ ܕܪܒܬܗ ܡܪܗ ܡܢܗ ܬܫܡܫ ܗܘܬ.
ܟܕ ܠܐ ܗܘ ܢܐܡܪ ܕܒܡܘܠܕܬܐ ܒܟܠܗ ܐܒܕܬ.
ܡܟܝܠ ܡܠܟܐ ܡܫܒܪܐ ܘܬܘܕܝܐ ܘܡܗܝܡܢܘܬܐ.
ܘܒܡܘܠܕܬܐ ܕܐܠܗܐ ܒܒܬܘܠܬܗ ܒܪܗ ܕܡܪܝܐ.
ܠܒܪܐ ܒܪܐ ܒܗ ܕܒܪܝܫܝܬܐ ܘܒܬܐ ܡܠܟܐ.
ܕܬܗܘܐ ܒܡܘܠܕܐ ܠܟܠܟܘܢ ܘܐܡܪ ܕܠܐ ܡܬܕܪܟܐ.
ܒܬܫܡܫܬܐ ܢܩܦܐ ܕܙܐܪܐ ܘܫܘܒܚܐ:
ܫܪܝ ܗܘܐ ܠܡܦܫܩܘ ܕܡܟܠܡ ܙܪܐ ܘܕܒܡܘܠܕܬܗ ❖ ❖
ܬܐ ܣܥܘܪܘܬܐ ܒܪܢܐ ܕܪܥܐ ܒܗ ܫܘܒܚܐ:
ܫܦܪܐ ܕܦܠܚܐ ܚܘܒܬܐ ܠܦܫܘܛܐ ܠܗ:
ܠܒܐ ܚܣܝܢܐ ܕܬܒܥܗ ܒܝܕܐ ܕܐܠܗܘܬܐ:
ܘܒܫܡܫܬܐ ܠܐܠܗܘܬܗ ܡܬܕܒܪ ܗܘܐ:
ܐܝܟܢܐ ܕܢܫܘܐ ܩܠܐ ܫܘܚܠܐ ܩܠܝܠܬܐ:
ܘܢܒܥܐ ܫܘܚܐ ܘܐܦܪܐ ܙܒܢܐ ܕܗܘ ܦܪܘܫܬܐ:
ܠܫܡܐ ܚܒܝܬܐ ܕܠܡܣܟܢܐ ܝܗܒ ܕܡܪܘܚܐ:
ܘܡܘܡܬܐ ܕܠܒܪܐ ܘܡܦܪܩܝܢ ܠܗ ܠܒܪܢܫܐ ܒܐܬܪܗ.
ܬܐ ܒܪ ܒܬܪܗ ܘܐܝܬܐ ܒܪܢܐ ܕܠܒܢܘܬܟ.
ܡܠܟܘܬ ܢܛܠܐ ܘܡܛܠ ܐܠܗܐ ܡܠܟܐ ܚܪܝܬܐ.
ܐܢ ܝܗܒܐ ܠܟ ܒܡܘܠܕܐ ܦܪܝܩܐ ܒܗ ܫܘܒܚܐ.
ܗܒ ܠܗ ܥܠܡܐ ܕܟܠܗ ܒܪܝܬܐ ܬܚܘܐ ܫܘܒܚܗ.

quæ peperit solem; tantum abest ut corruperit aut deformaverit virginitatis suæ nitorem; *imo* si virgo non fuisset, sed tamen in ea habitasset filius Creatoris, hunc decuisset ipsam exeundo virginem *effectam* relinquere; itaque, cum virgo esset quando eum suscepit, nitorem minime lædere potuit illius uteri qui eum sancte gestavit.

Quamnam ancillæ mercedem acceptura erat quæ dominum suum educavit? Asserat iste iniquus quod hujus causa virginitatem suam amiserit; at contra accepit abundantissime pulchritudinem, beatitudinem, sanctitatem, imo virginitatem quam neque per nativitatem suam minimum læsit Admirabilis.

Lux habitavit in ea quæ mundissimo splendore constanter effulserat, ut esset virgo perpetua et mater incomprehensibilis.

In prophetia, mari mysteriorum et revelationum, figurabatur typus, mysteria illa et virginitatem ejus plenissime referens.

Veni, o Ezechiel! vir qui inter revelationes adolevisti, doctor qui te audientes veritatem edoces, propheta vexatissime quem urserunt visiones divinæ, in rebus arcanis divinitus conversate, gloriosissime, qui audisti vocem rotarum rationalium, ac sonitus alarum, currusque motus ingentes; anima decora, quæ conspexisti mutationes Cherubim, oraque ignita benedicentium Altissimum in loco suo, veni, o fili Buzi, afferasque prophetiæ tuæ volumen! Taceant omnes, tu autem surgas ad veritatem prædicandam.

Si vidisti tu virginem Mariam in visionibus tuis, ejus mihi effigiem exhibeas, ut decorem illius contemplentur universæ creaturæ.



Digitized by Google

ܐܦ ܐܝܟ ܥܒܕܐ ܘܐܝܟܢܗ ܕܡܪܟ ܒܡܥܡܘܕܝܬܟ܀
ܩܘܡ ܬܪܥܝܬܗ ܕܢܘܚܡܐ ܦܬܚ ܠܟܠ ܡܥܡܘܕܐ܂
ܐܝܟ ܐܝܟ ܐܡܪ ܕܥܠ ܡܠܟܗ ܒܡܥܡܘܕܝܬܐ ܠܡܬܝܗ܀
ܦܩܕ ܠܢ ܐܝܟ ܐܦ ܐܘܠܦܢܗ ܠܡܥܡܘܕܝܬܗ܂
ܠܟ ܫܠܝܚܐ ܫܠܡܬ ܦܪܝܫܬܐ ܡܘܡܝܢ܀
ܡܠܝܐ ܦܘܪܫܢܐ ܡܠܐ ܘܠܒܫ ܕܢܘܪܐ ܡܠܟܢܗ܀
ܒܡܠܐ ܗܘܐ ܡܢܗ ܐܬܡܠܝ ܡܥܡܘܕܝܬܐ܀
ܡܬܠܡܕܘܬܐ ܐܡܐ ܕܬܗܘܐ ܕܠܐ ܡܬܕܪܟܐ܀
ܗܢܐ ܢܫܐ ܗܘܝ ܐܡܪ ܒܡܥܡܘܕܝܬܗ܀
ܕܢܘܟܠ ܡܢܝܐ ܬܪܬܝ ܒܟܠ ܩܘܕܫܐ ܘܫܘܒܚ ܕܐܝܟ܂
ܘܐܡܪ ܡܢܝܐ ܕܬܪܬܐ ܗܢܐ ܢܗܘܐ ܐܝܟ܀
ܘܬܘܒ ܠܐ ܢܬܦܠܓ ܐܘ ܢܦܠܘܓ ܐܝܟ ܐܘ ܢܫܘܐ ܒܗ܂
ܡܠܝܐ ܕܡܢܝܐ ܗܘ ܬܠܬܐ ܒܗ ܢܗܘܐ ܐܝܟ܀
ܢܫܐ ܕܪܘܚܐ ܦܬܚ ܦܩܕ ܠܢ ܡܠܦܢ ܡܢܐ ܗܘ܂
ܒܡܥܡܘܕܝܬܐ ܦܘܪܫܢܐ ܬܪܬܐ ܕܐܝܟ ܒܡܥܡܘܕܝܬܐ܀
ܕܡܢܝܐ ܡܫܡܫܐ ܒܠܐ ܒܗ ܠܟܠܡܘܬܐ ܘܡܫܡܫܗ ܕܐܝܟ܂
ܡܢܐ ܕܟܠܗܝ ܒܡܥܡܘܕܝܬܐ ܬܠܬܐ ܠܐ ܦܠܓ ܠܗ܀
ܘܦܩܕ ܠܟܠܢ ܐܦ ܫܠܝܚܐ ܒܢ ܒܟܬܒܐ܂
ܒܬܪܬܐ ܕܡܠܝܐ ܒܠܐ ܟܠܗܝ ܠܟܠܡܘܬܐ ܕܕܝܐ܀
ܘܠܗ ܠܗܘ ܬܪܬܐ ܡܫܡܫܗ ܕܐܝܟ ܒܡܥܡܘܕܝܬܐ܂
ܗܘ ܒܟܠ ܡܘܕܐ ܕܒܪܐ ܢܫܐ ܕܐܝܟ ܬܪܬܗ܀
ܒܡܥܡܘܕܝܬܐ ܪܡܙ ܠܢ ܘܒܡܥܡܘܕܝܬܐ ܠܐ ܐܦܠܓܬܗ܂
ܡܘܕܐ ܡܫܡܫܐ ܗܘ ܘܒܟܠܗ ܕܡܘܕܐ ܦܠܓܬܐ ܐܝܟܢܗ܀
ܘܬܪܬܐ ܕܐܝܟ ܒܟܠܐ ܬܠܡܝܕܐ ܕܡܢܝܢ ܒܗ܂

Si in prophetia tua matris Domini tui historia reperiatur, surgas, eamque utpote auditoribus acceptissimam exponas.

Sunt qui dicunt eam post partum suum haud amplius esse virginem : explices tu nobis utrum perdiderit suam virginitatem. Tibi, o Ezechiel, hodie loquendi obtigit sors; loquaris de Maria, ab eaque scrutationem cohibeas!

Audiamus nunc quid dictum fuerit in prophetia de ista matre prodigiosa plane inscrutabili.

Propheta igitur in sua prophetia ita dixit : « Ostendit mihi Dominus portam sanctuarii, quam vidi clausam, dixitque Dominus : Porta hæc clausa erit, neque aperietur, neque intrabit quis aut exibit per eam; quia Dominus ipse intrabit per eam, erit clausa. »

Propheta Spiritus, manifesta nobis atque exponas quid sibi velit iste sermo tuus.

Virgo Maria in prophetia est porta clausa, per quam Dominus Christus intravit in mundum quamque clausam reliquit. Quando Deus per portam ingreditur, eam non aperit, ut nobiscum contestatur Ezechiel filius Hebræorum.

Per portam nativitatis ingressus est Deus in mundum, quia ipse voluit, sed hanc ipsam portam in virginitate clausam reliquit.

Sanctuarium illud cujus portam propheta vidit esse clausam virginem nobis repræsentavit; igitur virginitas illæsa permansit.

Sanctitas Christus est, et sanctuarium Maria; porta vero clausa sunt signa virginalia in ipsa conservata.

Digitized by Google

ܘܐܦ ܒܡܪܕܐ ܠܗ ܗܘܐ ܗܘ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܐܒܐ ܀
ܠܡܫܠܐ ܥܒܕܐ ܚܕܐ ܗܘܐ ܠܟܠܐ ܘܠܟܠܗܘܢ ܐܝܬܝ.
ܚܬܝܡܘܗܝ ܗܘܐ ܠܬܘܪܐ ܟܠܗ ܘܒܬܘܪܐ ܕܐܬܐ ܟܠܗ ܗܘܐ ܀
ܘܚܙܐ ܕܐܝܬܝ ܟܠܗ ܘܫܬܘܐ ܠܐ ܚܙܐ ܘܠܒܫ.
ܡܢ ܐܠܗܐ ܟܠܗ ܡܢ ܥܒܕܐ ܘܟܠܗ ܡܟܝܠܐ ܀
ܠܟܠܗܝܢ ܒܡܟܝܠܐ ܘܠܐ ܦܬܚ ܥܒܕܐ ܡܢ ܟܠܗ ܗܘܐ.
ܘܦܪܩ ܢܡܘܣܗ ܠܐܡܬܐ ܒܬܘܠܬܐ ܒܬܘܪܐ ܕܐܝܬܝ ܀
ܘܠܚܙܘܐܗ ܚܘܝܗ ܕܐܝܬܝ ܠܗܡܙܐܬ.
ܘܗܪܗܪ ܗܪܟܐ ܘܐܝܟ ܗܘ ܥܒܕܐ ܕܐܠܗ ܠܐ ܦܬܚܗ ܀
ܗܘܐ ܡܢܟ ܠܡܚܝܘ ܘܦܪܘܫ ܒܠܚܘܕܘܬܐ.
ܒܬܘܪܐ ܐܝܟܢܐ ܚܙܐ ܒܫܘܬܐ ܡܬܦܫܩ ܠܝ ܀
ܕܐܝܟ ܥܒܕܐ ܚܬܝܡܐ ܗܘ ܚܙܐ ܕܒܫܘܠܡܐ.
ܠܐ ܟܠ ܠܡܦܬܚ ܥܒܕܐ ܗܢܐ ܡܪܝܐ ܐܡܪ ܀
ܐܝܟ ܐܠܗ ܠܐܡܪ ܠܐ ܐܠܗ ܠܚܙܐ ܫܬܘܐ ܗܠܝܢ.
ܥܠܠܬܗ ܕܡܪܝܐ ܚܬܝܡܬܗ ܠܡܪܫܗ ܕܢܬܒܠܡܬܐ ܀
ܕܐܦܠܐ ܒܝܠܕܗ ܚܙܐ ܠܫܬܘܠܡܗ ܒܢ ܢܦܫ ܗܘܐ.
ܠܐܠܗܐ ܗܘܐ ܕܟܠܗ ܡܢ ܥܒܕܐ ܘܫܬܘܠܡܬܐ ܀
ܘܐܪܟܒ ܢܒܝܐ ܒܫܬܘܡܡܘܗܝ ܟܠܗ ܕܐܠܗܐ ܗܘ.
ܐܝܟ ܗܘ ܥܒܕܐ ܕܚܙܐ ܢܒܝܐ ܘܡܫܒܚ ܠܐ ܀
ܕܐܠܗܐ ܠܟܠ ܗܘ ܟܠܗ ܒܗ ܢܗܘܐ ܐܝܬܝ.
ܡܟܝܠ ܡܫܒܚ ܕܐܡܠܐ ܕܦܘܪܐ ܕܐܠܗܐ ܗܘܐ:
ܕܒܠܝܗ ܦܪܘܫ ܦܘܪܐ ܕܦܬܚܗ ܒܫܬܘܡܠܝܗ.
ܦܠܝ ܕܡܢ ܕܚܙܝܢ ܕܐܦ ܗܘ ܡܟܝܠ ܠܗ ܐܠܗܐ ܗܘ ܀
ܫܦܠܝܢ ܐܦ ܗܢ ܕܚܙܐ ܫܬܘܐ ܡܢ ܢܦܫ ܗܘܐ.

Digitized by Google

Quod si revera non ita est, ut ego dico, quamnam tandem portam vidisset propheta, et quare clausa *fuisset?*

Viderat portam, quia per portam hominum, *nascendo ex muliere sicuti homines cæteri*, erat ingressurus; viditque eam esse clausam, quia claustra virginalia non solvit ut egrederetur.

Filius Dei per portam omnibus nascentibus communem ad mundum intravit per suam nativitatem; sed ingrediens ostia minime aperuit; porro matrem suam virginem præsignavit per portam clausam, atque Ezechieli dilucide ostendit hanc esse clausam.

Vera sane est illa res, et sicut portam illam quam nemo aperuit, ita Mariæ sigillum sub custodia posuit.

Porta clausa uter virginalis nobis intelligendus est; quia porta clausa est, ideo signatus est uter virginitatis; nempe : « non aperietur porta hæc, dixit Dominus », *idem est* ac si quis diceret : « nemo solvet claustra hæc virginalia. »

Verbum Domini obsignavit uterum Beatissimæ, quia ne in sua quidem nativitate exeundo solvit ipsius virginalia.

Deus erat qui ingressus est per ostium virginitatis, et quia Deus erat reliquit sigilla obsignata, ad instar portæ illius quam vidit propheta, et de qua vocem audivit hanc : « quia Deus per eam ipse intrabit, erit clausa. »

Itaque constat eum qui confitetur Deum hunc esse quem peperit Maria, confiteri quoque debere hanc in virginitate sua permansisse; qui autem in dubium revocat ejus filium esse Deum, illud quoque *dubio suo* admiscet, eum exeundo claustra virginalia solvisse.

Digitized by Google

ܗܪܟܐ ܐܬܓܠܝ ܡܠܟܘܬܐ ܫܘܦܪܗ ܕܠܐ ܡܬܚܙܝܐ :
ܘܡܠܟܗ ܕܡܠܟܐ ܫܡܫ ܠܗ ܕܢܬܒܥ ܟܠܗ ܢܟܣܘܗܝ.
ܐܦ ܐܠܗܐ ܚܙܐ ܐܝܬ ܠܗ ܐܝܟ ܕܐܠܗܐ ܗܘ :
ܫܡܫ ܠܗ ܕܐܚܝܕ ܕܡܪܗ ܠܡܫܝܚܐ ܗܘ ܒܡܠܟܘܬܐ.
ܘܐܦ ܦܘܠܚܢܐ ܡܫܝܚܐ ܕܢܫܐ ܒܫܡܫܗ ܡܛܐ :
ܠܫܡܫ ܠܗ ܕܢܬܪܢ ܕܡܠܟܘܬܐ ܒܐܬܪܗ ܦܩܕ.
ܗܘ ܝܗܒ ܐܬܪܐ ܕܒܪܐ ܠܫܡܐ ܒܗܘ ܝܚܝܕܝܐ :
ܡܛܠ ܕܐܠܗܐ ܟܠܗ ܗܘܐ ܒܗ ܘܒܪܐ ܕܐܒܘܗܝ.
ܘܐܬܦܩܕ ܠܗ ܕܡܪܐ ܕܐܠܗܐ ܟܠܗ ܗܘܐ ܒܗ :
ܠܐ ܦܠܛ ܠܗ ܘܡܢ ܟܠܗ ܒܗ ܐܝܟ ܚܠܝܡܐ.
ܠܗ ܐܚܪܢܐ ܕܠܗ ܐܠܗܐ ܗܘ ܟܠܗ ܗܘܐ ܒܗ.
ܫܠܝܡ ܗܘܐ ܕܢܬܦܠܚ ܘܠܐ ܦܠܚ ܗܘܐ ܠܐ ܟܠܗ ܗܘܐ.
ܘܕܗܘ ܐܪܟܐ ܠܡܟܪܙܐ ܠܡܫܝܚ ܗܘܐ ܕܗܘ ܢܬܠ ܠܗ.
ܐܒܘܗܝ ܘܫܦܝܪܗ ܘܫܘܒܚܗ ܕܠܡܟܪܙ ܠܐ ܦܠܛ ܠܗ.
ܐܝܟ ܕܐܦ ܦܪܢܣܗ ܒܡܠܟܘܬܐ ܕܠܐ ܡܫܬܪܝܐ :
ܠܡܫܝܚܐ ܫܒܚܐ ܟܠܗ ܕܐܠܗܐ ܒܫܘܪܐ ܡܫܬܪܐ.
ܠܗ ܐܝܟܐ ܕܠܗ ܐܠܗܐ ܗܘ ܡܫܬܐ ܡܬܪܢܝܐ :
ܒܠܘܬܐ ܚܪܝܢ ܗܘܘ ܕܐܝܟܐ ܒܠܘܬܐ ܠܐ ܢܛܪ ܗܘܐ.
ܐܪܐܡܝ ܐܝܟܢ ܘܚܕܐ ܒܚܕܐ ܐܫܬܝ ܐܝܟܢ :
ܘܕܒܠܝܢ ܟܠܗ ܗܘ ܕܢܫܪ ܗܕܐ ܠܐ ܡܫܬܠܡܢܝܢ.
ܡܢܐ ܕܠܐ ܡܟܕܐ ܕܐܦ ܐܠܗܐ ܡܫܬܐ ܡܬܪܢܝܐ :
ܐܡܪܝܢ ܦܟܕܐ ܕܒܡܠܟܘܬܗ ܠܐ ܐܫܬܪܝܬ.
ܐܝܟܢ ܗܢܘܢ ܕܡܫܬܪܝܐ ܗܘ ܡܬܪܢܐ ܕܡܫܬܐ :
ܠܐ ܡܫܬܦܠܝܢ ܕܠܡܫܝܚ ܬܫܒܚܬܐ ܕܒܡܠܟܘܬܗ.

Hic jam sermo finem suum accipiat absque disceptatione, et sane ex genito tibi facile erit de ejus genitrice stabilire *sententiam* : si eum agnoscas ut Deum, uti Deus est, facile perspicies uterum esse in virginali statu custoditum; contra, si dubitatio, velut ulcus occultum, in anima tua exorta est, difficulter tibi persuaseris virginitatem intactam permansisse.

Nam *quod attinet* portam eam, quam propheta in illa revelatione vidit, audivit Deum per eam esse ingressurum, eamque vidit esse clausam, illud sane ita est explicandum ut, quando Deus esset per eam ingressurus, eam minime aperiret ut deinde per eam ingrederetur, veluti debilis quidam; utique si alius qui non sit Deus ingrederetur per eam, necessarium foret ut aperiretur, ita ut, nisi aperiretur, iste non valeret intrare; ast quia porta hæc Domino servabatur ut ipse per eam intraret, *ideo* clausit eam atque obsigillavit, manifestavitque se eam non aperturum omnino.

Similiter etiam Maria cum virginitate inviolata custodita fuit in partu, quia prodigioso plane modo ipsa peperit Deum. Si hominem, qui Deus non esset, peperisset Maria, claustra virginalia soluta fuissent, cum homo claustra servare non potuisset.

Duo sunt hæc, sed unum cum altero connexa sunt; et qui hæsitat ex his alterum admittere, ad alterum admittendum sese minime subjicit.

Quando non confitetur quis quod Deum genuerit Maria, quomodo ejus virginitatem illibatam permansisse confiteatur? Si autem credit Dominum quem genuit *Maria* esse Unigenitum, nequaquam dubitabit conservatam fuisse virginitatis ejus signaculum.

Digitized by Google

ܕܟܠܠܗ ܐܘܪܚܗ ܐܫܬܘܝܗ ܗܘ ܡܢܐ ܕܡܬܢܘܟܪ܀
ܘܐܡܬܝ ܕܐܫܬܘܝܗܘܢ ܚܙܐ ܘܫܪܐ ܒܐܘܪܚܐ ܕܐܪܡܝܐ.
ܐܝ ܡܫܝܚܐ ܗܘ ܒܫܡܗ ܪܘܪܒܐ ܡܫܬܡܠܝܘܬܗ܀
ܘܐܝ ܒܫܠܝܡܐ ܗܘ ܡܣܝܒ ܪܘܚܗ ܘܠܐ ܡܫܬܠܛܐ.
ܐܝܟ ܦܠܚܐ ܙܥܘܪܐ ܕܠܒܝܫܘ ܩܡܛܐ ܐܘܟܐ܀
ܘܩܛܡܐ ܘܫܟܠܘܬܐ ܒܬܪ ܐܘܪܚܗ.
ܢܝܚܐ ܗܘܐ ܦܓܪ ܐܬܕܪ ܡܢ ܒܬܘܠܬ ܐܚܐ܀
ܘܦܓܪܗ ܪܘܚܐ ܕܐܝܬܐ ܠܚܕܝܢܐ ܡܢ ܒܬܘܠܬ ܕܩܡ.
ܐܝ ܐܠܗܐ ܗܘ ܒܪ ܐܠܗܐ ܡܫܝܚܐ ܕܝܠܝܕ܀
ܐܫܬܘܝܗ ܗܘ ܒܪܗ ܐܘܪܚܗ ܡܢ ܒܬܘܠܬܐ ܠܢܗܘܪܐ.
ܕܚܙܐ ܒܢܘܗܪܐ ܒܬܘܠܐ ܡܘܬܒܗ ܠܗ ܡܢ ܒܪܝܫܝܬ܀
ܘܗܢܐ ܒܨܒܝܐ ܠܗ ܕܢܗܘܐ ܗܘ ܠܒܢܝܢܫܐ.
ܐܝܟܐ ܠܦܘܠܚܢܐ ܘܡܘܡܐ ܢܚܙܐ ܙܥܘܪ ܩܘܡܬܐ܀
ܕܢܬܠܘܢ ܩܡܬܐ ܕܡܠܐܟܘܬܐ ܠܢܦܠܘܢ ܐܠܝܢ.
ܚܙܐ ܒܡܠܟܘܬܐ ܘܐܝܪܘܬܗ ܚܕܝܬܐ ܕܬܫܡܫܬܐ܀
ܩܪܒ ܗܕܝܐ ܘܒܪܡܫܬܘܗܝ ܣܓܝܐܬܐ.
ܓܒܪ ܠܬܘܪܐ ܘܫܟܢܗ ܒܝܬܐ ܕܒܥܠ ܒܪܝܬܐ:
ܘܢܚܬ ܙܐܪܐ ܠܬܪܥܘܬܐ ܕܦܓܪܗ ܒܬܠܐ.
ܐܝܟܐ ܠܒܥܠ ܡܘܕܥܐ ܘܫܡܐ ܐܫܬܪܐ ܒܥܬܐ ܡܢܗ܀
ܠܡܬܒܪܢܘ ܒܬܠܐ ܕܢܦܠ ܗܘܐ ܠܗ ܕܢܗܘܐ ܐܫܬܪܗ.
ܕܠܒ ܒܟܦܟܐ ܘܐܚܐ ܘܪܘܚܐ ܫܡܘܪ ܕܐܠܗܐ ܗܘ܀
ܘܠܗ ܫܡܝܐ ܗܘܐ ܡܬܡܟܠܝܢܘܬܐ ܕܐܬܩܦܬ ܒܗ.
ܢܒܥܐ ܒܫܦܝܘܬܐ ܘܢܦܫܟ ܡܠܟܐ ܠܫܡܝܐ ܢܗܪܐ܀
ܦܪܘܩ ܒܗ ܫܪܟܐ ܘܫܒܩ ܠܗ ܢܗܘܐ ܘܚܙܐ ܠܗܘܪܐ.

Quippe cujusque via, qua incedit, ipsi congruens est, ac juxta statum suum proficiscitur et vadit in via quam semel ingressus est : si inops est cum eo graditur inopia; si dives est, nobilis, non autem occultus est ejus processus; si autem rex est, regionem præconibus vult perlustrari, legionibusque et exercitibus viam muniri.

Jam videamus quis fuerit missus e domo Patris et quis sit ille reconditus qui venit sese manifestare ex domo David. Si Christus filius Dei, qui ortus est, Deus est, universa via ejus erit ipsi conveniens et prodigio plena.

Habitante ipso in utero, ad eum in uteris exultant infantes, et sane hujusmodi opus non est solitum hominibus.

Nascendo, stellam mittit remotis, ut afferant munera ac sese per tributum subjiciant.

Cum diverteret in spelunca, circumdederunt eum cœlitum cœtus, edentes cantica laudis hymnosque pulcherrimos.

Fasciis ipso involuto, exultant turmæ Gabrielis, revelantque pastoribus arcanum de istius pueri natura.

Venit ad templum et senex ligatus supplicationem adhibet, ut eum dimitteret infans ille, probe sciens hunc eum esse qui ipsum alligaverat.

Cum appareret in baptismo, Pater et Spiritus sanctus contestati sunt ipsum esse Deum; ab eo autem receptus fuit baptismus, ut per ipsum *baptismus* sanctificaretur.

Convivio accumbens, aquam in vinum optimum mutavit.

Occurrenti ei cæco cœnum imposuit, *ille* vero vidit lucem.



Digitized by Google

ܒܐܪ̈ܥܐ ܕܕܘܓܐ ܡܦܩܪ ܡܠܐ ܦܫܝܛ ܐܢ̈ܫܝܢ.
ܘܐܠܝܘܪ ܟ̈ܐܢܐ ܚܬ̈ܘܡܬܐ ܘܐܓܪܘܚ ܐܢ̈ܫܝܢ.
ܠܡ̈ܠܟܘܬܐ ܚܕܐ ܗܘܐ ܘܠܝܕܐ ܕܚܘܒܠܐ ܠܥܠ ܡܢ ܓܘܪܗ.
ܘܡܚܝܢܘܬܐ ܕܡܫܝܚܐ ܘܩ̈ܠܝܐ ܠܓܝܪ ܐܣܛܪܘ.
ܠܚܝ ܒܐܫܬܐܐ ܕܝܗܒ ܘܡܠܘܟܪ ܘܐܡܬ ܠܗ ܕܡܢܐ.
ܠܡܠܟܗ ܐܝܟ ܕܡܠܟܗ ܡܫܝܚ ܗܘܐ ܠܟܠ ܚܘܠܡܢܐ.
ܒܚܡܬܐ ܒܫܡܬܐ ܘܒܐܘܪܚܐ ܕܡܓܪܐ ܡܟܝܬܐ ܠܢܦܫ.
ܡܢ ܓܘ ܡܩܪܐ ܠܒܝܡܬܐ ܒܪܡܐ ܒܡܠܟܗ ܐܥܒ.
ܡܢ ܒܡܬ ܩ̈ܒܝܡܬܐ ܫܩ̈ܕܐ ܠܟܬܐ ܫܕܪ ܒܗ ܒܐܘܪܚܗ.
ܠܐܡܪܝܢ ܠܐܪܟܐ ܕܟܠܗܐ ܗܘܐ ܘܠܢܦܫ ܐܠܗܝ.
ܘܗܕܐ ܐܘܪܚܐ ܕܗܘܝܢ ܪܥܐ ܐܠܟܝܪܬܐ ܠܗ.
ܗܘ ܕܢܝܒܬ ܠܗ ܕܢܗܠܟ ܒܗ ܠܐܠܗܐ ܗܘܐ.
ܘܐܡܪ ܐܬܠܘܗ ܘܐܡܪ ܪܒܘܬܐ ܕܒܠܗ ܐܘܪܚܗ.
ܗܘ ܚܘܪ ܒܗ ܒܗܘ ܦܘܠܚܗ ܕܦܩܠܐ ܠܒܗܪܐ.
ܦܩܐ ܒܐܡܬܠܘܗ ܘܢܓܒܝ ܫ̈ܡܠܐ ܕܝܠܒܪܘܬܗ.
ܘܡܢ ܬ̈ܠܡܬܗ ܕܪܫ ܢܦܪ ܐܦ ܒܩܫܬܗ.
ܒܪܡܫܗ ܕܐܘܪܚܐ ܠܐ ܡܟܦܪܐ ܗܘܐ ܕܠܐ ܠܕܘܟܘܪܬܐ.
ܒܝܒܠܐ ܥܝܪ ܘܐܬܐ ܚܝܬܐ ܫܓܪ ܒܝ ܢܥܒ.
ܠܦܩܪܡܠܐ ܥܝܪ ܠܢܟܠܐ ܠܝܗܪܐ ܡܟܠܬܗ.
ܕܗܒ ܒܡܟܐܡܬ ܠܠܕܦܩܪ ܒܗ ܕܕܘܡܪܐ ܗܘܐ.
ܐܘܪܚܐ ܕܦܫܝܐ ܡܢ ܩ̈ܫܝܐܐ ܠܗ ܕܓܝܐ ܗܘܠ.
ܩ̈ܛܘܠܐ ܦܫܝܢ ܗܘܘ ܘܠܗ ܡܛܠܗܪ ܗܘܐ ܠܚܒܪܐ ܚܕܬܐ.
ܗܒ ܦܘܡܐ ܗܘܠ ܕܠܒܪܐ ܐܬܐ ܕܒܝܫܐ ܡܢ ܒܠܠ.
ܕܗܒ ܐܦܝܘܬܐ ܕܠܗܘܐ ܐܟܠܐ ܠܦܫܐ ܡܢ ܒܠܠ.

In aures surdi vocem effudit, easque aperuit; illuminavit quoque oculos tenebris *obductos* eosque exhilaravit.

Telonarium cum vidisset, jugum iniquitatis ab ipsius collo confregit, atque peccatricis, quæ lacrymas effuderat, chirographum laceravit.

Vexatum quemdam mutum, cæcum et a dæmonio oppressum, qui totus sanitate indigebat, totum sanavit.

Puellam domi mortuam jamque in via ad sepulturam resuscitavit. E monumento mortuum fœtentem voce sua excitavit.

Tres sibi in via sua ex mortuis testes ordinavit, qui terræ annunciarent eum qui ipsos suscitavit esse Deum.

Itaque via hæc tantopere nobilitata fuit, quia ille qui ad eam lustrandam descendebat, Deus erat; porro sicut signa ejus totiusque viæ ejus majestatem, ita quoque ipsius nativitatem prodigio esse plenam considera.

Abditus est in essentia sua, sed manifestantur virtutes suæ fortitudinis, et oportet ut ex manifestis ejus etiam occulta credamus. Initio viæ non orsus est sine prodigio, in *ipsa* conceptione inchoavit, et novum signum patravit quando exivit.

Mariam in primis ob seipsum admiratione replevit, ut hæc primum admiraretur Admirabilem; revelata fuit illi via multis abscondita.

Abscondita erant claustra virginalia, et ipsa obstupuit de opere inaudito. Digna fuit ipsa quæ videret prodigium cunctis absconditum, quia digna erat ut fieret mater absconditi ab omnibus. In seipsa vidit se esse virginem

Digitized by Google

ܒܥܡܡܗ ܚܙܬ݀ ܕܟܠܘܬܐ ܗܘܬ݀ ܘܪܘܡܐ ܗܘܬ݀ .
ܟ̈ܠܘܠܐ ܘܡܓܕܐ ܚܙܬ݀ ܒܡܠܘܟܗ ܘܬܗܕܪܐ ܗܘܬ݀ .
ܒܪܗ ܕܟܠܘܬܐ ܒܡܘܪܒ ܐܘܪܚܗ ܠܐܡܟܗ ܐܬܗܪ :
ܘܒܝ ܠܐܣܬܪܢܐ ܡܓܠܐ ܕܘܡܟܪܐ ܒܫܡܠܐ ܕܗܒܢܝ .
ܘܗܡܡܟܠܘܬܐ ܕܐܦ ܒܩܫܡܬܐ ܬܒܟܝܢ ܐܢܬܝܢ ܠܗ .
ܒܪܡܡܗ ܕܐܘܪܚܐ ܫܡܪܐ ܒܦܗܪܐ ܕܠܐ ܕܘܘܕܐ .
ܘܪܡܝܟܐ ܠܗ ܕܦܟܠܗ ܘܒܪ ܦܟܝ ܗܡܡܟܠܘܬܐ .
ܫܡܪܐ ܒܦܗܪܐ ܘܒܩܫܡܬܗ ܘܩܒܠܡܬܗ .
ܚܪܬܐ ܕܐܒܐ ܕܠܦܘܡ ܐܪܟܐ ܕܚܪܡܟܐ ܗܘܬ݀ .
ܠܐ ܡܟܦܪܐ ܗܘܐ ܕܣܢܝܩ ܗܘܐ ܟ̈ܠܘܠܐ ܕܐܡܟܗ .
ܗ̇ܘ ܕܒܬ̈ܟܒܬܐ ܡܡܟܒܬܐ ܡܘܒܟ ܗܘܐ ܠܚܝܬ݀ ܐܠܘܝ .
ܠܐ ܦܟܟܠܦ ܗܘܐ ܠܐܡܟܐ ܚܝܬ݀ ܕܡܓܠܐ ܗܘܐ ܠܗ .
ܒܟܠܘܬܐ ܢܛܪܗ ܐܡܝ ܕܠܗܒܪ ܗܘܐ ܒܟܠܗܘܬܐ :
ܘܗܘܒܬ݀ ܐܡܟܐ ܐܡܝ ܕܗܘܐ ܗ̇ܘ ܒܡܓܒܗ ܐܠܗܐ .
ܗ̇ܘ ܟܠܗܐ ܗ̇ܘ ܗܘ ܕܗܘܐ ܐܠܗܐ ܕܠܐ ܡܫܠܚܐ :
ܘܐܡܟܗ ܒܟܠܘܬܐ ܕܗܘܬ݀ ܐܡܟܐ ܕܠܐ ܡܦܠܓܐ .
ܡܟܡܣܐ ܒܡܓܒܗ ܐܦ ܟܠܗܐ ܗܘ ܗ̇ܘ ܐܦ ܒܪ ܐܠܗܐ ܗ̇ܘ .
ܐܡܝ ܕܠܗܡܬܐ ܒܟܠܘܬܐ ܗ̇ܝ ܘܐܡܟܐ ܗ̇ܝ ܡܪܡܪܬܐܡܬ .
ܠܐ ܬܪܡܝ ܡܓܒܬ݀ ܘܠܐ ܗ̇ܝ ܡܓܒܐ ܕܬܗܘܐ ܬܬ̈ܪܬܝܢ .
ܚܝܐ ܠܗܝ ܡܓܒܬ݀ ܟܠܗܘܬܐ ܐܦ ܐܠܗܘܬܐ .
ܠܐ ܟܠܗܐ ܕܦܟܐ ܠܐܢ̈ܫܐ ܒܡܓܒܐ ܡܟܡܟܬܘܟ :
ܐܦܠܐ ܒܟܠܘܬܐ ܕܦܟܡܐ ܠܐܡܟܐ ܠܒܝܫܐܪ ܒܗ :
ܘܕܠܒܡ ܒܝܢܝ ܐܬܕܡܟ ܠܝ ܘܗܘܕܐ ܡܟܠܝ .
ܘܠܡܟܒܬܗ ܠܓܒܗ ܐܡܟܗ ܒܟܠܘܬܟܬܗ .

simul et matrem; claustra virginalia cum partu mirabunda in seipsa consideravit.

Filius Virginis in ipso viæ suæ initio matrem suam stupore affecit, deinceps vero etiam ceteros admiratione replevit per prodigia quæ patravit.

Fides igitur, cui etiam occulta manifesta sunt, initium viæ ejus mirabunda intuetur absque hæsitatione; nempe fides, quia novit quis sit ille et cujus filius, cum admiratione tam occulta ejus quum manifesta considerat.

Heres, qui terram devastatam restitutum venerat, minime orsus est a corrumpendo propriæ matris virginitatem; ille qui mortuis resurrectionem erat largiturus ut eos renovaret, non potuit veterem efficere matrem novam quam sibi paraverat.

Virginem servavit eam, sicut ipse servatus est in divinitate, et effecta est mater, sicut ipse in nativitate sua factus est homo.

Ille Deus est, quia factus est homo absque mutatione, et mater ejus virgo est, quia facta est mater sine læsione.

Christus in nativitate sua Deus est et homo, quemadmodum puella hæc virgo simul ac mater vere existit.

Non duos peperit illa, neque fas est ipsam in duas dividere; una unum peperit divinitus simul et humanitus.

Deus nullatenus homini similis est in sua nativitate, neque etiam virgo illa similis matribus consideranti ipsam apparet; sed quia induit corpus nostrum nobis similis effectus est atque inter nos conversatus, genitricem vero suam sibi matrem effecit quin virginitatis jacturam pateretur.

Digitized by Google

ܕܦܠܚܐ ܦܢܝܩܐ ܐܦ ܠܐܩܢܘܡܐ ܘܠܬܫܒܘܚܬܐ܀
ܘܕܦܠܚܐ ܡܓܪܘܗܝ ܐܦ ܠܐܠܗܐ ܘܠܒܢܝܢܫܐ.
ܕܡܛܘܬܗ ܕܐܬܐ ܕܡܛܘܬܐ ܕܓܒܪܐ ܒܚܪܬܐ ܦܓܠ܀
ܕܐܦ ܠܐܠܗܐ ܘܒܪܗ ܕܐܠܗܐ ܒܦܓܪܐ ܢܗܘܐ.
ܘܐܬܕܟܪ ܠܝ ܗܘ ܝܠܒܪܐ ܕܕܦܠܐ ܠܐܚܘܗܝ܀
ܫܠܝܛ ܠܝ ܟܘܠܐ ܒܡܠܘܗܝ ܫܡܐ ܕܒܢܝܢܫܐ.
ܕܒܡܠܬ ܐܡܪܗ ܒܡܠܘܗܝ ܒܐܪܐ ܕܡܠܝܬܐ܀
ܫܠܝܛ ܠܝ ܗܕܐ ܕܠܐ ܓܒܪܐ ܒܬܘܠܬܐ ܡܢ ܢܦܩ ܗܘܐ.
ܘܦܩܕ ܗܘ ܠܗ ܕܗܘܝܘ ܢܥܒܕ ܒܒܬܘܠܘܬܗ܀
ܕܢܗܘܐ ܢܒܝܐ ܕܦܠܚܘ ܐܒܘܗܝ ܕܡܫܝܚܗ.
ܒܒܘܒܗ ܕܓܒܪܐ ܓܒܪܐ ܕܘܡܝܐ ܡܢ ܕܡܠܟ ܠܝ܀
ܘܐܢ ܫܓܠ ܗܘܐ ܬܓܒܐ ܒܡܒܝܢܗ ܠܗ ܕܘܡܝܐ ܗܘ.
ܒܐܪܥܐ ܐܚܪܬܐ ܓܒܠ ܗܘܐ ܠܡܠܟܘܬܐ ܐܝܟ ܕܒܐܝܕܐ܀
ܘܠܗ ܒܐܝܕܗ ܠܗ ܡܪܝܐ ܗܘܐ ܘܠܐ ܠܐܠܗܐ.
ܘܕܐܬܐ ܠܓܒܪܐ ܘܫܠܝܛ ܬܓܒܐ ܕܒܡܠܟܘܬܐ܀
ܡܠܝܟ ܦܘܕܐ ܕܡܪܝܐ ܗܘ ܡܫܘܚ ܐܦ ܕܘܡܝܐ ܗܘ.
ܢܒܝܐ ܢܒܝܐ ܒܐܡܪܐ ܕܒܥܬ ܒܡܠܟܘܬܗ܀
ܘܢܦܫܩ ܠܝ ܕܗܘ ܗܘ ܐܪܥܐ ܕܒܪܐ ܕܐܝܣܝ.
ܡܫܝܚܐ ܓܒܠ ܒܗ ܕܐܒܘܗܝ ܚܝܪܗ ܕܒܒܝܬܐ ܢܫܒܘܪ܀
ܐܪܥܐ ܒܠܝܬܐ ܠܐ ܫܦܝܪ ܠܗ ܟܠ ܕܠܐܠܗܐ ܗܘ.
ܠܗ ܠܚܝܠܐ ܐܦܐ ܢܫܒܘܩ ܗܘ ܡܠܝܟ ܒܠ܀
ܠܗܝܢ ܡܠܝܟ ܕܡܫܒܠ ܗܘܐ ܚܝܪܗ ܐܒܘܗܝ.
ܠܟܢܐ ܕܢܒܚܬ ܐܦܐ ܕܢܗܝܢ ܒܡܠܟܘܬܗ܀
ܘܠܐ ܡܫܒܠ ܗܘܐ ܒܡܠܟܘܬܐ ܕܒܥܠ ܕܗܘܐ ܐܡܪܗ.

Similis est Maria tum matribus, tum virginibus, et similis est Natus ejus et Deo et hominibus.

Forma Patris formam servi in utero assumpsit, ut Deus simul et homo mirabiliter foret; ita heros ille, Patri suo similis, similis factus est nobis in cunctis hominum passionibus, excepta iniquitate; constituta quoque est mater ejus cunctis genitricum doloribus subjecta, excepto quod ipsius claustrum virginale filius exeundo non solverit.

Sane decebat ipsam ita in sua virginitate permanere, ut certior redderetur quisnam esset pater unigeniti sui.

In ipsius sinu purissimo habitavit Admirabilis, cum nobis exoriretur; quod si exeundo signa virginalia violasset, non foret Admirabilis.

Per portam clausam ingressurus erat in mundum, sicut scriptum est; si igitur eam aperuisset, neque Dominus fuisset, neque Deus; ast quia veniendo ad nativitatem servavit virginitatis sigilla, unusquisque confitetur Jesum et Dominum esse et Admiribilem.

Lætetur propheta *Ezechiel* ob matrem quæ in virginitate sua permansit, nobisque declaret hic eam ipsam portam esse, quam vidit esse clausam; per eam Christus intravit, dum Pater eum ad invisendum hunc mundum ablegavit, neque ipsi convenire poterat porta aperta, quandoquidem Deus erat.

Utique universorum restaurator non venit ut naturam corrumperet; ad restituendum quod corruptum erat miserat eum Pater; Hevam collapsam in virginitate sua restituere advenerat, nequaquam vero virginem læsit, quam sibi in matrem assumpsit.

Digitized by Google

ܘܡܛܠ ܐܬܩܢ ܠܗ ܠܥܒܕܐ ܕܢܗܘܐ ܡܫܡܠܝܐ ܩ̈ܠܠܗ.
ܘܗܕܝܣ ܘܦܬܟܐ ܘܠܐ ܢܫܟܚ ܠܗ ܐܡܪ ܕܐܦܪܘܢ ܐܢܐ
ܡܠܐ ܕܪܟܝܟܐ ܒܐܪܥܗ ܕܕܘܪܐ ܗܘܬܐ ܗܘ ܪܒܐ.
ܘܡܠܬܗ ܒܪܝܬܐ ܟܠܗ ܐܝܟܢܐ ܗܘ ܠܐ ܢܫܟܚ.
ܚܝܠܗ ܕܫܡܝܐ ܟܠܗ ܕܠܒܫ ܠܗ ܪ̈ܘܚܐ ܡܩ̈ܪܒܝܢ.
ܒܟܠܡܐ ܡܬܒܪܐ ܘܠܗ ܐܡܟܡܐ ܠܐ ܢܦܫ ܠܗ.
ܠܥܠܐ ܕܡܬܒܢܐ ܒܬܠܐ ܘܩ̈ܘܪܐ ܕܒܢܝܘܬܐ:
ܚܙܪܐ ܡܬܡܠܘܟ ܠܐ ܬܦܠܘܓ ܠܗ ܕܠܐ ܪܒܐ ܒܗ.
ܐܘ̄ ܠܟ ܕܒܢܝܢ ܠܐ ܠܟ ܐܦܪܘܬ ܐܘ ܐܡܪ ܐܢܐ:
ܢܚܠ ܠܐ ܬܫܟܚ ܐܦܪܘ ܐܢܐ ܕܡܢ ܠܟܢܫܟܚ ܠܗ.
ܐܠܐ ܒܥܡܟ ܠܟ ܣܦܪܐ ܕܡܠܠܬ ܐܢܬ ܠܐ ܬܫܬܥܝܘ.
ܐܪܥܝܗܘܢ ܒܐܡܪ* ܐܡܬ ܗܘ ܩ̈ܪܒܐ ܕܐܬܒܥܐ ܠܗ.
ܠܗ ܢܛܪ ܒܐܝܙܪܐ ܦܠܚܬ ܠܒܟ ܐܘ ܦܠܚ ܐܢܐ:
ܐܒܠܐ ܠܒܘܒܐ ܡܪܬ ܡܠܟ ܐܘ ܒܟܐ ܐܢܐ
ܡܢ ܡܬܗܦܟܢܗ ܕܦܪܘܩ ܫܡܬܐ ܠܟܠ ܦܬܘܪܐ:
ܐܢ ܫܒܩ ܠܟ ܬܒܥܝܟ ܠܡܢ ܘܐܠܐ ܢܦܠܐ.
ܠܗ ܦܪܘܫܘܬܐ ܢܦܩ ܒܥܠܡ ܕܡܫܒܚܐ ܠܟ.
ܦܪܫܬܟ ܬܐܓܪ ܘܐܢ ܫܒܩ ܐܠܗܐ ܡܢ ܕܡܠܟ ܗܘ.
ܒܬܘܠܬܐ ܝܠܕܬ ܘܚܪܬ ܟܠܡܐ ܠܚܡܫܬܐ:
ܘܐܡܠܐ ܕܫܒܩ ܕܡܦܣܩܬܐ ܗܘ ܠܗ ܠܡܢ ܗܘ.
ܚܪܡܢ ܡܢܗ ܘܥܝܢܟ ܢܒܥܐ ܕܒܬܘܠܬܗ.
ܘܡܢ ܕܚܒܝܒ ܠܗ ܢܫܟܚ ܗܘܢ ܠܐ ܦܪܐ ܠܡܢ.

v. 376. Quid significetur per vocem ܒܐܡܪ nescio; suspicor autem hic

Quid itaque faciam insipienti qui ob verba mea irascitur et qui perversitate ac malitia præpeditus me loquentem *renuit* auscultare.

Vox tonitrui in aure surdi est altum silentium, neque si cantent omnes creaturæ ipse quidquam audiet. Oculus cæci, quantumcunque ei solium myriades orirentur, nocti assuetus est nec ei convenit dies. Ita animæ scandalis et dubii anxietate refertæ frustra loquatur veritas, qua illa minime delectatur.

Ad te ergo, o dubitans, ad te, *inquam*, non sum locutus neque nunc loquor; si ita placet, audire renuas; porro ei loquor ego qui me auscultat; si te non delectat vinum verbi mei, illud ne bibas tu! In promptu sunt turbæ qui illud avide desiderant; neque enim pro mercede aliqua laboravi tecum aut nunc operam adhibeo, neque gloriam ex te intendi aut nunc quæro.

Ex dono Domini tui super mensam apposui; si tibi placuerit, *de eo* nobiscum degustes; sin aliter, transeas.

Non meretur voluntas mea reprehensionem, cum tui dilectione moveatur; vocavi te ut commodum reportares; si vero vacuus adhuc existis, hoc tibi imputandum est.

Virgo peperit, mundumque ad convivium invitavit; sed qui credit eam fuisse vitiatam, hic non est nobiscum.

Verus est ipsius Natus (h. e. *verum corpus assumpsit ejus filius*), sed intactum reliquit sigillum virginitatis; qui ægre istud audit, ille non est nobiscum invitatus.

ibrarii vitio mendum aliquod irrepsisse in codicem.



Digitized by Google

ܐܢ ܐܦܪܫܬܗ ܒܡܠܘܬܐ ܘܐܡܪܐ ܢܦܩ ܒܡܦܩܢܐ܀
ܘܐܢ ܒܪܡܙܐ ܢܦܩ ܕܢܦܘܩ ܗܒ ܠܟ ܐܬܪܐ.
ܘܐܢ ܬܫܡܫܬܐ ܐܣܪܬܐ ܦܟܒܬܗ ܘܡܟܒܫܐ ܠܟ܀
ܠܐ ܦܬܐܢ ܠܗ ܐܠܐ ܠܡܠܟ ܡܢ ܦܠܓ ܐܒܐ.
ܚܪܒܗ ܘܦܬܪܡܠ ܠܗܘܪܐ ܗܘ ܕܦܪܢܣ ܟܠ ܕܡܠܬܐ܀
ܘܐܦܢܐ ܕܫܒܩܢܝ ܐܢ ܦܫܩܠ ܠܗ ܡܬܠܢܘܪ ܒܗ.
ܒܐܪܐ ܣܓܬܐ ܕܪܕܘ ܡܬܠܗ ܦ̈ܠܛܐ ܣܢܐ܀
ܘܡܢ ܠܐ ܠܡܦܪܐ ܡܓܒܪ̈ ܦ̈ܬܓܡܐ ܠܠܠܡܐ ܕܗܘܝܐ.
ܐܡܐ ܕܢܗܪܐ ܕܒܘܪܟܐ ܠܐ ܐܬܒܪܟܬ܀
ܘܫܒܩ ܟܠ ܐܣܝܪ̈ܗ ܒܠܐ ܕܐܦܫ ܠܒܠܠܗ ܕܐܪܟ.
ܐ̄ ܕܡܬܦܠܓ ܟܠ ܗܘ̇ ܠܒܪܐ ܦܠܐܐ ܕܘܡܪܐ܀
ܬܐ ܬܗܪ ܠܡܠܟ ܒܡܠܘܟܬܐ ܕܠܐ ܐܬܦܪܫܬ.
ܠܫܒܘܩ ܠܟ ܕܬܦܪ ܟܠ ܕ̈ܒܝܫܐ ܡܠܟܐ ܠܦܘܡܝ܀
ܓܒܐ ܦ̈ܠܓܐ ܘܬܐ ܫܒܘܩ ܠܡܠܟ ܒܡ̈ܫܠܡܢܘܬܐ.
ܡܢ ܣܘܦܐ ܐܝܟ ܠܟ ܕܦܪܩ ܠܗܝܡܢܘܬܐ܀
ܘܗܘ ܡܓܘܪ ܠܟ ܡܢ ܬܘܪܝܬܐ ܕܝܗܘܕ̈ܝܬܐ.
ܡܬܚܫܒ ܐܝܟ ܕܐܢܬ ܕܒܪܬ ܦܪܢܣܬ܀
ܐܡܢ ܚܟܝܡ ܝܘܚܢܢ ܦܪܘܩܐ ܘܠܐ ܬܬܕ ܠܗ.
ܬܐ ܠܒܝܐ ܕܦܪܢܣܗ ܘܫܦܥ* ܫܦܥ ܠܟ ܟܠ ܚܘ̈ܒܠܝܢ܀

v. 405. ܫܦܥ pono esse formam imperativi a verbo ܫܦܥ, cujus Castelli lexicon non exhibet nisi derivatum : ܫܦܥܐ ܒܫܦܝܥܐ *plenus*, *redundans*, *affluens*; fem. *plene*, *affluenter*, *abundanter*, ut *Jos. III*, 15, quo sensu similiter occurrit ܫܦܥܐ ܠܫܦܝܥܐ *Opp. S. Ephræmi I*, 563. — Verbum ipsum legi in *Carm. II de Euch.* S. Jacobi Sarug. *Cod. Vat.* 117,

Si credas eam esse virginem et matrem, convivio accumbas; si vero contendendi pruritus damnum tibi intulerit, exeas nobisque cedas locum.

Si vero demonstrationem aliam quæras ut persuadearis, non mihi grave videbitur tecum operam ponere, cum equidem inde proficiam.

Historia Mariæ lux est quæ expanditur super colles, quique tenebris obducitur, modo eam audiverit, per illam illuminabitur.

Puteus novus est ex quo fluxerunt aquæ vitæ, quique, quin fuerit effossus, protulit exundationes mundo sitienti.

Mater admirabilis est conjugio haud subjecta, cujus manibus impositus fuit infans qui medetur Adami gravamini.

O tu, qui dubio premeris circa sinum hunc admirabilem, veni, admirare nobiscum virginitatem inviolatam!

Ideo ægre credis, quia scandalis assuefacta est anima tua; age, dubia abjicias et sapias nobiscum in simplicitate.

Unam tantum foves cogitationem quæ fidei adversatur, et te a professione veritatis disturbat; quippe ita cogitas : si *Maria* peperit corporaliter, quomodo transivit corpus per corpus quin hoc aperuerit?

Accedas, o miser, ut abundantia replearis, tibique acci-

*fol.* 510 *v.*, *col.* 3 : ܠܐܝܟܐ ܠܐܝܟܐ ܬܦܩܝܢ ܢܦܫܐ ܒܗܝ ܩܘܪܒܐ ܕܟܠܚܕ ܥܐܠ ܕܢܠܩܛ ܛܝܒܘܬܐ ܡܢ ܛܝܒܘܬܐ : « Quonam, *quæso*, quonam exires, o anima, in illa hora *sacrificii eucharistici*, qua unusquisque ingreditur ut gratiam *sibi* colligat ex gratia (h. e. *ab ipso gratiæ Auctore*)? » Adhibitum pariter reperitur *Opp. S. Ephr. II*, 197 : ܡܢ ܢܦܩܝܢ ܬܐܪ̈ܝܢܘܬܗܘܢ

ܡܢ ܡܘܠܟܢܐ ܕܟܪܘܒ ܡܪܝܡ ܠܡܬܩܢܘܬܐ.
ܐܠܐ ܟܦܢ ܝܘܡܬܐ ܦܝܘܡܬܐ ܘܠܐ ܥܪܩ ܠܗ:
ܐܦ ܚܘܐ ܠܗ ܕܥܪܩܬ ܚܘܐ ܠܫܡܫܗ ܕܐܝܟ.
ܒܪܐ ܠܐܠܗܘܬܐ ܦܘܩܕܢܗ ܕܐܒܘܗܝ ܘܠܐ ܠܫܡܫܐ ܠܒܪ:
ܘܕܫܠܝܛܘܬܗ ܡܫܚܠܦ ܦܪܨܘܦܗ ܠܐ ܦܪܦܪ ܐܠܗܐ.
ܐܘ ܠܫܘܠܛܢܗ ܕܐܠܗܘܬܐ ܥܒܕܐ ܫܘܦܪܗ.
ܥܪܡܐ ܗܘ ܡܪܝܡ ܦܬܘܗ ܕܐܝܟ ܐܡܪ ܕܐܦܪܦ ܐܠܗܐ.
ܢܫܡܫ ܚܘܐ ܘܠܐ ܦܠܚ ܥܪܒܐ ܘܠܐ ܦܪܨ ܐܠܗܐ:
ܘܦܪ ܠܗܘܐ ܢܫܡܫ ܡܢ ܡܪܐ ܘܦܠܚܢܐ ܗܘ ܠܟܠ.
ܕܒܪܐ ܐܒܪܗ ܘܕܒܫܠ ܦܐܪܗ ܠܐ ܐܬܝܠܕܬ:
ܘܢܦܫܬܐ ܝܠܝܦܬܐ ܕܦܐܪܘܗ ܥܪܒܐ ܦܠܚ ܡܢ ܢܦܫ.
ܐܝܟ ܝܒܪܐ ܐܘܠܝ ܠܐܠܗܘܬܐ ܘܝܠܗ ܦܩܠܬܐ:
ܘܡܬܪܡܐ ܐܠܗܘܬܐ ܕܝܠܕܬ ܠܒܬܐ ܐܝܟ ܚܪܡܬܐ.
ܢܫܡܫ ܚܘܐ ܘܠܐ ܡܬܦܨ ܐܠܗܐ ܕܥܒܕܐ ܥܪܒܐ:
ܘܢܫܡܫ ܡܪܝ ܗܘ ܡܬܦܨܦ ܐܠܗܐ ܠܟܠ ܕܡܪܟܒܗ.
ܐܘ ܫܡܥ ܐܠܗܐ ܚܒܨ ܥܨܪܘܗܝ ܡܢ ܡܘܠܟܢܝ.
ܘܠܐ ܥܒܕܐ ܠܗ ܕܐܒܘܗܝ ܐܝܟ ܐܦܠܐ ܦܪܨܘܦ.
ܟܕܠܐ ܗܘ ܗܠܐ ܕܒܦܘܠܚܢܐ ܕܝܒܪܐ ܥܢܦܪ.
ܘܠܐܠܗܘܬܐ ܥܒܕܗܘܢ ܕܡܫܥܒܕܬܐ ܗܘ ܡܢ ܦܘܠܚܢܗ.
ܡܫܒܚܐ ܗܘ ܐܘܪܚܐ ܕܝܠܕܐ ܐܝܟ ܠܗ ܘܕܒܪܐ ܠܐ.

ܩܛܝܪܐ ܕܥܠܝܠܬܗܘܢ ܕܐܬܚܒܠ « Coacervantes manibus suis putrefacta hostium cadavera. » Item *III*, 25 : ܡܢ ܐܝܟܐ ܡܬܡܠܝܢ ܘܪܒܝܢ ܫܒܠܐ ܕܚܛܬܐ « Undenam *fit ut* adimpleantur et crescant aristæ frumenti? »

pies omnigenam incolumitatem ex doctrina quæ vulneratis medetur gratis!

Nisi transire potuerit corpus per corpus quin hoc aperiret, age, demonstra mihi ab Heva fuisse apertum latus Adami.

Feminam fuisse partam a viro confiteris, nec illud te gravat, et porro non credis Mariam peperisse virginaliter. Si mulieris claustra virginalia ob tuas ratiunculas soluta volueris, aperiri consequenter debuerit latus Adami, juxta id quod asseris.

Exivit Heva quin porta aperiretur, quod minime inficiaris; ast exierit Filius Dei ex utero et hic ideo fuerit apertus!

Masculus fœtum produxit, et vestigium ipsius fœtus non agnoscitur; de femina vero injurie asseritur hujus fœtum non exiisse quin sibi portam aperiret.

Adam, utut vir, feminam parit nec dubium de hoc movetur; cum vero Maria mulier parit infantem, exoritur disceptatio.

Egressa est Heva et tu non palpas ut portam inquiras; ast cum Dominus noster egressus est, ecce tu ejus vestigia indagas.

Si negare volueris, auferas utrumque ex doctrina tua, et noli confiteri Adamum peperisse, non vero Mariam : iniquum hoc est, ut credas partum a viro editum, mulierem vero calumnieris, quasi fuerit hæc per partum suum corrupta.

Relicta *igitur in Maria* fuisset infantis via, viri autem *via*

Et in *Carmm. nisib.* p. 139 ܣܳܦܶܐ ܪܶܒܝܳܬܳܐ « auget usuras. » — Ex quibus patet verbo notionem inesse *abundandi*, significatione vero activa : *concervandi*, *colligendi*, sicut chaldaic. סְפָה

Digitized by Google

ܗܘ ܦܘܠܚܐ ܕܟܪܡܐ ܗܒ ܠܗ ܒܫܠܡܘܬܗ .
ܒܦܘܠܚܢܗ ܕܝܘܡܐ ܟܠܗ ܡܗܝܡܢܐ ܠܐ ܐܬܬܪܥܝ ܗܘܐ .
ܘܐܡܟܢ ܗܪܟܐ ܒܦܘܠܚܢܗ ܕܟܠܐ ܩ̈ܗܝܢ ܬܘܪ̈ܥܬܐ .
ܗܠܒܬ݂ ܒܢܕܐ ܘܕܠܐ ܚܘܫܐ ܠܟܠܡܕܐ ܠܥܒܬ݂ .
ܘܕܐܬܐ ܡܢܪܗ ܠܬܪ̈ܟܐ ܘܚܘ̈ܫܐ ܠܓܒܪܘ ܕܪ̈ܘܚܐ .
ܠܠܒܗ ܕܐܝܟ ܢܥܒܕ ܡܠܠܗ ܦܪܢܣܬ݂ .
ܘܠܐ ܣܗܡܪܐ ܕܘܒܠܗ ܕܠܠܒܐ ܘܠܡܟܢܐ ܒܗ .
ܡܠܝܬ݂ ܕܗܘܘ ܐܬ̈ܝܐ ܠܡܟܢܐ ܕܠܠܗܘܬܐ .
ܪܡܒܢܗ ܠܣܘܐ ܒܗܘ ܦܘܠܚܗ ܕܢܣܡܟܐ .
ܡܢ ܠܥܡܝܩ ܢܚܪ ܢܦܩ ܐܠܗ ܘܪܡܫܐ ܐܠܗ :
ܠܒܫܡܬ ܐܝܟ ܒܡܕܒܪܬ ܘܬܪܬܐ ܘܠܡܟܢܐ ܕܒܪܗ .
ܢܠܝ ܕܟܪܡܐ ܕܡܢܐ ܕܒܫܠܡܘܬܐ ܦܐܪܐ ܡܝܬܒ݂ .
ܠܐ ܐܠܐ ܠܐܡܪ ܕܥܢܐ ܬܟܒܐ ܕܒܫܠܡܘܬܗ .
ܕܢܝܢܗ ܕܟܪܡܐ ܕܠܐ ܐܬܬܪܥܝܬ݂ ܡܢ ܦܘܠܚܐ .
ܦܪܘܩ ܢܘܗ ܕܐܡܟܢ ܢܟܪܐ ܒܫܠܡܘܬܐ ܠܒܪܗ .
ܐܘ ܠܟܘ ܐܝܟ ܪܡܫܐ ܕܟܪ̈ܡܐ ܡܠܒܫܢܐ ܕܢܨܘܗ̈ܡܐ :
ܒܘܢܪܐ ܕܕܪ̈ܐ ܐܚܐ ܕܡܪ̈ܒܬܐ ܠܡܠܝܗ ܕܪܚܐ :
ܘܬܪܥܗ ܕܪ̈ܡܐ ܢܦܫܬ݂ ܡܢ ܠܒܪ̈ܐ ܕܟܪܡܬ݂ ܒܣܢܢܐ .
ܐܪ̈ ܬܘܦܣܐ ܕܒܗ ܡܠܬܦܪܟܐ ܒܫܠܡܘܬܐ ܡܢܪܡܫ .
ܐܘ ܠܟܡ ܗܐ ܕܟܪܐ ܚܝܬܐ ܒܪܬܐ ܕܢܡܟܗܐ :
ܦܐܪܐ ܕܡܒܟܣܐ ܕܟܠܬܐ ܦܐܝܬܐ ܠܢܝܩܘܬ݂ ܙ̈ܐܪܐ :
ܠܠܒܐ ܕܢܥܡܬ݂ ܡܟܝܐ ܒܫܠܐ ܘܠܐ ܢܟܠܗ .
ܕܬܗܘܐ ܬܘܦܣܐ ܠܗܘ ܕܕܢܒ ܠܢ ܒܫܠܡܘܬܗ .
ܐܘ ܠܟܡ ܦܪܢܣܐ ܒܫܬܐ ܕܡܘܦܪ̈ܐ ܘܣܝܒܡܬܐ ܕܟܪ̈ܡܐ :

nequaquam *adesset! Quod cum fieri non possit*, partum *quod* viro *obtigit* etiam ipsi attribuas in virginitate sua.

In egressu Hevæ natura conclusa non fuit aperta; quomodo ergo hic ob egressum infantis scissuræ admitterentur? Processit Heva atque sine via ad mundum exivit; cum vero hujus dominus advenit, portas viasque finxerunt scrutatores.

Ex costa Adami illa exivit corporaliter, nec tamen minutus fuit locus ipsius costæ, et quare hoc? Quia homines conditi sunt *ut* imago divinitatis; *scilicet* Hevam symbolum esse voluit *Deus* ipsius partus Unigeniti; præscivit enim et præsignificavit Adami filios in similitudinem figuræ et imaginis filii sui.

Ideo peperit vir, ut quando Virgo fructum dedisset, nemo contenderet hunc solvisse signacula ipsius virginitatis; latus viri per partum minime apertum præfigurabat simili modo a Virgine filium fore pariendum.

Tu es, o Adam, caput gentium, fons familiarum, primogenitus generationum, pater tribuum, imago Excelsi, figura Altissimi, desumptus ex pulvere, conditus in gratia, typos gerens, *ille tandem* in quo agnoscatur virgo Maria!

Tu es, o Heva, partus novus, filia admirabilis, fructus gloriosus, sponsa decora, amicta mysteriis, costa extracta ex latere virginali quin illud læderet, ut fieres typus Illi qui ortus est nobis, permanente *matris* virginitate!

Tu es, o Maria, domus decora, ærarium thesaurorum,

Digitized by Google

ܐܡܟܘ ܕܚܒܠܐ ܕܡܢܝܚ ܠܢܘܗܪܐ ܕܠܐ ܡܫܬܐܠܝ :
ܒܝܫܐ ܕܥܛܝܢ ܥܘܒܐ ܕܐܚܝܕ ܒܥܘܪܐ ܕܛܒܫܐ.
ܡܕܝܢܐ ܕܫܠܝܛ ܟܘܒܐ ܕܠܛܝܢ ܒܫܠܘܒܘܬܐ .
ܐܘ̄ ܒܪ ܚܝܐ ܠܒܘܠܐ ܫܒܐ ܕܐܪܐ ܚܠܡܐ :
ܡܓܢܐ ܕܥܒܘܪܐ ܡܫܡܫ ܡܢ ܒܟܠ ܢܛܠܐ ܡܢ ܐܡܟܘ :
ܠܫܒܚ ܡܩܡܬܐ ܡܦܠܚ ܕܪܐ ܡܓܢܐ ܕܡܘܥܝ :
ܚܝܠܗ ܕܐܒܐ ܒܪܗ ܕܒܫܘܠܛܢܐ ܕܠܐ ܡܫܬܠܛܢ :
ܕܡܠܒܟܝ ܒܐܝܕܟ ܒܢܐ ܘܝܥܪܝ ܒܦܠܓܝܬܟ ܠܥܗܕܝ :
ܒܝ ܕܘܡܟܢܐ ܕܕܘܡܟܢܐ ܐܢܬ ܠܝܚܐܕ ܒܝ.
ܙܡܝܢܗ ܐܝܟ ܠܫܠܘܒܘܬܐ ܕܛܒܥܐ ܠܝ :
ܝܘܪܥܗ ܚܘܐ ܠܗܘ ܦܠܚܝܢ ܕܦܠܛܐ ܠܥܗܪܐ .
ܡܓܢܝ ܠܥܒܐ ܒܫܘܠܐ ܕܦܠܓܝܬܟ ܡܢܚܡܐܫ :
ܘܐܫܬܠܡܘ ܒܗ ܪ̈ܐܙܐ ܘܛ̈ܘܦܣܐ ܕܡܫܝܚܢ ܗܘܘ .
ܝܗܒܢ ܠܒ̈ܢܝܐ ܓܠܠ ܠܗ ܠܒ̈ܢܝܢܐ ܒܫܘܪܐ ܕܐܚܝܕ :
ܡܢ ܝܗ ܚܒܝܐ ܠܝܘܕ ܠܛܘܪܢܐ ܕܐܚܪܒ ܐܘܪܐ.
ܒܢܘ ܦܠܓܝܬܟ ܒܝܪܢܐ ܚܪ ܡܠܘܕܝ :
ܘܝܒܐ ܕܢܒܪܐ ܐܚܐ ܒܝܢܠܡܘܬܗ ܕܐܠܗܘܬܟ .
ܠܫܠܘܒܘܬܗ ܕܦܠܓܝܬܟ ܐܚܝܕ ܝܠܡܐ ܠܐܕܝܟ .
ܘܝܪ ܠܝܡܢܘܬܗ ܒܐܡܐ ܕܚܝܐ ܒܝ ܡܫܬܦܠܓܐ.
ܕܠܐ ܐܘܢܝܐ ܘܕܠܐ ܙܘܓܐ ܒܛܒܝܢܐ ܚܕܐ .
ܘܒܫܘܠܡܗ ܡܓܝܢܗ ܝܒܪܐ ܒܫܘܗܪܐ ܙܒܐ .
ܘܗܘ ܝܠܡܐ ܠܒܪ ܐܠܗܐ ܚܕܐ ܘܐܝܟ .
ܕܐܝܟ ܐܒܐ ܒܪܫܡܗ ܕܠܠܡܐ ܠܚܫܝܫܘܗ .
ܟܠ ܗܘ ܥܘܒܐ ܕܝܠܕ ܕܢܛܠ ܐܒܐ ܠܐܘܒܐ .

mater Solis quæ peperisti lucem indefectibilem, cista ligata, porta clausa, divitiæ obsigillatæ, sanctuarium obsignatum, sinus in virginitate servatus!

O Fili viventis, infans senex, fructus dulcis, puer admirabilis omnibus senior, recens nate ex matre tua et antique dierum, generationibus anterior et natus hodie, virtus Patris, fili virginis investigabilis! Similitudo tua in Adamo, in Heva typus tuus, in Maria stupenda tua virtus, in te ipso prodigium prodigiorum te consideranti existis!

Adam typum exhibuit virginitatis quæ te portavit; Heva figura fuit mirabilissimæ tum nativitatis; sancte te genuit sinus virginalis Mariæ, atque in eo impleta sunt mysteria et typi hactenus occulta.

Fortissimus sæculorum ingressus est in mundum per portam clausam, ut ex medio silentio tyrannum, qui terram vastatione repleverat, insequeretur.

Ad hanc tuam generationem corpoream respiciens Genitor tuus hominem ad imaginem divinitatis tuæ creare voluit. Virginitati Mariæ constituit Adamum *tanquam* imaginem, Filii vero similitudinem formavit in matre vitæ, ubi sine conjugio nata et sine concupiscentia concepta fuit Heva. Quapropter virginaliter et mirabili modo peperit eam vir.

Itaque, imago Filii Dei et Adam et Heva fuere, quam quidem Pater in principio mundi Unigenito suo constituit. Super eam portam, qua primum homines in terram introduxit, filium suum delineavit naturalibus quibusdam



Digitized by Google

ܪ̈ܘܚܗ ܠܒܪܐ ܒܫܡܫܬܐ ܡܫܡ̈ܠܝܬܐ.
ܘܫܕܪ ܠܬܠܡ̈ܝܕܐ ܕܢܪܬܘܗ ܕܒܝܬܐ ܡܠܐ ܕܟܠ̈ܐ ܠܗ.
ܠܐ ܡܬܦܬܚܝܢ ܬܪ̈ܥܐ ܡܚܬܡܝܢ ܕܒܬܘܠܘܬܐ.
ܘܐܡܪܐ ܕܡܫܦܪ ܐܦ ܠܥܢܝܐ ܐܦ ܠܥܬܝܪܐ.
ܡܠܦܗ ܠܦܪܢܣܗ ܕܒܬܘܠܘܬܗ ܠܐ ܐܫܬܪܝܬ.
ܢܦܠܘܢ ܗܘ̈ܝܐ ܕܬ̈ܐܒܐ ܘܩ̈ܛܠܐ ܘܡܬܟܬܟܬܐ ܬ̈ܠܬܐ.
ܡܢ ܗܘ ܠܒܘܫܐ ܚܬܝܡܬܐ ܕܦܪܢܣܗ ܕܦܠܓܐ ܠܒܗܪܐ.
ܒܠܒܒܗ ܚܙܐ ܠܟܠ ܡܢ ܕܐܚܒ ܡܬܚܪܬܐ.
ܟܠ ܗܢ ܒܙܚܐ ܡܦܪܢܣܢ ܡܘܕܥܐ ܕܪܘܚ ܩ̈ܡܫܬܐ.
ܒܗ ܡܕܒܪܢܐ ܒܝܕ̈ܝܐ ܪܡܐ ܩ̈ܠܝܢ ܐ̈ܟܘܬܗ.
ܘܐܝܟ ܠܩ̈ܒܘܢܘܗܝ ܗܒ ܠܐ̈ܚܐ ܕܢܦܫ ܗܘܐ ܒܗ.
ܕܢܝܚ ܡܠܟܬܐ ܒܪܐ ܐܡܫܡܫܐ ܟܠ ܫ̈ܘܒܚܐ.
ܘܩ̈ܠܗ ܠܟܠܗ ܒܝܘܡܐ ܕܢܘܗܪܐ ܫܒܚܘ* ܘܐܬܒܪܘ.
ܒܢܘܗܝ ܚܘ̈ܬܢܐ ܕܒܠܝܘܬܐ ܡܢ ܒܪܐ ܕܢܦܩ.
ܘܢܗܪܬ ܠܥܡܐ ܕܒܬܘܠܘܬܐ ܕܠܐ ܐܫܬܪܝܬ.
ܒܒܬܘܠܬܐ ܗܘܬ ܢܚܬ ܡܢ ܡܠܟܐ ܗܘܐ ܠܒܪܐ ܠܥܠܡܗ.
ܘܒܬܘܠܬܐ ܗܘܬ ܡܢ ܦܓܠܬܗ ܠܚܣܝܢܐ.
ܒܬܘܠܬܐ ܕܝܠܕܬ ܡܢ ܥܒܪܐ ܒܗ ܕܢܝܚܗ ܕܐܒܐ.
ܘܒܬܘܠܬܐ ܗܘܬ ܡܢ ܡܬܘܪܒܐ ܒܥܪܫܗ ܠܒܠܐ.
ܒܬܘܠܬܐ ܢܓܠܝܗ ܠܗܘ ܢܘܟܪܝܐ ܢܓܝܢ ܒܩ̈ܝܡܬܐ.
ܘܒܬܘܠܬܐ ܗܘܬ ܡܢ ܢܟܝܐ ܠܗ ܠܫܒܝܠܗ ܕܐܒܐ.
ܢܒܬܐ ܒܬܘܠܐ ܡܝܬ ܡܠܟܗ ܡܢ ܠܟܠܐ.

v. 486. Vide notam *pag*. 290. In præsenti loco verbum ܫܒܚܘ adhibi-

inscriptionibus, mundoque ostendit ante heredem domus, ubi is in illam intraret, virginitatis portas minime fore aperiendas.

Ille igitur qui admittit et naturam et scripturam, discere debuit Mariæ virginitatem non fuisse violatam.

Sileant nunc investigationes, scandala et sermones impuri de obsignato hoc Mariæ sinu, clara luce fulgente.

Veritas iis omnibus os obturavit qui superflua finxerunt de utero isto gestante sanctitatem quæ purificat immundos.

Erexit se doctrina ad gradum sublimem, liberrime loquens et sub calcaneis suis posuit scrutationes ipsi oblatrantes.

Descendit quippe Verbum, diei filius, super tenebras, filii vero noctis in splendore lucis congregati sunt (*abundarunt*) et *illico* dispersi; fugerunt dubitationis tenebræ a filia Davidis, et resplenduit anima virginis illibatæ.

Virgo enim erat, cum Angelus illi loquebatur et virgo quando concepit Unigenitum.

Virgo pura, quando habitabat in ea Oriens ex Patre, et virgo cum cresceret in utero suo infans.

Virgo portavit hunc heroem qui portat creaturas, et virgo quando genuit virtutem Patris.

Lac virginale suxit ex ea Filius Dei, et virginaliter am-

tum censuerim cum notione *abundandi*, *prodeundi*.

Digitized by Google

ܘܒܬܘܠܘܬܗ ܠܥܡܡ̈ܐ ܦܐܪܐ ܕܩܕܫܐ ܩܕܝܫܬܐ.
ܒܡܫܡܫܢܘܬܗ ܒܬܘܠܐ ܢܟܦܬܐ ܕܩܢܝܐ ܠܟܠܗܝܢ ܫܦܝܐ.
ܘܒܒܬܘܠܘܬܗ ܐܘܪܚܐ ܕܠܢܗܪܐ ܠܡܫܡܫܐ ܕܕܢܚ.
ܒܬܘܠܬܐ ܗܝ ܡܪܝܡ ܘܒܬܘܠܘܬܗ ܡܢ ܟܠܟܠ ܗܝ.
ܕܝܠܕܬ ܕܐܬܝܗܒ ܠܗ ܫܘܦܪܐ ܒܡܠܟܘܬܗ ܠܡܫܟܢܬܐ.

ܫܠܡ ܡܐܡܪܐ ܕܥܠ ܒܬܘܠܬܐ ܡܪܝܡ ܐܡܝܢ.

plexata est ipsa novæ vitæ fructum.

In corpore suo virginali *adest* lac purissimum infanti seni, et in eadem ejus virginitate via lucidissima soli orienti.

Virgo est Maria, et virginitas ejus perpetua est. Benedictus qui eam in partu suo multiplici decore ornavit!

Explicit *carmen* de Dei genitrice et semper virgine *Maria*.

Digitized by Google

# APPENDICES.

---

## Appendix prior.

### DE SYRORUM METRO ET POËSI.

I. Testatur s. Ephræm (1) Bardesanem gnosticum, quo facilius gentiles suos dementaret iisque erroris sui venenum dulcedine aliqua temperatum propinaret, Davidem imitatum, dogmatum suorum expositionem poeticæ dictionis formæ alligasse.

Hunc vero agendi modum Syri quoque orthodoxi bene multi secuti sunt; inter quos, cum locum præstantissimum teneat Jacobus Sarugensis, haud abs re fuerit Dissertationi nostræ de hujus vita et scriptis brevem de Syrorum poesi adnectere disquisitionem.

II. Quum Syrorum ars poetica ex hebraica manaverit, hujus characterem prius assignemus oportet, quo illius indoles atque textura facilius perspiciantur.

Poesis Veteris Testamenti ex parte *objecti* sui proprie sacra est; nam sensibus Religionis et piis animæ erga Deum affectibus tota continetur. Hagiographorum autem scriptiones quæ huc referuntur *didactici* aut *lyrici* generis sunt, et crebro unum cum altero conjungitur; vocantur vero שִׁיר et מָשָׁל (2).

(1) *Opp.* tom. II, hymno 53, pag. 553.

(2) Cfr. *I Reg. V*, 12 : וַיְדַבֵּר שְׁלֹשֶׁת אֲלָפִים מָשָׁל וַיְהִי שִׁירוֹ חֲמִשָּׁה וָאָלֶף. In Vulg. *III Reg. IV*, 32 : « locutus est quoque (Salomon) tria millia *parabolas* et fuerunt *carmina* ejus quinque et mille. »

Digitized by Google

*Formam* quod attinet, tripliciter hæc a soluta oratione distinguitur, ait Reusch (1) :

1° *Loquendi formulis*, earum scilicet formarum, vocum et transitionum usu, qui est a prosa oratione alienus, item imaginibus, figuris atque metaphoris.

2° *Rhythmo* sive congrua quadam et simili membrorum structura. Ad rhythmum referenda est etiam ea quæ quandoque in fine membrorum observatur æquisonantia, quamquam versuum exitus similes (*la rime*) non habet hebræa poesis, neque utitur metro seu æquali in singulis versibus numero syllabarum : is autem in psalmis inter septenarium et denarium numerum variat; in prophetarum vero vaticiniis poetica forma prolatis major licentia cernitur, ita tamen ut aliquod membrorum æquilibrium ibi nunquam desit omnino.

3° *Parallelismo* conceptuum ac membrorum, qui in eo positus est, ut cogitata non exprimantur unica propositione, sed duabus explicentur aut etiam pluribus, sibi invicem quoad sensum et formam externam harmonice correspondentibus.

III. Jam vero hic syriacæ quoque poeseos character est, hebraicæ hactenus etiam veluti soror quædam, quod et ipsa fere in rebus sacris celebrandis occupatur. Ast limatior est ejus forma, et rhythmica ejus ratio ad normam strictiorem exacta est, quum versus ejus certo ac definito syllabarum numero constituantur; ad syllabarum tamen accentus et quantitatem in illa non attenditur.

IV. Versus autem ipsi in poeticis syrorum monumentis dupliciter considerari possunt, in seipsis nempe, vel respectu habito ad integrum carmen cujus partem efficiunt.

(1) *Lehrbuch der Einleitung in das alte Testament.* Freiburg im Breisgau 1864, pag. 45 seqq.

Digitized by Google

Sub priori aspectu varii sunt pro numero syllabarum quo singuli constant, asseritque Jos. Al. Assemanus (1) « eos septimam syllabam non excedere nec a quarta defi-« cere. » Verum in eo fallitur Aloysius; nam Stephanus Aldoensis, doctus Maronitarum patriarcha, exempla allegat versuum duabus vel tribus syllabis constantium (2); occurrunt quoque carmina in quibus octo syllabis metrum componitur; neque necessarie versus dodecasyllabus, a Sarugensi Jacobo usurpatus, in triplex tetrasyllabum stichon dividi debet; denique in *carminibus nisibenis* S. Ephræmi versus reperiuntur qui syllabas habent octo, novem aut decem (3).

Porro « ex antiquis celebratissimi Syri poetica excellue-« runt, sed quia nonnulli in aliquo metri genere delectati « sunt, hinc species illæ metrorum iis tribuuntur, et an-« tonomastice carmina illa a nomine eorum doctorum « suum vocabulum sortita sunt. S. Ephræm *heptasyllabo*, « Narsetes *hexasyllabo*, Balæus Ephræmi discipulus *pen-« tasyllabo*, Jacobus Sarugensis *tetrasyllabo ter repetito* « seu *dodecasyllabo*, maxime ac ut plurimum usi cum « fuerint, poemata primi generis Ephræmo, reliqua reli-« quis vulgo inscribuntur, sive ab illis fuerint composita, « sive ab aliis ad carmina ipsorum exacta (4). » Quibus tamen metrorum non est tribuenda inventio; nam longe ante hos auctores jam Syri carminibus hujusmodi uteban-

(1) *Codex liturg.* tom. IX, in Præfatione ad Syrorum Maronitarum ordinationes. Romæ MDCCLVI, pag. XCV.

(2) In *Cod. Ms. n° CCCCXLI* notatus in *catalogo* Em. Card. Mai, qualis reperitur in *scriptt. veterum nova collect.*, tom. V. Romæ 1831. — Videsis libri Stephani Aldoensis descriptionem in : *Beiträgen zur syrischen Literatur aus Rom*, von Dr P. Pius Zingerle, *Zeitschrift der D. M. G.* a. 1863 p. 687 seq.

(3) *Carmina Nisibena* ed. Gust. Bickell ; pag. 32.

(4) Ita Jos. Al. Assemanus *loc. cit.*



Digitized by Google

tur, ut Bardesanes et Harmodius (1), Bardesanis filius ejusque in Gnosi successor.

V. In re metrica autem, ne in computandis syllabis hæreatur, probe notandus est usus *synæreseos* et *diæreseos*.

Per *diæresin* igitur syllaba una, addita vocali, in duas elongatur, ita ut voces monosyllabæ bisyllabæ fiant, bisyllabæ evadant trisyllabæ, et ita porro. — *Diæresis* hæc in libris quandoque ea lineola infra litteram posita notatur, quam *Mehagjono* ܡܗܓܝܢܐ (2) Syri appellant.

E contra, per *synæresin* duæ syllabæ, alterutri sua demta vocali, in unam contrahuntur, vocesque bisyllabæ evadunt monosyllabæ, trisyllabæ vero bisyllabæ, et sic porro; quod lineola supra litteram, sua privatam vocali, posita quandoque significatur; lineola hæc vocatur *Marhetono;* ܡܪܗܛܢܐ a verbo ܪܗܛ *cucurrit.*

Utriusque, diæreseos et synæreseos, exempla indicantur passim apud auctores (3); ego, ut reliqua omittam, ex priori carmine Jacobi Sarugensis, supra prolato, unicum proferam, reliqua lectori inquirenda permittens.

*Synæresis* itaque admittenda est in voce ܟܣܐ versus quinti, ita proinde legendi : ܟܣܐ ܕܡܪܘܐ ܒܡܫܬܝܗ ܠܢܦܫܐ ܘܠܚܫܝܗ ܡܫܬܢܝܗ vel potius ܟܣܐ ܕܡܪܘܐ ܘܡܫܬܝ, *calix potu suo inebrians animam, ejusque passiones oblivioni tradens*; non vero, uti soluta fieret oratione : ܟܣܐ ܘܡܫܬܝ.

(1) Cff. *B. O. I*, 61 et Hahn, *Bardesanes etc.* p. 32 seqq.

(2) Nomen istud a verbo ܗܓܐ *meditatus est* derivatur, notatque litteram illam, cui supponitur, cum meditatione quadam seu tarditate legendam esse. Videsis Amira : *Grammat. chaldaica*, Romæ 1596, p. 40; Hahn et Sieffert : *chrestomathia*, p. XVI; Uhlemann : *Grammatik*, Berlin 1857, pp. 11, 263 seqq.

(3) Consulantur Hahn, *Bardesanes etc.* pp. 39 seqq.; item *Chrestomathia*, pp. XIII-XVI; Bickell, *Carmina Nisibena*, pp. 34 et 35; Zingerle, *Zeitschrift der D. M. G.*, 1860 pp. 679 seq, 1863 p. 734. 1864 p. 754.

Digitized by Google

*Diæresis* autem ibidem in primo versu statim obvia est, sic efferendo : ܛܒܐ ܕܦܬܝܚ ܬܪܥܗ ܠܒܝܫܐ ܘܠܚܛܝܐ, *o benigne, cujus ostium patet malis et peccatoribus;* ubi ultima vox male legeretur : ܘܠܚܛܝܐ

Tandem, ut hac speciali observatione illud concludam quod de versibus singulatim spectatis adnotare volui, metrum Jacobi Sarugensis dodecasyllabum ternis quatuor syllabarum pedibus constat; hæc autem scansio, quum certa quantitate syllabarum non constet, potius cum hemystichiis Gallorum in versu alexandrino, quam cum latinorum pedibus comparari debet.

VI. Versus syriaci junctim positi contextum efformant, qui variis nominibus insignitur pro varia quam induit forma. Carmina quippe alia ܡܐܡܪ̈ܐ *sermones* sive *carmina continua* dicuntur, ubi sententiæ æqualibus versibus et sine stropharum discrimine decurrunt; quæ vocantur etiam distinctius et plenius ܡܐܡܪ̈ܐ ܕܡܫܘܚܬܐ *sermones metrici;* hujusmodi autem sunt Jacobi Sarugensis lucubrationes, quæ in vaticanis codd. supersunt, quamvis etiam alias composuerit, ut supra Georgius (1) et Barhebræus (2) testantur.

Alterius generis sunt carmina ex pluribus strophis conflata, instar odarum latinarum; atque hæc carmina aliquando æqualibus pedibus constant, aliquando vero diversis et inæqualibus, sibique nomen ܡܕܪ̈ܫܐ *disputationum odarum*, *hymnorum* adsciverunt (3).

(1) Cfr. supra, *Dissert.* pag. 66.

(2) Supra, pag. 104.

(3) Ad alterutram stropharum speciem, quarum postrema latius patet, pertinent quoque ܬܫܒ̈ܚܬܐ *hymni*, ܥܢܝ̈ܬܐ *responsoria* aut *antiphonæ;* ܙܡܪܐ , ܙܡܝܪ̈ܬܐ , ܡܙܡܘܪ̈ܬܐ , ܡܙܡܘܪ̈ܐ ψαλμοί, *psalmi* vel *cantica;* ܡܥܠ̈ܬܐ *gradus, scalæ;* ܬܫܒ̈ܚܬܐ *laudes*, v. g. sanctorum; et quandoque ܨܠܘܬܐ et ܒܥܘܬܐ *precatio;* rarius vero, ut putem, ܩܠܐ *intonatio*. Cfr. *B. O. I*, 61, et Hahn, *Bardesanes etc.* pp. 49 seqq.

Digitized by Google

Apud S. Ephræmum poëmata hujusmodi magno numero occurrunt, neque omnino desunt inter scripta S. Jacobi Sarugensis, qui, ut modo animadvertimus, carmina sua metro tetra-syllabo ter geminato plerumque concinnavit. Speciminis causa duas strophas ex ejus *hymno de Edessa* (1) huc referre juverit, quarum metrum, uti illud intelligendum censui, numeris indicavi, textu vocalium notis animato.

ܦܣܘܩܐ ܡܢ ܡܘܫܚܬܐ ܕܥܠ ܐܘܪܗܝ ܀

ܐܘܪܗܝ ܫܠܚܬ 4
ܠܡܫܝܚܐ 5
ܒܐܓܪܬܐ 5
ܕܢܐܬܐ ܠܗ̇ ܘܢܢܗܪܝܗ̇ 5
ܣܠܩ ܒܫܡܗܘܢ ܕܥܡܡܐ 5
ܒܥܘܬܐ ܒܥܝܐ ܠܗ 5
ܕܢܫܒܘܩ ܠܨܗܝܘܢ 4
ܕܣܢܝܐ ܘܣܢܐ ܠܗ 5
ܠܘܬ ܥܡܡܐ ܕܪܚܡܝܢ ܠܗ ܀

ܢܓܘܕ ܒܬܪܟ
ܠܥܢܟ
ܕܥܢܐ ܐܢܐ
ܛܥܝܬܐ ܒܥܠܡܐ.
ܒܬܪܟ ܪܗܛܐ ܐܢܐ
ܘܩܠܟ ܒܥܝܐ ܐܢܐ.
ܕܢܫܬܠܡ ܒܝ
ܡܢܝܢܐ ܗܘ ܕܡܐܐ
ܒܐܒܝܕܬܐ ܕܐܫܬܟܚܬ ܀

*Fragmentum ex hymno de Edessa.*

Edessa per epistolam Christo legationem misit, ut ipsam adventu suo illuminaret. Omnium gentium nomine supplex eum rogavit ut Sionem, odio erga illum animatam, desereret, gentesque quæ illum diligebant adiret.

Trahe me post te ad ovile tuum quia ovis ego sum errabunda in mundo. Post te ego curro, vocemque tuam inquiro, ut per me compleatur numerus ille centenarius, per perditam, *inquam*, *ovem* quæ inventa fuerit.

VII. Multa quidem syrorum carmina eo fine composita aut saltem adhibita fuere, ut in sacris conventibus canerentur

(1) Apud Curetonium : *ancient syriac documents* p. ܦܚ.

rentur, atque ita pios apud auditores animi sensus, musico concentu juvante, moverent. Toni autem seu melodiæ species, ܩܠܐ, in ecclesia syriaca adhiberi solitæ recensentur a Stephano Aldoensi (1) septuaginta quinque supra ducentas; quæ magna varietas hinc orta intelligi potest, quod hymni uno eodemque metro adstricti pro argumenti diversitate aliter atque aliter in sacra hymnodia sonarent. Syri enim, uti monet Jos. Al. Assemanus (2), « cum notas « musicales non norint saltem communiter, vocem modu« lantur in officiis ecclesiasticis, quo fere pacto Itali qui « canunt ut dicitur vulgo ad *aria; quæ ariæ*, Græcis « *hirmi* dictæ, sunt regulæ canendi; unde in codicibus « aliisque scriptis leguntur sub initium singularum can« tionum;... itaque hymnorum frontibus illas inscribunt « vel integras, si sint breves, vel illarum primum versum « seu primas versus voces: hinc quippe fit ut experientia « ac usu edocti vocem modulentur eo tono seu inflexione, « qua *hirmos* inscriptos modulari consueverunt; *hirmi* isti « seu *toni* rubro charactere communiter scribi consueverunt; « aliquando autem in officiis syriacis occurrunt hæ notæ « ܠܘܬ ܩܠܐ *ad tonum*, sive ܒܪ ܩܠܗ, quæ nota significat « ejusdem esse cum antecedente tonum. »

VIII. In ferenda sua sententia de merito syrorum poëseos litterario iniqui fuerunt Joh. Dav. Michaelis et Eichhornius; hic enim ait poetas syros nihil habere quo alliciant, oblectent, exhilarent, ac ipsam eorum orationem tenuem esse, humilem, frigidam. Quod judicium, imperitia nixum, scite retundit Cl. Zingerle (3), idoneis exemplis probans Syrorum poematibus id minime deesse, quod

(1) *Codex liturg.* tom. IX p. XCIV. Cfr. Zingerle, *Zeitschrift der D. M. G.* 1863 pp. 687 seqq.
(2) *Codex liturg.* loc. cit.
(3) *Zeitschrift der D. M. G.* 1861, p. 631.

Digitized by Google

apud reliquarum gentium poetas admirationem movet et estheticum sensum. Est quidem aliquando languescens et justo prolixior eorum oratio, tum etiam verborum lusibus, ut aiunt, et tautologiis nimium indulgent, iique defectus apud seriores præcipue scriptores reperiuntur; sed et pulcherrima apud poetas syros invenias non pauca, eaque ad nobilissimos animi motus ciendos aptissima: quæ omnia exemplis probare neque hujus loci est, neque nostri fert instituti ratio.

Ceterum, quod ut moneam vix opus est, ubi sermo fit de litterario Syrorum poeseos merito, poeticis ipsorum compositionibus non adnumerarem lucubrationes illas, quibus syri auctores, præsertim posteriores, ligata oratione *Grammaticos*, *Chronica*, imo etiam *Librorum catalogos* et alia hujusmodi confecerunt (1).

(1) Id fecerunt Georgius Arabum episcopus, Gregorius Barhebræus, Ebedjesu Sobensis, alii.

Digitized by Google

## Appendix alter.

VITA SANCTI JACOBI SARUGENSIS.

Ex codice Musæi britannici, *add.* 12174, *fol.* 285 *rect.* (1)

ܬܘܒ ܬܫܥܝܬܐ ܕܥܠ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܘܡܚܒܒ ܠܐܠܗܐ.
ܡܠܦܢ ܡܫܒܚܢ ܦܠܚܬܐ ܠܐܠܗܐ. ܘܐܦܣܩܘܦܐ ܕܒܛܢܢ
ܕܣܪܘܓ. ܐܒܘܗܝ ܕܝܢ ܕܗܢܐ ܩܕܝܫܐ ܐܡܬܘܗܝ ܗܘܐ ܡܢ
ܩܘܪܝܬܐ ܕܥܠ ܦܪܬ. ܐܡܗ ܕܝܢ ܠܟܘܪܬܐ ܗܘܬ. ܘܐܬܝܗ
ܒܒܥܠܗ ܠܘܬ ܡܪܝ ܕܒܪ ܣܝܡ. ܘܬܠܡܗ ܠܡܪܢ. ܘܐܡܪ
ܓܒܢܐ ܕܝܢ ܕܐܠܗܐ ܣܒܪܬܗ. ܘܩܒܠ ܒܪܐ ܕܐܬܝܠܕܬܐ.
ܘܟܕ ܗܘܐ ܒܪ ܬܠܬ ܫܢܝܢ. ܐܝܬܝܘܗܝ ܐܒܗܘܗܝ ܕܠܥܕܬܐ
ܠܥܕܬܐ. ܒܩܘܪܒܢܐ ܕܕܘܟܪܢܗ ܕܡܪܝ ܡܩܕܫ ܡܚܪܐ.
ܘܟܕ ܩܐܡ ܗܘܐ ܠܡܛܐ ܦܘܡܐ: ܘܡܛܠ ܟܫܝܬܐ ܕܐܠܗܐ ܥܠ
ܟ̈ܗܢܝܢ ܕܐܬܝܢ ܗܘܘ ܕܢܩܪܒܘܢ ܒܩܘܪܒܢܐ ܡܪܝ. ܘܡܬܦܫܐ
ܡܛܠ ܗܘܐ ܒܗܘܢܐ: ܘܟܕ ܐܝܟ ܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܕܠܝܘܬܗ: ܘܡܬܦܪܫܐ
ܕܦܠܐܚܝܢ ܡܢܗ ܘܠܟܠܗܘܢ ܘܥܪܘܩܝܢ ܡܢܗ ܡܩܕܫܢܐ ܠܦܘܡܗ:
ܐܝܟ ܗܘܐ ܘܝܗܒ ܗܘ ܢܟܝܐ ܥܠ ܓܒܥܐ ܕܢܦܠܬܗ. ܘܪܕܐ
ܠܡܛܐ ܕܦܐܬܐ ܗܘܐ ܒܩܘܫܬܐ ܕܐܠܗܐ. ܘܫܠܡ ܠܡܬܦܪܫܐ
ܩܕܝܫܐ. ܘܟܕ ܩܪܐ ܒܬܘܪ ܫܢܝܐ. ܡܢ ܫܢܝܢ ܒܗ ܒܠܒܗ
ܕܐܬܠ ܒܒܠܗ ܡܬܘܕܐ. ܘܐܝܟ ܘܢܒܐ ܡܠܐܬ ܕܟܪܣܐ. ܘܡܥܕܒ

(1) Hujus *vitæ S. Jacobus Sarug*. textum syriacum, transcriptum ab eruditissimo D. W. Wright, amice mecum communicavit Rev. P. H. Matagne, qui etiam nuper, ut monui pag. 104, commentationem conscripsit de S. Jacobo Sarugensi.

ܠܗ ܬܫܡܫܬܐ ܕܐܠܗܐ. ܘܒܬܪܟܢ ܐܬܪܘܡܡ ܘܐܬܒܠܥ ܟ̈ܠܗ
ܣ̈ܘܥܪܢܝܢ. ܐܡܪ ܚܪܝܦܐܝܬ ܡܢ ܐܒܘܗ ܗܘܐ ܓܒܪܐ. ܘܡܢ ܗܘ
ܡܠܬܐ ܐܪ̈ܝܟܬܐ ܠܟܠܗܘܢ ܪܘܚܗ ܕܡܪܢܐ. ܘܦܪܩ ܕܠܡܚܠܠ
ܦܠܚܠܗ ܕܟܠܗ ܕܢܚܡܐ ܗܘ. ܐܬܪܚܡ ܗܘܐ ܕܝܢ ܒܣܘ̈ܬܐ ܕܣܪܘܓ.
ܘܗܘܐ ܐܦܝܣ ܒܐܪܥܗܘܢ. ܘܫܡܫ ܐܦܝܣ ܡܐܡܪ̈ܐ ܚ̈ܡܝܐ. ܘܟܬܒܗ
ܪܘܚܐ ܘܒܚܝܪܬܗ ܢܟܝܐ ܒܟܝܪܬܐ ܕܒܛܠܝܢ ܕܣܪܘܓ. ܘܐܬܒܠܒ
ܬ̈ܫܡܫܬܐ ܘܐܘܪ̈ܓܠܐ. ܘܐܦ ܐܬ̈ܝܡܬܐ ܘܫܘܓܠܬܐ. ܘܡܬܟܬܫܢܘܬܐ
ܡܚܒܒ ܘܠܐ ܢܚܡܬܐ. ܘܐܬܬܢܝܚ ܡܪܢܗ ܘܣܝܡ ܒܗ. ܀
ܐܡܚܠܝܢ ܕܡܢ ܕܗܘܢܐ ܡܬܟܬܫܢܘܬܗ ܣܩ̈ܝܡܝܢ ܠܬ̈ܒܥܝܢ ܕܒܥܠܐ.
ܡܐܡܪ̈ܐ ܕܡܢ ܡܫܝܚܝܐ ܘܩ̈ܠܐ ܘܥ̈ܠܬܐ. ܡܐܡܪ̈ܐ ܕܡܢ ܐܣܪܛܐ
ܕܣܦܪ ܘܠܐ ܡܬܚܫܒܢ. ܟܠܗ ܡܪ̈ܝܡܢ ܘܣܘܓܠܬܐ. ܀ ܘܐܫܬܘܕܝ
ܗܘܐ ܕܡܢ ܗܘ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ. ܒܪܥܠܘܗ ܕܡܪܝ ܣܘܪܓܝܐ
ܒܐܘܪܫܠܡ. ܘܫܠܡ ܒܝܘܡ̈ܐ ܘܐܬܥܢܝܕ ܡܪܢܐ. ܫܠܡ ܕܡܢ
ܒܪܘܚܐ ܕܐܦܝܣܩܘܦܐ ܬܫܥܝ̈ܬܐ ܕܟܠܗ ܡܪܢܝܐ.. ܕܒܣܦܪܘܗܝ ܕܡܢ
ܕܥܡ ܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ: ܠܗ ܫܘܒܚܐ ܘܐܝܩܪܐ: ܘܐܠܗܘܬܗ
ܘܠܡܪܘܬܗ: ܘܫܘܠܛܢܗ ܘܡܠܟܘܬܗ: ܘܐܠܗܘܬܗ ܘܬܫܡܫܬܗ:
ܘܒܢܝܢ ܘܬܫܒܘܚܬܗ: ܘܣܓܝܐ ܘܡܫܬܪܝܢܘܬܗ ܘܪ̈ܚܡܘܗܝ. ܐܟܘܬ
ܠܟ ܥܘܠܐ ܕܢܫܬܐ ܒܪܝܫܐ ܠܒܘܣܡܐ ܕܦܬܓܡܗ. ܗܢܐ ܕܒ̈ܢܝܗ
ܘܒܢܝܗ ܠܗܘܐ ܠܟ ܗܘܢܐ ܘܥܡܠ ܝܘܩܪܐ ܒܒܢܝ̈ܗܘܢ ܥ̈ܠܡܝܢ
ܕܥ̈ܠܡܝܢ ܠܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ.

Narratio de sancto et electo ac deifero domino Jacobo, doctore divino Batnarumque Sarugi episcopo.

Pater quidem hujus sancti erat ex Curtamo, *oppido* ad Euphratem *sito;* mater autem ejus sterilis erat, quam cum vir ejus duxisset ad dominum Barhadatum, fusis ibi

Digitized by Google

precibus, ex Dei voluntate cognovit. Peperit porro filium miraculi *fructum*, quem, cum esset trium annorum, parentes ejus secum adduxerunt ut illic orarent in die festo sancti Makimi pueri. Adstabat autem turba numerosa, replebantque domum Dei populi qui ad templum affluxerant, altari undique sacerdotibus stipato; cumque advolans descenderet Spiritus sanctus corpus Salvatoris nostri et Domini, Dei nostri ac Redemptoris Jesu Christi sanctificaturus, prosiliit descenditque infans ille e sinu genitricis suæ, scindensque turbam in domo Dei adstantem, ad altare sanctum ascendit et stetit coram mensa vitæ. Eum intuebantur omnes in *hac* martyrum domo præsentes, prosiliitque *e cœlo* descendens angelus Domini et puero donum Dei porrexit. *Is* autem manus extendit tribusque pugillis bibit, sicut Ezechiel dum volumen devoraret. Atque ex illa hora requievit super eum Spiritus Domini, cœpitque sermones edicere insolitos.

Adolevit autem in Hauris Sarugi, ubi periodeutem egit multosque sermones composuit. Hinc eum Spiritus evocavit ut ipsum ecclesiæ Batnarum Sarugi pastorem præficeret.

Scripsit tractatus et commentaria, historias quoque et cantica. Porro doctrina ejus præclara erat et sincera; Dominus autem in ipso requiescebat et gaudio afficiebatur.

Reperimus vero doctrinam ejus mole esse quinquaginta prophetis *æqualem :* sermones scilicet septingentos sexaginta tres, quorum postremum de Maria et Golgotha haud absolvit.

Vixit mar Jacobus tempore mar Severi patriarchæ, ad quem ascendit et a quo benedictionem percepit; ascendit autem cum apparatu multorum Orientis episcoporum.

Denique mores sancti Jacobi quod attinet, *elucebat* castimonia sua et sanctitate, alacritate et abstinentia, vigilia et labore, indefesso ministerii *zelo*, fletu et gemitibus, charitate, virtute et orationibus. Brevius nobis suppetit



Digitized by Google

tempus quam ut narrationem usque ad diem ejus obitus perducamus.

Sit ipse nobis oratione et supplicationibus murus et refugium perpetuum in sæcula sæculorum. Amen.

Digitized by Google

# VOCES QUÆDAM SYRIACÆ

in superiore dissertatione occurrentes, quæ in Castelli lexico desiderantur, aut ibi non eadem notione vel sine exemplo positæ sunt.

---

ܐܓܘܓܐ *ἀγωγή*, pag. 39.

ܐܘܓܐ *apage*, pag. 204.

ܐܘܘܢܐ *mansio*, pag. 250.

ܐܠܟܣܝܣ *sericus*, *rasilis*, pag. 144.

ܐܪܕ *venatus est*, *prosecutus est*, pag. 60.

ܐܣܟܦ *animosus fuit*, *contempsit*, pag. 56.

ܒܠܐܟܪ *diabolus*, pag. 84.

ܒܬܘܠܐܝܬ *virginaliter*, pag. 292.

ܕܢܚ *descendit*, *venit*, *subiit*, pagg. 36 et 214.

ܕܘܪܐ *δωρεά*, *dona*, pag. 33.

ܗܢܝܐ *suavis*, *jucundus*, pag. 28.

ܗܦܟܐܝܬ *præpostere*, *perverse*, pag. 134.

ܡܬܠܒܛܢܐ *infirmus*, *vexatus*, pag. 282.

ܡܗܝܡܢܐ *fideles*, pag. 259.

ܟܝܢܐܝܬ *naturaliter*, pag. 153.

ܡܟܣܢܢܐ *architectus* vel *ædit, uus* (?), pag. 82.

ܡܕܒܪܢܐܝܬ *κατ' οἰκονομίαν*, respectu habito ad naturam Christi humanam, pag. 153.

Digitized by Google

ܡܚܬܬܐ *descensio*, *actio descendendi*, pag. 244.

ܡܝܩܪܢܐ *honorabilis*, pag. 82.

ܡܟܝܟܐܝܬ *humiliter*, pag. 156.

ܡܠܠܘܬܐ *eloquentia*, pag. 39.

ܡܢܗ ܘܠܗ *ex se solo*, *per se*, pag. 160.

ܡܣܪܩܘܬܐ *exinanitio*, *suimet abrenuntiatio voluntaria*, pag. 66.

ܡܨܥܝܘܬܐ *mediatio*, pag. 155.

ܡܟܣܢܘܬܐ *reprehensio*, pag. 288.

ܡܫܬܚܠܦܢܘܬܐ *immutabilitas*, pag. 184.

ܡܬܪܥܝܢܐ *intellectualis*, et forte *malignus*, pag. 84.

ܢܣܘܠܐ *inclinatio*, pag. 126.

ܢܣܘܒܐ *percipiens*, *particeps*, pag. 34.

ܢܦܫܢܐܝܬ *secundum animam, una cum anima,* pag. 238.

ܣܦܣܪܐ *gladius*, *culter*, pag. 56.

ܣܢܐܓܪܐ *intercessor*, *patronus*, pag. 135.

ܣܦܐ *redundavit*, *abundanter prodiit*, *collegit* pp. 290 et 298.

ܥܘܠܘܬܐ *perversitas*, pag. 77.

ܥܨܘܝܐ *medicus*, pag. 133.

ܦܘܫܐ *notio*, pag. 153.

ܦܝܢܐ φαινόλης *pœnula*; nomen amictus patriarcharum, episcoporum et presbyterorum apud Syros. Cfr. Bernstein ad hanc vocem, pag. 144.

Digitized by Google

ܦܠܓܘܬܐ *divisio*, *dubitatio*, pagg. 288 et 298.

ܦܪܝܫܐܝܬ *discrete*, *convienti et debito modo*, pag. 269.

ܨܝܪܘܬܐ *ars pictoria* vel *cœlatoria*, pag. 28.

ܨܠܝܒܘܬܐ *crucifixio*, pag. 154.

ܪܗܛܘܪܐ *rhetor*, pag. 264.

ܪܢܢܐ *clamans*, *præco*, pag. 280.

ܪܟܘܡܐܝܬ *alta et lugubri voce*, pagg. 42 et 72.

ܪܓܝܐ part. a ܪܓܐ quod cum ܒ = *delectatus est* de aliqua re, pag. 288.

ܪܦܝܘܬܐ *relaxatio* sensu ethico; *negligentia*, pag. 74.

ܫܐܝܠܐܝܬ *improprie*, *metaphorice*, pag. 184.

ܫܡܘ̈ܥܬܐ *nuntia infausta*, pag. 45.

ܫܢܘܬܐ *discessio*, *migratio*, pag. 126.

ܬܘܣܦܬܐ *additamentum*, pag. 244.

ܬܘܬܒܐ *advena*, pag. 56. Cfr. præter locum ibid. indicatum *III Reg. XVII*, 1.

ܬܫܘܫܐ *imbecillis*, pag. 134.

ܬܢܐܝ *pactum*, *conditio*, pag. 38.

ܬܘܠܐܝܬ *attente*, pag. 61.

—

Digitized by Google

CORRIGENDA.

—

Pag. 15, lin. 18, *deme :* aliis. — Pag. 16, § 6, *lege :* § 7. — Pag. 19, § 7, *lege :* § 8. — Pag. 20, § 8, *lege :* § 9. — Pag. 21 in nota (e), Clementes, *lege :* Clementis. — Pag. 36, v. 106, ܐܩܠܝܒ *lege :* ܩܠܝܒ — Pag. 39, in nota ad v. 126, post verba : nullo tamen auctore, *adde :* Cfr. tamen Bernstein *fasciculo* qui prodiit *Lexici ling. syriac.* — Pag. 53, lin. 12, margarites, *lege :* margaritas. — Pag. 55, lin. 18, similis, *lege :* simili. — Pag. 57, lin. 10, advenorum, *lege :* advenarum. — Pag. 69, lin. 1 in notis, *forse*, lege : *forte*. — Pag. 70, v. 444, ܚܬܒ *lege :* ܚܬܒ — Pag. 86, lin. 21, exstitit, *lege :* existit. — Pag. 114 in nota (2) ibid. pp. et 112, *lege :* ibid. pp. ܡܡܨ et 112. — Pag. 116, in nota, lin. 7, cæpit, *lege :* cœpit. — Pag. 133, lin. penult. ܟܡܡܨܠ *lege :* ܟܡܡܨܠ — Pag. 134, lin. penult. ܕܪܘܫܐ *lege :* ܕܪܘܫܐ — Pag. 143 in nota (1) lin. 3, ܠܘܪܡܠܐ *lege :* ܠܘܪܡܠܐ — Pag. 144 in nota lin. 6, ܘܐܬܒܘ *lege :* ܘܐܬܒܘ ; ibid. lin. 7, ܩܪܝܫܐ *lege :* ܩܪܝܫܐ — Pag. 184 in nota lin. 4, ܕܠܐ *lege :* ܕܠܗ — Pag. 185 in nota lin. 2, ܡܡܨܠ *lege :* ܡܡܨܠ — Pag. 234, v. 337, ܕܗܒ *lege :* ܕܗܒ — Pag. 248, v. 280, ܫܡܐ *lege :* ܫܡܐ — Pag. 264, v. 80 initio, *supple* ܕܠܐ — Pag. 307, lin. 14, ܡܟܐܡܟܬܐ *lege* ܡܟܐܡܟܬܐ

—

Digitized by Google

## THESES

I.

Necessarium fidei præambulum est ipsa certitudo existentiæ Dei, entis summe perfecti et ab hac rerum universitate distincti. Quod quidem dogma certissimis demonstratur argumentis.

II.

Deus autem, qualis nobis lumine intellectuali manifestatur, est *actus purus*, vita perfectissima et immutabili præditus : qua Infiniti notione penitus profligantur cujuscumque nominis pantheistæ, quippe qui loco Dei vivi et personalis ponunt inane quoddam simulacrum, tantum a perfectione distans, quantum inter veritatem et errorem est intervallum.

Digitized by Google

## III.

Æque aperte, ne dicam evidentius, eadem notione refelluntur qui Deum concretione materiali vel corpore humano constantem sibi crasso errore persuaserunt.

## IV.

Nugari censendi sunt Religionis hostes, dum conceptum Dei corporalis ss. litteris edoceri asserere haud verentur. Injuria quoque nonnulli, etiam catholici, Melitonem Sardensem, virum ingenio et sanctitate conspicuum, anthropomorphismi insimularunt; quæ enim ipsi objiciebantur non solum levissima erant et priscorum testimoniis etiam tunc facile dissolvenda, sed præterea ipsius auctoris fragmentis syriacis nuper inventis (1) splendide nunc diluuntur.

## V.

Cum Deus non visibilis tantum et physicæ universitatis sit dominus, sed etiam ordinis suprasensibilis regnique moralis auctor, moderator ac vindex, plane consequitur nos rationis dictamine ad eum colendum teneri eo modo quem ipse præscribere voluerit.

## VI.

Potuit etiam Deus mysteria et mandata positiva revelare, eaque homo, cum ipsi certo innotuerint, integro mentis ac cordis obsequio debet amplecti.

(1) Cff. *Spicilegium syriacum* by W. Cureton, London 1855, pp. [illegible]; *Spicilegium Solesmense, tom. II*, pp. xxxviii *sqq.*, Paris. 1855.

## VII.

Revelationis divinæ criteria merito censentur miracula et prophetiæ, qualia esse possibilia aut homini cognoscibilia ii tantum inficiari possunt qui pantheismi aut atheismi præjudiciis obstricti tenentur.

## VIII.

Theologiæ, sive scientiæ de Deo rebusque divinis ex revelatione haustæ, propria est methodus auctoritatis. Nam « cum sanctissima nostra religio non ab humana « ratione fuerit inventa, sed a Deo hominibus clementis- « sime patefacta, tum quisque vel facile intelligit, reli- « gionem ipsam ex ejusdem Dei loquentis auctoritate « omnem suam vim acquirere, neque ab humana ratione « deduci aut perfici umquam posse (1). »

## IX.

Attamen, statuta hac S. Augustini regula « ut de cre- « dendis nulla infidelitate dubitemus, de intelligendis nulla « temeritate affirmemus; in illis enim auctoritas tenenda « est, in his veritas inquirenda (2) » ex humanarum scientiarum et philosophiæ imprimis cum theologia consortio plurima theologicis disciplinis et prope necessaria obveniunt emolumenta. Neque enim ita solum motiva credibilitatis illustrantur, sed et fidei objectum conceptibus propriis vel analogis apprehenditur et expolitur, singularum deinde notionum quoad fieri potest enucleata prodit distinctio, accommodata dispositio et consociatio, penitior cognitio mutui habitus et nexus quo singula doctrinæ

(1) SS. D. N. Pii IX *Encycl.* 9 nov. 1846.
(2) *De Trinit.* lib. 9, cap. 1.



Digitized by Google

revelatæ capita cohærent; quibus tandem præsidiis omnes fidei articuli in certum ordinem aptumque systema rediguntur.

X.

Christus Dominus in perenne revelationis tutamen Ecclesiam instituit visibilem, « *columnam et firmamentum veri-* « *tatis.* » Ecclesia autem est vera perfectaque societas, plane libera, pollens suis propriis et constantibus juribus sibi a divino fundatore suo collatis, neque civilis potestatis est definire quæ sint Ecclesiæ jura, ac limites intra quos eadem jura exercere queat (1).

XI.

Quum veritas salutaris et morum disciplina contineantur in libris scriptis et sine scripto traditionibus, quæ ab ipsius Christi ore ab apostolis acceptæ, aut ab ipsis apostolis, Spiritu sancto dictante, quasi per manus traditæ, ad nos usque pervenerunt; orthodoxorum patrum exempla secuti, omnes libros tam Veteris quam Novi Testamenti, quum utriusque unus Deus sit auctor, necnon traditiones ipsas, tum ad fidem, tum ad mores pertinentes, tanquam vel ore tenus a Christo, vel a Spiritu sancto dictatas, et continua successione in Ecclesia Catholica conservatas, pari pietatis affectu ac reverentia suscipimus et veneramur (2).

XII.

Ex ipsa œconomia primæ promulgationis doctrinæ christianæ et ex disertis verbis Christi colligitur, organum

(1) Cf. *Syllabus* 8 dec. 1864, prop. XIX.
(2) Cf. *Concil. Trid.* sess. IV, decret. de can. script.

Digitized by Google

divinitus institutum, ad divinam revelationem in sua integritate et sinceritate custodiendam ac propagandam, esse vivum et authenticum magisterium.

XIII.

Concilii Tridentini Patres, edicentes, ne quis « contra eum sensum, quem tenuit et tenet sancta mater Ecclesia,... aut etiam contra unanimem consensum patrum, ipsam Scripturam sacram interpretari audeat (1) », sacrarum Scripturarum interpreti legem statuerunt, quæ tantum abest ut illi in sua exegesi adferat impedimentum, ut contra magno illi sit ad rectam interpretationem adjumento.

XIV.

Vulgatam autem versionem iidem Patres non eo sensu declararunt *authenticam*, ut negaverint in ullo vocabulo labi potuisse interpretem; sed *eatenus voluit eam authenticam haberi*, verbis utor Andreæ Vegæ (2), qui Tridentino Concilio interfuit, *ut certum omnibus esset nullo eam fœdatam errore, ex quo perniciosum aliquod dogma in fide et moribus colligi possit*, *atque ideo adjecit : ne quis illam quovis prætextu rejicere auderet.*

XV.

Vulgatæ nostræ pericopas (*Marc. XVI*, 9-20, *Joh. V*, 4; *Joh. VII*, 53-*VIII*, 11), quas Tischendorfius in editionibus suis novi testamenti in textum non recepit, quarumque conservatione nocumentum evangeliorum authentiæ

(1) Sess. IV l. c.

(2) Vide Jo. Marianæ e Soc. Jesu *Tractatus VII.* Coloniæ Agrippinæ 1609. *Tract.* 2, *cap. XXI, pag.* 101 *sqq.*

Digitized by Google

afferri alibi (1) immerito affirmat, etiam ob rationes criticas et testimoniorum auctoritatem pro genuinis habemus.

## XVI.

Christus Dominus Petrum constituit Ecclesiæ caput et rectorem supremum. Quem enim ipsi *Matt. XVI*, 18, promiserat primatum honoris et jurisdictionis, eumdem *Joh. XXI*, 15-17, illi reapse contulisse legitur.

## XVII.

Cum primatus ob perpetuum Ecclesiæ bonum et unitatis firmamentum fuerit institutus, eadem prærogativa jugiter perseverat in legitimis Petri successoribus, Pontificibus Romanis.

## XVIII.

Petrus Romæ sedem suam fixit et episcopatum usque ad mortem suam gessit. Quod factum, sicuti certæ traditioni et multis testimoniis innititur, ita etiam vetustis syriacis documentis nuper detectis confirmatur dilucide, e quibus inter alia tanquam argumentum sequentia verba lubet afferre:

ܒܫܢܬ ܬܠܬܝܢ ܕܩܠܘܕܝܘܣ ܩܣܪ. ܢܦܩ ܗܘܐ ܫܡܥܘܢ ܟܐܦܐ
ܡܢ ܐܢܛܝܘܟܝܐ ܕܢܐܙܠ ܠܗ ܠܪܗܘܡܐ.... ܘܟܕ ܫܡܥܬ ܗܘܬ
ܡܕܝܢܬܐ ܒܡܫܠܡܢܘܬܗ ܟܠܗ ܗܘܐ ܐܟܚܕܐ ܟܢܫܐ ܕܪܗܘܡܝܐ
ܘܡ̈ܕܝܢܬܐ ܕܚܕܪܝܗ ܘܥܡ̈ܡܐ ܕܠܘܬܗܘܢ ܕܟܠܗ ܐܝܛܠܝܐ
ܘܡܫܡܫ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܕܪ̈ܓܫ ܕܡܬܩܪܒܢܘܬܐ ܕܥܩ̈ܪܐ ܠܚܪܫ̈ܐ
ܘܡܫܡܫ ܡ̈ܬܝܢ. ܘܡܢ ܒܬܪ ܗܠܝܢ ܡ̈ܢܝܐ ܠܟܘܠܗ ܗܘܐ ܠܪܘܡܝ

(1) *Wann wurden unsere Evangelien verfasst?* Leipzig 1866, pagg. 125 et 126.

ܬܡܢ . ܘܫܡܫ ܗܘܐ ܒܟܠ ܐܬܪܐ. ܘܡܛܐ ܗܘܐ ܕܢܦܘܩ ܗܘܐ ܠܗ. ܘܩܪܐ ܗܘܐ ܠܐܢܣܘܣ ܡܫܡܫܢܐ ܘܥܒܕܗ ܗܘܐ ܐܦܣܩܘܦܐ ܒܕܘܟܬܗ ܒܪܗܘܡܐ ܀ *Anno tertio Claudii Cæsaris egressus est Simon Petrus ex Antiochia, Romam iturus... Cumque doctrina ejus cum gaudio exciperetur, illic, Romæ scilicet et in finitimis ejus civitatibus necnon in universis Italorum oppidis, ecclesiam ædificavit. Porro ibi per annos viginti quinque functus est officio rectoratus antistitum, atque post hunc annorum lapsum apprehendit eum Nero Cæsar vinculisque inclusit. Sciens autem se crucifixum iri, Linsum* [Linum] *diaconum accersivit, huncque loco suo Romæ episcopum constituit* (1).

## XIX.

Quia vero « primatus Petro datus fuit ut una Christi « Ecclesia et cathedra una monstretur (2), » ideo Romani Pontificis ex cathedra definientis in rebus fidei et morum judicium statim est irreformabile; cui celeroquin Ecclesiæ consensus, quamquam ut illud irreformabile sit haud requisitus, nunquam tamen non accedit, cum ipsa Ecclesia vera ex voluntate Christi cum suo visibili capite necessario conseratur.

(1) Cfr. apud Cureton, *Ancient syriac documents*, London, 1864, pp. ܠܗ et ܠܘ documentum cui titulus : *doctrina Petri in Roma*, desumptum e codice ms. sæculi VI, quodque ex editoris sententia ad primum sæculum vel certe ad initium secundi pertinet. — In textu syriaco non legitur *Linus* sed *Linsus*; scilicet pro ܠܐܢܘܣ ibi irrepsit ܠܐܢܣܘܣ, prono in hujusmodi peregrinis nominibus describendis librarii syriaci lapsu. Simili errore paulo infra idem nomen legitur ܐܝܣܘܣ *Isus*, ubi præterea littera ܢ fuit permutata in ܝ; eo vero loco, in alio vetere codice recte ponitur ܠܐܝܢܘܣ *Linus*.

(2) S. Cyprianus, *De unitate Ecclesiæ*.

## XX.

Doctrinæ, qua Romano Pontifici infallibilitas vindicatur, nihil officiunt quæ egit Zephyrinus in causa Montanismi. Criminationes autem quibus eidem Pontifici, ac præsertim ejus successori Callisto, Sabellianismi notam inurere quærit auctor anonymus Φιλοσοφουμενων, calumniæ sunt quæ cum aliunde, tum ex ipso scriptore facile possunt refelli.

## XXI.

Deus qui rationis lumine *natura unus* ostenditur, est ex revelatione divina *trinus in personis* agnoscendus. Nam « fides catholica hæc est, ut unum Deum in Trinitate et « Trinitatem in unitate veneremur, neque confundentes « personas, neque substantiam separantes (1). »

## XXII.

Essentiæ unitati et personarum distinctioni innititur Patris, Filii et Spiritus sancti mutua inexistentia seu circuminsessio, quam περιχωρησιν patres græci vocare solent, quæque dilucide edocetur in evangelii S. Joh. cap. XIV, v. 7.

## XXIII.

Divinæ Trinitatis mysterium duplici conceptu constat, tum ejus quod unum est, commune et absolutum, tum ejus quod est distinctum, proprium atque relativum. Cum vero prior complectatur essentiam sive naturam, οὐσίαν ἤ φύσιν, alterum autem personas, ὑποστάσεις, respiciat, patet falli incredulos qui in hoc dogmate contradictionem formalem reperire sibi videntur.

## XXIV.

Vanum est illorum rationalistarum commentum qui in

(1) Symbolum *Quicunque.*

Digitized by Google

revelationis invidiam asserunt dogma catholicum sanctissimæ Trinitatis ex theogoniis gentium, vel e philosophiæ profanæ placitis esse derivatum. Neque enim certo constat, alicui ex ethnicis aut philosophis antiquis cognitas fuisse in Deo hypostases distinctas et æquales; de quo, si historice constaret, dicendum foret, notionem hanc non esse pro fœtu habendam humani ingenii, sed communicationi revelationis divinæ acceptam esse referendam.

## XXV.

Plurima loca veteris fœderis ubi sermo est de *Jehova*, de *angelo Jehovæ* vel *angelo Dei*, מַלְאַךְ יְהוָֹה, מַלְאַךְ פְּנֵי יְהוָֹה, מַלְאַךְ הָאֱלֹהִים, מַלְאַךְ אֱלֹהִים v. g. *Gen. XVIII*, *XXII*, *XXVIII*, *XXXI*, *XXXII*, *XLVIII*, *Exod. III*, 2; *XXIII; Josue V*, 13 seqq.; *Jud. XIII*, 3 seqq.; *Isa. LXIII*, 9, etc., ita interpretamur, ut ibi veram intelligamus *theophaniam*, qua non ipse Deus Pater, sed Verbum incarnandum sub visibili forma apparuerit. Ex his etiam locis perspicaciores et doctiores inter Judæos, uti paraphrastæ chaldæi, suum מֵימְרָא דַי יְיָ, *Λόγον τοῦ Θεοῦ*, desumpsisse, et personarum in Deo distinctionem, sub novo testamento aperte revelandam, obscuro quodam modo percepisse opinamur.

## XXVI.

Creatio ex nihilo tantum abest ut rectæ rationis dictamini contradicat, ut contra unica sit via rationabilis originem rerum explicandi atque mundi limitati et mutabilis existentiam cum Entis infiniti notione conciliandi.

## XXVII.

Creatio rerum ex nihilo in sacris paginis utriusque fœderis luculentissime prædicatur.

Digitized by Google

## XXVIII.

Eamdem quoque rerum originem perpetuo ab Ecclesiæ doctoribus fuisse propugnatam asserimus; neque prioribus Christianismi sæculis ab orthodoxa doctrina hac in re deflexerunt Hermas, Justinus, Tatianus, Theophylus antiochenus, Melito sardensis, Irenæus, Hyppolitus, Tertullianus.

## XXIX.

Cum Deus sit ipsa Sapientia, necessario in productione mundi operatus est propter finem, qui alius esse non potest nisi is, quem S. Scriptura his verbis enunciavit: « Universa propter semetipsum operatus est Dominus (1). »

## XXX.

Universum genus humanum ab uno Adamo omnium protoparente propagatum esse docet Apostolus *Act. XVII*, 26, hisce verbis : « *ἐποίησέ τε ἐξ ἑνὸς αἵματος πᾶν ἔθνος ἀνθρώπων κατοικεῖν ἐπὶ πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς.* » Quo loco, quod attinet ad veriorem ejus lectionem, hanc ab interprete Syro : ܘܡܢ ܚܕ ܕܡܐ *et ex uno sanguine*, potius quam ab auctore Vulgatæ : *ex uno*, servatam esse existimaverim.

## XXXI.

Homo a Conditore suo donatus est anima spirituali nunquam interitura; quam immortalitatis fidem apud antiquos Hebræos viguisse pseudo-philosophi plures falso negarunt. Etenim in ipso *Pentateucho* ea quæ exhibetur Dei notio et historia creationis, item narrationes de defunctis patriarchis, leges quibus mortuorum evocationes prohibentur aliaque argumenta contrarium aperte demonstrant.

(1) *Prov.* XVI, 4.

Digitized by Google

## XXXII.

Dogma catholicum est primum hominem in sanctitate et justitia supernaturali fuisse constitutum. Cum his autem intime in Adamo conjuncta erant eximiæ tum animæ tum corporis dotes, integritas potissimum et immortalitas.

## XXXIII.

Porro Adam in felicissimo hoc statu constitutus est, non solum quantum erat ipse singularis persona, sed etiam tanquam protoparens et principium naturæ, quæ tota in eo et per eum divino decreto elevata fuit, et cum iis donis, præcepti conditione servata, propaganda fuisset.

## XXXIV.

Illa vero naturæ sublimatio supernaturalis erat et homini prorsus indebita, atque adeo potuisset Deus, si voluisset, non tantum *potentia absoluta*, quod est catholice omnino tenendum, sed etiam *potentia ordinata*, humanum genus in eo statu, quem *naturæ puræ* theologi vocant, ab initio collocare.

## XXXV.

Injuria historiam peccati protoparentum, *Gen. cap. III* exhibitam, allegoriis accensendam rationalistæ contendunt; neque, spectatis sanæ hermeneuticæ regulis, multo tolerabilior est sententia Cajetani, dialogum mulierem inter et serpentem de mera tentatione interna interpretantis.

## XXXVI.

Adam, prævaricatione sua secundum corpus et animam in deterius commutatus, acceptam a Deo sanctitatem et



Digitized by Google

justitiam non sibi soli, sed toti propagini suæ perdidit, atque ita peccatum hoc, quod origine unum est, et propagatione non vero imitatione transfusum, inest unicuique proprium.

XXXVII.

A veritate longe aberrant quicunque essentiam peccati originis positam esse docent vel in actuali vitæ cujusdam anteactæ peccato, vel in forma substantialiter mala, vel in concupiscentia qualis invenitur in baptizatis, vel tandem in actuali peccato Adami posteris ejus imputato.

XXXVIII.

Formalem peccati originalis rationem consistere opinamur in privatione gratiæ sanctificantis, quatenus sequitur a peccato Adami, sive in carentia habitualis conversionis ad Deum finem hominis supernaturalem, quæ universæ Adami posteritati inesse deberet.

XXXIX.

Hac posita peccati originalis notione, propugnamus infantes ante regenerationem vita functos, licet visione beatifica nunquam fruituros, nulla pœna sensus affici.

XL.

Doctrina catholica de peccato originali neutiquam divinis attributis aut rectæ rationi repugnat.

XLI.

Ad peccatum originale in posteros Adami generatione transfusum pertinet effatum *Ps. L*, 7 : *Ecce in iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis concepit me mater mea.*

Digitized by Google

## XLII.

Existere autem aliquod originale peccatum, præclaro argumento eruitur ex *epist. ad Rom. cap.* V, *vv.* 12-14, ubi versum duodecimum plene et curate explicueris hac paraphrasi : « Quamobrem sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum introivit et per peccatum mors, ita et per unum hominem justitia introivit in hunc mundum et per justitiam rediit vita; sic autem, inquam, factum est ut mors in omnes homines pertransierit, quia nempe per unum illum hominem omnes peccaverunt. »

## XLIII.

Fidem de peccato originis in universam Adami posteritatem transfuso, quæ semper et ubique inter christianos viguit, præclare quoque professa est ecclesia syriaca, cujus rei testes locupletissimi exstant S. Ephræm et S. Jacobus Sarugensis; ad hunc autem quod attinet, sicut ipse peccatum originale perpetuo in mente habet in suo *carmine de beatissima Virgine*, ita illud expresse commemorat ibidem, hisce verbis (1) : « *per Hevam ruina, per Mariam vero « resurrectio universo generi nostro* ܠܟܠܗ ܓܢܣܢ *obtigit;* » uti et in *epistola ad Samuelem* (2) : « *Dominus noster voluit « ad justitiæ regulam exsolvere chirographum commune, cujus « reatum contraxit Adam caput generationum per consilium « serpentis homicidæ;* ܒܡܠܘܟܬܐ ܕܚܘܝܐ ܕܠܒܪܢܫܘܬܗ ܩܛܘܠܐ ܕܝܘܐ: ܗܘ ܕܟܬܒ ܘܚܬܡ ܫ̈ܛܪܐ ܡܫܠܡܢܐ ܕܚܘܒܠܐ ܡܫܘܬܦܐ.

## XLIV.

Iidem hujus ecclesiæ doctores immaculatum Deiparæ virginis conceptum præclare docuerunt (3).

(1) Cfr. *Dissert.* nostræ pag. 236.
(2) *Ibid.* pag. 124.
(3) Cff. S. Ephræm, *Opera*, II pag. 327, 329, 423, et III, pp. 601 ; S. Jacob. Sarug. in *Dissert.* pagg. 187 seqq.

Digitized by Google

## XLV.

Neque tali ipsiusmet doctrinæ contradicere dicenda est sententia qua S. Jacobus Sarugensis asserit Virginem immaculatam, quo tempore Verbum divinum in sanctissimo utero suo concepit, *sanctificatam fuisse et in eo statu constitutam in quo erat Heva ante peccatum* (1).

## XLVI.

Beatissimam Mariam *semper virginem* exstitisse doctrina est omni Christianismi ætate testatissima, cui copiose etiam patrocinantur syriaca monumenta, cujusque inter alia argumentum præclarum reperitur inter glossemata quæ in antiquissima recensione syriaca primi evangelii, *Cap. I*, 16, 18, 25 observantur (2). Porro idem ex professo docuit S. Jacobus Sarugensis, quamvis affirmare videatur, id quod dici nequit, beatissimam Virginem non sine doloribus peperisse (3).

## XLVII.

Beatissima Christi mater est proprie Θεοτόκος, neque solum Θεομήτωρ *Dei mater*, sed et Θεογεννήτωρ *Dei genitrix*, quippe quæ realiter concepit ac peperit naturam humanam illius, « qui licet Deus sit et homo, non duo tamen, « sed unus est Christus (4). »

## XLVIII.

Tota religionis christianæ œconomia veluti suo funda-

(1) Cfr. *Dissert.* pag. 240.

(2) Cfr. *Remains of a very antient recension of the four Gospels in Syriac*, edited by W. Cureton, 1858.

(3) Vide *Dissert.* pag. 196 seqq.

(4) Symbolum *Quicunque*.

Digitized by Google

mento innititur dogmati Incarnationis, qua Verbum Patri consubstantiale carnem assumpsit, ut velut alter Adamus, prioris Adami ἀντίτυπος, naturam humanam in hoc lapsam rursum erigeret, hominesque Deo reconciliaret. « Sic enim « Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, « ut omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat « vitam æternam (1). »

## XLIX.

Perperam Renaudotius (2) Jacobum Sarugensem traduxit ut eum, qui duas naturas Christo inesse negaverit. Solidis enim demonstratur argumentis hunc Syrorum doctorem orthodoxe de augustissimo Incarnationis mysterio sensisse, atque cum concilio Chalcedonensi professum de Christo, « eumdem perfectum in deitate et eumdem perfectum in « humanitate, Deum verum et hominem verum, eumdem « ex anima rationali et corpore, consubstantialem Patri « secundum deitatem, consubstantialem nobis eumdem « secundum humanitatem per omnia nobis similem abs- « que peccato (3). »

## L.

Dogma divinitatis Christi tam splendidis nititur argumentis, ut non minus inscitiæ quam impietatis jure arguantur scioli recentiores, qui illam octodecim sæculorum fidem labefactare temere attentarunt.

## LI.

Quæ Isaias *Cap. LII*, 13-*LIII*, 12, de *servo Dei* עֶבֶד יְהוָה vaticinatur, ad Christum novi fœderis aucto-

(1) *Evang. S. Joh. III*, 16.
(2) *Liturgg. orientt.* tom. II, pag. 367.
(3) Apud Labbe et Cossart, IV, 1459.

rem pertinere asserimus contra recentiores interpretes judæos et plures rationalistas hodiernos, qui hæc prophetæ effata ad aliam personam, vel collective ad populum judaicum referre frustra nituntur.

## LII.

Verba psalmi II : *Filius meus es tu, ego hodie genui te*, etsi prophetice dicuntur de generatione quadam metaphorica, ad humanam Christi naturam referenda, ejus tamen divinitatem indirecte demonstrant. Porro admittere nolim, quod passim interpretibus placuit, comma istud, *Act. XIII*, 32-33, a Paulo allegari ad resurrectionem Domini probandam; quare quod ibi legitur *ἀναστήσας Ἰησοῦν* Syrus felicius reddidit ܕܐܩܝܡ ܠܝܫܘܥ *suscitans Jesum*, quam Latinus interpres vertendo : *resuscitans Jesum.*

## LIII.

Pariter psalmus XLIV propheticus est de Messia, ejusque divina natura ibi adstruitur hisce verbis : « Sedes tua, « Deus, in sæculum sæculi ; virga directionis virga regni « tui. Dilexisti justitiam et odisti iniquitatem ; propterea « unxit te, Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus « tuis. »

## LIV.

Contendimus *Rom. IX*, 5 : *ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας Ἀμήν*, præclarum contineri divinitatis Jesu Christi testimonium. Temerarie proinde Tischendorfius et Lachmannus hanc pericopam, in editionibus sui novi testamenti, ita interpunxerunt, ut a verbis : *ὁ ὢν ἐπὶ πάντων* novam sententiam, ad Deum Patrem referendam, inchoarent.

Digitized by Google

## LV.

Divinum Incarnationis mysterium esse Deo dignissimum ipsa ratio fide illustrata suadet; porro absurde rationalistæ nonulli jactitant, summam Verbi perfectionem et infinitam majestatem impedimento esse, quominus possit cum natura humana hypostatice uniri.

## LVI.

Humana Christi natura Verbo hypostatice conjuncta uno eodemque latriæ cultu adorari debet quo Verbi divinitas : ex quo liquet cultum ss. Cordis Jesu, prout in Ecclesia catholica in usu est, pium esse et principiis dogmaticis plane conformem.

## LVII.

Christus redemptor non pro solis electis, ut Calviniani et Jansenistæ contendunt, neque pro solis fidelibus, ut aliis visum est, sed pro omnibus omnino hominibus ex sincera voluntate iisdem auxilia salutis promerendi mortuus est ac sanguinem fudit.

## LVIII.

Homo beneficia mortis Christi in se recipit per justificationis gratiam, cujus descriptionem ab Apostolo prolatam *Rom. III*, 24-26 in hanc sententiam rite exposueris : « Justificantur autem non ullo suo merito, sed gratis, gratuita Dei bonitate, per redemptionem illam quæ peracta est in persona Jesu Christi, quem Deus hominibus, qui fidem illi habere voluerint, in victimam ipsiusmet sanguinis effusione piacularem proposuit, idque ad ostendendam suam sanctitatem peccata exosam, eo quod

Digitized by Google

peccata ante patrata in sua longanimitate impunita reliquerat; ad ostendendam suam sanctitatem hoc nunc tempore, idque ut et ipse agnosceretur sanctus, et sanctificaret quotquot fidem Jesu Christo haberent. »

## LIX.

Justitiæ supernaturalis et gratiæ fontes « septem sunt « sacramenta novæ legis, quæ multum ab antiquis differunt. Illa enim non causabant gratiam, sed eam solum « per passionem Christi dandam figurabant. Hæc vero « nostra et continent gratiam, et ipsam digne suscipientibus conferunt (1). »

## LX.

Sacramentorum valor et efficacia neutiquam pendent a fide et probitate ministri aut a merito suscipientis; nam gratiam conferunt *ex opere operato* non ponentibus obicem.

## LXI.

Sæculo tertio, in celebri controversia de valore baptismi ab hæreticis collati, quæstio tantummodo movebatur de fide ministri, nequaquam vero de materia et forma ipsius sacramenti. Errabant ergo Launojus (2) et Dupin (3), dum inde ansam sumebant Stephanum Pontificem Romanum accusandi, quod probasset omnem hæreticorum baptismum, etiam despectis legitimis materia et forma collatum.

(1) Eugenius IV, *Decret. pro unione Armenorum.*
(2) Lib. VIII, epist. 15.
(3) *Biblioth.*, tom. I, pp. 151 et 176.

Digitized by Google

## LXII.

Ut licite et fructuose suscipiantur sacramenta *vivorum*, per se loquendo requiritur status gratiæ. Necesse ergo est ut qui peccati mortalis sibi conscius est aut confessionem instituat, aut contritionem perfectam ante eliciat quam ad illa accedat; atque si sermo sit de ss. Eucharistia, sacramentaliter confiteatur necesse est, excepto casu quo necessitas communicandi vel celebrandi urgeat et copia confessarii desit.

## LXIII.

Baptismus, extra casum martyrii, omnibus ad salutem necessarius est necessitate medii, in re vel in voto.

## LXIV.

Dignitate et excellentia ceteris sacramentis multum præstat sanctissima Eucharistia, in qua continentur « vere, realiter et substantialiter corpus et sanguis, una cum anima et divinitate Domini nostri Jesu Christi (1). »

## LXV.

Christus Dominus, cum in spiritualem refectionem animarum Eucharistiam instituit, tum eo etiam fine ut jugiter in Ecclesia foret verum sacrificium, non tantum *latreuticum* et *eucharisticum*, sed etiam divinorum beneficiorum *impetratorium* ac *propitiatorium* peccatorum pro vivis et defunctis.

## LXVI.

Ex ipsa institutione sacramenti Pœnitentiæ, *Joh. XX*, 22

(1) Cfr. *Conc. Trid.* Sess. XIII, can. 1.



Digitized by Google

relata, recte conficitur voluntariam peccatorum suorum accusationem a pœnitente præstandam ad illud jure divino pertinere. Porro ex ea disciplinæ immutatione, quam sæculo IV Nectarium constantinopolitanum in ecclesiam suam induxisse ex Socrate (1) et Sozomeno (2) constat, perperam abusi sunt Calvinus aliique, ut probarent confessionem sacramentalem, in Ecclesia catholica vigentem, non esse nisi institutionem humanam, hominum auctoritate usurpari cœptam hominumque decreto sublatam.

## LXVII.

E concilii Tridentini *Sess. XIV, cap. 4* firmum petitur argumentum quo attritio demonstretur esse sufficiens dispositio ad peccatorem cum Deo in sacramento Pœnitentiæ reconciliandum.

## LXVIII.

Attritio ad remissionem peccatorum in sacramento Pœnitentiæ requisita includere debet propositum firmum et efficax non peccandi de cætero, per se loquendo efficax et formale, atque universale respectu mortalium.

## LXIX.

Opinamur licitum esse sacerdoti absolvere sub conditione moribundum christianum, non solum eum qui antea christiane vixit et nunc sensibus destitutus est, sed eum etiam qui in ipso actu peccati sensibus destituitur.

## LXX.

Vi contractus mere civilis nequit inter christianos con-

(1) Lib. V, cap. 19.
(2) Lib. VII, cap. 16.

Digitized by Google

stare veri nominis matrimonium; certum enim est contractum matrimonii inter Christianos semper esse sacramentum, et nullum esse contractum si sacramentum excludatur (1).

LXXI.

Ecclesia habet potestatem impedimenta matrimonium dirimentia inducendi, estque hoc jus Ecclesiæ proprium, ad civilem vero potestatem nullatenus spectat (2).

LXXII.

Cum matrimonium catholicorum cum hæreticis sit ex lege ecclesiastica universali graviter prohibitum, sequitur illud citra dispensationem Sedis Apostolicæ et cautelarum ab ea præscriptarum observationem licite iniri nunquam posse.

(1) Cf. *Syllabus* a. 1864, prop. LXXIII.
(2) *Ib.* prop. LXVII sq.

*Vidit S. Facultas Theologica.*

H. J. Feye, S. Fac. p. t. Decanus.
F. J. Moulart, S. Fac. p. t. a Secretis.

*Vidit Rector Universitatis.*

N. J. Laforet.

Digitized by Google

# INDEX LIBRI.

---

Pag.

PRÆFATIO . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . IX


## INTRODUCTIO.

DE SYRORUM HISTORIA LITTERARIA AD TEMPORA S. JACOBI SARUGENSIS SUMMATIM DEDUCTA . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 1

§ 1. De Abgari et Christi Domini epistolis . . . . . . . 5
§ 2. De antiquis versionibus syriacis S. Scripturæ . . . . 7
§ 3. De Bardesane gnostico . . . . . . . . . . . . 9
§ 4. De litteris syriacis a Bardesane usque ad S. Ephræmum. Recensentur S. Simeon Barsaboë, S. Milles, Jabachues Chaldæus, Isaias Adabi Arzunita, S. Jacobus Nisibenus. 12
§ 5. De S. Ephræmo ejusque discipulis : Zenobio , Isaaco , Simeon , Abrahamo . . . . . . . . . . . . . . 14
§ 6. De Balæo et S. Marutha . . . . . . . . . . . . 15
§ 7. De scriptoribus syris sæculi quinti. Occurrunt Acacius, Rabulas, Ibas, Nonnus, S. Isaac Magnus, Cosmas, Josue stylita . . . . . . . . . . . . . . . . . 16
§ 8. De scriptoribus syris Nestorianis et Monophysitis. Recensentur Barsaumas, Narses , Jazidades , Mares, Maanes, Xenaias, Paulus. . . . . . . . . . . . . . . 19
§ 9. De Simeone, episcopo Beth-Arsamensi . . . . . . . 20


Digitized by Google

# DISSERTATIO.

## CAPUT PRIMUM.

DE VITA S. JACOBI SARUGENSIS . . . . . . . . . . . . . . 22

ARTICULUS I.

Fontes historici proponuntur. . . . . . . . . . . . . . . . . 22
§ 1. Georgii carmen panegyricum exhibetur cum versione et notis . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 23
§ 2. De auctore hujus carminis panegyrici . . . . . . . . 86
§ 3. Georgianæ panegyris summa . . . . . . . . . . . . 88
§ 4. Auctor quidam anonymus de Jacobo Sarugensi . . . . 89

ARTICULUS II.

Discutiuntur vitæ S. Jacobi adjuncta præcipua. . . . . . . . . 90
§ 1. De ejus ætate et patria . . . . . . . . . . . . . . 90
§ 2. De facinore insolito quod Jacobo infanti attributum legitur. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 93
§ 3. De institutione S. Jacobi Sarugensis. . . . . . . . . 95
§ 4. De examine quo Sarugensis scientiam ac fidem explorarunt episcopi quinque, deque illius scriptorum origine. 97
§ 5. De conditione vitæ S. Jacobi, ante ejus episcopatum . . 99
§ 6. De S. Jacobi munere episcopali, obitu et sanctitate . . 101

## CAPUT ALTERUM.

DE SCRIPTIS ET DOCTRINA S. JACOBI SARUGENSIS . . . . . . . . . 104

ARTICULUS I.

Jacobi scriptorum recensio, forma et stylus . . . . . . . . . 105
§ 1. Recensentur S. Jacobi scripta pleraque inedita, quæ in variis Europæ bibliothecis supersunt . . . . . . . 105
§ 2. Notantur quædam de istorum scriptorum forma et stylo . 115

ARTICULUS II.

De authentia et integritate scriptorum S. Jacobi Sarugensis . . . 116
§ 1. De scriptorum S. Jacobi genuina origine . . . . . . . 116
§ 2. De eorundem integra conservatione . . . . . . . . . 118

Digitized by Google

ARTICULUS III.

De doctrina S. Jacobi, ejusque operum usu dogmatico . . . . . 120
§ 1. S. Jacobi doctrina de SS. Trinitate . . . . . . . . . 120
§ 2. S. Jacobi doctrina de creatione . . . . . . . . . 122
§ 3. S. Jacobi doctrina de peccato originali et de redemptione a Christo peracta . . . . . . . . . . . . . . . 124
§ 4. S. Jacobi doctrina de vita futura et de necessitate gratiæ divinæ . . . . . . . . . . . . . . . . . . 125
§ 5. S. Jacobi doctrina de futura resurrectione corporum . . 128
§ 6. S. Jacobi doctrina de SS. Eucharistia et de sacrificio novæ legis . . . . . . . . . . . . . . . . . 129
§ 7. S. Jacobi doctrina de magisterio Ecclesiæ, deque Petri primatu . . . . . . . . . . . . . . . . . 133
§ 8. S. Jacobi doctrina de intercessione sanctorum . . . . 135
§ 9. S. Jacobi doctrina de orationibus pro defunctis . . . . 135

ARTICULUS IV.

De orthodoxia S. Jacobi, ejusque doctrina circa sacratissimum Incarnationis mysterium . . . . . . . . . . . . . . . 136
§ 1. Orthodoxiæ S. Jacobi argumenta externa . . . . . . 136
1° Negativa . . . . . . . . . . . . . . . . 136
2° Positiva . . . . . . . . . . . . . . . . 146
§ 2. Orthodoxiæ S. Jacobi argumenta interna ex ipsius scriptis deprompta. Ejus doctrina de Incarnatione enucleatius evolvitur . . . . . . . . . . . . . . . 150
§ 3. Discutiuntur objectiones adversus orthodoxiam S. Jacobi ex ejus scriptis petitæ . . . . . . . . . . . . 166
I. Difficultas desumpta ex verbo *miscere*, quo Jacobus utitur ad unionem naturarum in Christo significandam . . . . . . . . . . . . . . . 166
II. Difficultas ex usu vocis *naturaliter* de unione humanitatis et divinitatis in Christi persona abhibitæ. . 170
III. Difficultas inde quæsita quod Jacobus asserat esse *unicuique naturæ in Christo propria sua tribuenda*. 171

ARTICULUS V.

S. Jacobi doctrina de beatissima virgine Maria. . . . . . . . . 186
§ 1. S. Jacobi doctrina de originali munditie B. M. V. . . . 187
§ 2. Utrum Jacobus beatissimæ Virgini dolores partus adscribat. . . . . . . . . . . . . . . . . 196

Digitized by Google

## CARMINA DUO S. JACOBI SARUGENSIS DE B. M. V.

Argumentum carminis prioris . . . . . . . . . . . . . . . 197
Carminis prioris textus et versio . . . . . . . . . . . . . . 202
Argumentum carminis posterioris . . . . . . . . . . . . . 254
Carminis posterioris textus et versio . . . . . . . . . . . . 256

## APPENDICES.

### APPENDIX PRIOR.

De Syrorum metro et poesi . . . . . . . . . . . . . . 304

### APPENDIX ALTER.

Brevis vita sancti Jacobi Sarugensis ex codice musæi britannici . . 311
Index vocabulorum syriacorum quæ in lexico Castelli desiderantur. 315

Corrigenda. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 318

THESES. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 319

Digitized by Google

# DISSERTATIO

## DE SYRORUM FIDE ET DISCIPLINA

### IN RE EUCHARISTICA.

Digitized by Google

# THESES

QUAS

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

PETRI FRANC. XAV. DE RAM,

PRÆLATI PROTON. APOST. AD INSTAR PART., S. C. IND. CONSULT., ECCL. METROP. MECHL. ET PARIS. CAN. HON., S. THEOL. ET SS. CAN. DOCT., ORDD. LEOP. AQUIL. RUBR. TERT. CL. ET SAX. ERNEST. EQ., ORDD. CHRISTI ET ISAB. CATH. DEC., ACAD. CATH. ROM. REG. BRUX. ET MONAC. SODALIS,

ET CONSENSU S. FACULTATIS THEOLOGICÆ,

PRÆSIDE

**JOANNE THEODORO BEELEN,**

SS. D. N. CUBICUL. HON., ECCL. CATH. LEOD. CAN. HON., S. THEOL. DOCT., S. SCRIPT. ET LINGG. ORIENTT. PROF. ORD.

PRO GRADU LICENTIATI IN S. THEOLOGIA

IN UNIVERSITATE CATHOLICA, IN OPPIDO LOVANIENSI,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDO,

PUBLICE PROPUGNABIT

THOMAS JOSEPHUS LAMY, EX OHEY, PRESB. DIOEC. NAMURCENSIS, S. THEOL. BACCAL.

Die IX mensis Julii, hora XI, anno MDCCCLVII.

LOVANII

EXCUDEBANT VANLINTHOUT ET SOCII,

UNIVERSITATIS TYPOGRAPHI.

Digitized by Google

Digitized by Google

# THESES

I.

Exegeticis studiis nihil obest, imo valde prodest regula illa, qua prohibetur, ne quis Scripturam sacram, in rebus fidei et morum, interpretetur *contra unanimem consensum patrum, aut contra eum sensum, quem tenuit et tenet sancta mater ecclesia* (1).

II.

Fuere aliquando qui dicerent, non licere sacræ Scripturæ interpreti ad textus primigenios hebræum aut græcum recurrere, ex quo Concilii Tridentini decreto *Vulgata* declarata fuit *authentica* (2). Contra eos autem dicimus, Tridentinos Patres nullo modo prohibuisse, quominus interpretes, ope contextûs primigenii, aut explanarent ea quæ in Vulgata versione dicta essent ambigue, aut obscura elucidarent, aut denique corrigerent quæ minus recte ibi essent translata (3).

---

(1) Cf. Conc. Trid. sess. IV.
(2) Cf. Ibid.
(3) Cf. Beelen, Gramm. græcit. Isagoge. 1.

Digitized by Google

III.

Ex primo capite Evangelii S. Matthæi recte probaveris, esse *Beatam Mariam vere et proprie Dei genitricem, eo quod ipse, qui ante sæcula ex Patre natus est Deus, Verbum, in ultimis diebus ex ipsa incarnatus et natus est* (1).

IV.

Ex verbis Isaiæ Prophetæ (c. VII. v. 14.) istis: הִנֵּה הָעַלְמָה הָרָה וְיֹלֶדֶת בֵּן וְקָרָאת שְׁמוֹ עִמָּנוּ אֵל׃ a Mathæo relatis c. 1. v. 23: « *Ecce virgo in utero habebit, et pariet filium, et vocabunt nomen ejus Emmanuel* (2) » firmissimum duci potest argumentum ad probandam Beatæ Mariæ virginitatem.

V.

Beatam Mariam post partum virginem permansisse, frustra negare conati sunt Eichhorn, Kuhnöl, Winer, aliique, argumentum ducentes ex eo, quod in Evangeliis sermo est de Jacobo, Josepho, Juda et Simone *fratribus* Jesu.

VI.

Nec minus inepte Helvidius, et nostra ætate Meier, perpetuam Beatæ Mariæ virginitatem oppugnarunt argumentantes ex verbis Matthæi c. 1. v. 25: Καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν, ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον:

---

(1) Conc. Const. 14.

(2) Verba græca concordant cum Vulgata: ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ.

Digitized by Google

II.

Digitized by Google

Hebraica verba Isaiæ Cap. LIII, 7, 8, quæ Act. VIII, 32-33 juxta versionem Septuaginta-viralem recitantur, liberiori interpretatione ita reddiderim : *Sicut ovis ad jugulationem ducitur nullam vocem edens, et sicut agna, dum tonditur, tacet, ita ille os suum non aperit. Per oppressorium judicium raptus est ad supplicium; sed ad coævos ejus quod attinet, quis est qui secum reputet quod e terra viventium excisus est ob peccatum populi mei, percussus pro illis.* Vaticinium est de Jesu Nazareno pro redemptione humani generis violentam mortem subituro.

### III.

Non facile aliquis contradixerit, si dicamus in Ps. 67 (in Bibl. Hebr. 68) a v. 8 ad v. 10 triplex memorari a Psalmista beneficium olim patribus suis indultum, puta eductionis Hebræorum ex Ægypto, legislationis in monte Sinaï, et largitionis abundantis pluviæ, quum populus in deserto siti laboraret. Quod vero vox חַיָּתְךָ, quæ legitur v. 11, tantumdem valeat ac *tabernaculum tuum*, in Nominativo absoluto, eoque vocabulo designetur terra Chanaan, etsi forsan non æque faciliter omnes admiserint, nobis tamen hæc interpretatio retinenda videtur.

### IV.

Religionis Christianæ perfectibilitatem seu potius progressum, ut verbo utamur S. Vincentii Lerinensis, dum asserimus, non eum intelligimus qui *materialis* et *substantialis* dici potest, quemque semper

Digitized by Google

# THESES

## I.

Locum Act. XXI, 16 : ἄγοντες παρ' ᾧ ξενισθῶμεν Μνάσωνί τινι Κυπρίῳ, ἀρχαίῳ μαθητῇ, Grotius hoc modo Grammatice construit : ἄγοντες ἡμᾶς πρὸς Μνάσωνά τινα.... παρ' ᾧ ξενισθῶμεν. Perperam. Scilicet per inversam Attractionem ibi ita dictum est pro ἄγοντες Μνάσωνά τινα, ἀρχαίον μαθητὴν, παρ' ᾧ ξενισθῶμεν, quemadmodum Syrus interpres (1) præsentem locum jam intellexerat.

(1) Vertit enim :

ܟܕ ܕܒܪܝܢ ܠܡܢܣܘܢ ܐܢܫ ܚܕ ܡܢ ܬܠܡܝܕܐ ܩܕܡܝܐ .
ܕܫܡܗ ܗܘܐ ܡܢܣܘܢ . ܘܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܡܢ ܩܘܦܪܘܣ :
ܕܢܩܒܠܢ ܒܒܝܬܗ .

[illegible]

Corpus. Ignat. pa 6. 197

Digitized by Google

*Et non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum.*

### VII.

Laudabile esse servare virginitatem, et statum virginalem conjugali præcellere, jam ævo apostolico docuit beatus Papa Clemens Romanus (1).

### VIII.

Cum concilio Florentino affirmamus : *Beatum Petrum apostolorum principem, verum Christi vicarium, Ecclesiæ totius caput et christianorum omnium patrem et doctorem exsistere, ipsumque a Domino nostro Jesu Christo plenam regendæ et gubernandæ universalis Ecclesiæ potestatem accepisse.*

### IX.

Cum eodem Concilio dicimus : *Sanctam apostolicam sedem et Romanum Pontificem in universum orbem tenere primatum, et ipsum Pontificem Romanum successorem esse Beati Petri.*

### X.

Primatum Romani Pontificis in universam Ecclesiam inventum esse humanum, et primis ecclesiæ sæculis incognitum, comminiscuntur Guizot (2), Mi-

---

(1) Cf. Clementis Romani Epistolæ binæ de Virginitate, Syriace, quas ad fidem codicis manuscripti Amstelodamensis, additis notis criticis, philologicis, theologicis et nova interpretatione latina, edidit J. Th. Beelen, Lov. 1856.

(2) Guizot, Histoire de la civilisation en Europe, L. III. p. 49; et Histoire de la civilisation en France, T. I. L. III. p. 75-78 et T. II. L. XVII. p. 297-300.

Digitized by Google

chelet (1) et Quinet (2). Commentum eorum, cum ex aliis bene multis, tum præsertim ex testimoniis SS. Irenæi et Cypriani refellitur.

## XI.

Ubi agitur de prærogativis et juribus Romani Pontificis, omnino rejicimus distinctionem illam, in desperatæ causæ defensionem excogitatam, inter *sedem* et *sedentem*.

## XII.

Commentitia est Febroniana distinctio jurium Primatûs pontificii in *essentialia* et *adventitia*.

## XIII.

Erronee nonnulli putarunt, Romanos Pontifices non posse ferre leges universales, quæ vim obligandi universos habeant independenter ab episcoporum acceptatione. Neque assentimur aliis, qui hanc acceptationem credunt esse necessariam, non quidem ob defectum potestatis pontificiæ, sed quia ipsi Romani Pontificēs hanc in legibus suis generalibus conditionem subintellectam voluerint.

## XIV.

Ecclesia catholica recte docet : *in almo Eucharistiæ sacramento, post panis et vini consecrationem, Dominum nostrum Jesum Christum, verum Deum atque*

---

(1) Apud Gorini, Défense de l'Église, t. II. p. 358-60.

(2) Quinet, Le christianisme et la révolution française, l. IV. p. 79-100, l. VI. p. 33-4 etc.

Digitized by Google

*hominem, vere, realiter, ac substantialiter sub specie illarum rerum sensibilium contineri. Hoc ipse eximius salvator in ultima cœna disertis et perspicuis verbis asseruit. Quare indignissimum sane flagitium est ea (verba) a quibusdam contentiosis et pravis hominibus ad fictitios et imaginarios tropos, quibus veritas carnis et sanguinis Christi negatur, contra universum Ecclesiæ sensum detorqueri* (1).

## XV.

Hoc realis præsentiæ dogma scriptores Syri catholici, S. Jacobus Nisibenus (2), S. Ephrem (3), S. Maruthas (4), S. Isaac Magnus (5), Jacobus Sarugensis (6) constanter propugnarunt.

## XVI.

Nec solum catholici sed et hæretici, sive Nestoriani, sive Monophysitæ, ut Babeus Archimandrita (7), Joannes Bar Abgarus (8), Josue Bar Nun (9), Georgius Arbelæ (10), Ebed Jesu (11), Timotheus Patriarcha (12), Philoxenus Mabugensis (13), Dyonisius Bar

---

(1) Conc. Trid. sess. XIII. c. 1.
(2) S. Jacobi Nisibeni opera, t. I. fol. 46 et 77. Romæ 1756.
(3) S. Ephrem Syri opera, t. II. ad calcem. Romæ 1740.
(4) Apud Assemanum, Bibl. Orient. t. I. p. 179. Romæ 1721.
(5) Ibid. t. I. p. 219.
(6) Ibid. t. I. p. 326.
(7) Apud Assemanum, B. O. t. III. p. 93.
(8) Ibid. t. III. p. 238-249.
(9) Ibid. t. III. p. 244.
(10) Ibid. t. III. p. 531.
(11) Ibid. t. III. p. 318 et 359 et t. IV. p. 293-304. Cf. Card. Maii novam collect. script. vet. t. X.
(12) Ibid. t. III. p. 576 et t. IV. p. 294.
(13) Ibid. t. II. p. 38.

Digitized by Google

Salibi (1), Gregorius Bar Hæbreus (2), præsentiam realem Christi in Eucharistia adstruxerunt, quamquam nonnulli eorum erraverunt circa modum vel tempus quo Christus in hoc sacramento fit præsens.

## XVII.

Nec minus aperte hæc veritas continetur Liturgiis Syriacis sive orthodoxorum Maronitarum, sive Nestorianorum, sive Jacobitarum. Nam in illis Liturgiis paulo post consecrationem fit invocatio Spiritûs Sancti hisce verbis :

ܘܬܐܬܐ ܡܪܝ ܪܘܚܟ ܚܝܐ ܘܩܕܝܫܐ ܘܬܓܢ ܥܠܝܢ
ܘܥܠ ܩܘܪܒܢܐ ܗܢܐ .... ܘܠܐܪܙܐ ܗܢܐ ܦܓܪܐ
ܕܡܫܝܚܐ ܐܠܗܐ ܕܝܠܢ ܢܥܒܕ ܕܢܗܘܐ ܠܦܘܪܩܢܐ
ܕܝܠܢ ܘܫܪܟ .

*Et veniat, Domine, Spiritus tuus vivus et sanctus et illabatur super nos et super oblationem istam.... et mysterium hoc corpus Christi Dei nostri faciat, ut sit ad salutem nostram,* etc. (3). Quæ verba cum Naïrono et Assemano dicimus non ita intelligenda esse, ut significent, transsubstantiationem tum demum fieri, non vero jam antea factam fuisse.

## XVIII.

Dogma realis præsentiæ Domini nostri Jesu-Christi

(1) Ibid. t. II. p. 177-216.

(2) Ibid. t. II. p. 284, et ap. Maii Nov. collect. script. vet. t. X.

(3) Ex Liturgia S. Xysti in Missali chaldaïco juxta ritum ecclesiæ nationis Maronitarum. Romæ 1594.

Digitized by Google

(2)

# DISSERTATIO

## DE SYRORUM FIDE ET DISCIPLINA

## IN RE EUCHARISTICA;

ACCEDUNT

**VETERIS ECCLESIÆ SYRIACÆ MONUMENTA DUO:**

UNUM,

**JOANNIS TELENSIS**

RESOLUTIONES CANONICÆ SYRIACE NUNC PRIMUM EDITÆ ET LATINE REDDITÆ;

ALTERUM

**JACOBI EDESSENI**

RESOLUTIONES CANONICÆ SYRIACE CUM VERSIONE LATINA NUNC PRIMUM ELABORATA.
ADDUNTUR ADNOTATIONES VARIÆ, THEOLOGICÆ, HISTORICÆ, ARCHÆOLOGICÆ,
ALIÆ, AD UTRUMQUE ILLUD MONUMENTUM
ELUCIDANDUM COMPOSITÆ.

SCRIPSIT

TH. J. LAMY,

*S. Th. Lic. et Lingg. Orientt. in Univ. cath. Lovan. Lector.*

**LOVANII,**

EXCUDEBANT VANLINTHOUT ET SOCII,
UNIVERSITATIS TYPOGRAPHI.

1859

*Propriété. Droit de traduction réservé.*

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLUSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO

# NICOLAO JOSEPHO DE HESSELLE,

**Piissimo atque**

**Vigilantissimo Ecclesiæ Namurcensis Episcopo,**

**SS. D. N. Prælato Domestico, Solio Pontificio Assistenti,**

**Leopoldini Ordinis Equiti,**

IN FILIALIS AMORIS GRATIQUE ANIMI TESTIMONIUM.

Digitized by Google

ILLUSTRISSIMO, DOCTISSIMO, PRUDENTISSIMO

**PETRO FRANCISCO XAVERIO DE RAM,**

PRÆLATO PROTONOTARIO APOSTOLICO
AD INSTAR PART.,
UNIVERSITATIS CATHOLICÆ RECTORI MAGNIFICO,

&

ILLUSTRISSIMO ATQUE EXIMIO

**JOANNI THEODORO BEELEN,**

SS. D. N. PII IX CUBICULARIO AD HONORES, S. C. IND. CONSULTORI, S. SCRIPT. ET LINGG. ORIENTT. IN CATH. ACAD. LOVAN. PROFESSORI,

HANC SUAM LUCUBRATIONEM DEVOTISSIMO ANIMO.

D. D. D.

*Auctor.*

Digitized by Google

# PRÆFATIO.

Quid consilii habuerim in hoc opusculo conscribendo, paucis verbis aperire, operæ pretium fuerit. Cum ergo Joannes Theodorus Beelenius, vir doctissimus, in Catholica Universitate Lovaniensi Professor, Syriacarum litterarum studia aliquando in Belgio nostro impense exculta (1), inde vero a fine sæculi XVI prorsus neglecta, ibidem sua et eruditione et industria, coëmptis etiam suo sumptu typis Syriacis, editisque libris, ad pristinum statum revocanda curaret, eaque plane reflorescerent; ego, cum primum ad Lovaniensem academiam discipulus venissem, animum his quoque litteris applicare statui, in iisque, Beelenio professore usus, tales brevi facere potui progressus, ut illi visus sim comparasse mihi eam linguæ Syriacæ scientiam, quæ

(1) Andreas Masius Belga, omnium in Europa primus edidit *Lexicon Syriacum*, sub hoc titulo: *Andrææ Masii Syrorum peculium*, Antverpiis 1572, typis Plantinianis. Edidit etiam Masius *Grammaticam Syriacam* viris doctis diu gratissimam. Quæ ambo opera inveniuntur in tomo VI *Polyglottæ Antverpiensis*. Alia opera Syriaca hoc sæculo prodierunt in Belgio, inter quæ memoranda sunt; Guidonis Fabricii Boderiani Galli *liber Severi Patriarchæ de ritibus baptismi*; ejusdem *Dictionarium Syro-Chaldaïcum*. Antverp. 1572.

Digitized by Google

ad Syriacum aliquem librum interpretandum sufficeret. Itaque, quum, pro gradu doctoris in sacra theologia obtinendo, de quæstione aliqua theologica mihi esset conscribenda dissertatio, huic legi ut facerem satis, theologicum aliquod scriptum ex monumentis Syriacis recenter detectis latina versione et varia adnotatione illustrare constitui; selegi autem *Resolutiones canonicas* JACOBI EDESSÆ episcopi, quas nuperrime, sed Syriace tantum, Lipsiæ, anno 1856 publici juris fecerat D. LAGARDIUS (1). Huic autem monumento aliud adjungere volui similis argumenti monumentum, adhuc ineditum, quod ex codice Manuscripto Syriaco Bibliothecæ imperatoriæ, quam potui, accuratissime transcripseram, quum per aliquot dies Parisiis commorarer. Continet autem alterum hoc monumentum JOANNIS TELÆ *Resolutiones canonicas;* ideo vero illud præ aliis elegi, quia ibi quoque sicut in JACOBI EDESSENI illo libello, de re Eucharistica tractatur, multaque JACOBO EDESSENO antiquiora et ab eo prætermissa memorantur.

Equidem comperi, scriptorem utrumque, JACOBUM EDESSENUM, inquam, et JOANNEM TELENSEM, Monophysitarum errori fuisse addictum; verum non ideo a proposito desistendum putavi, memor eorum quibus THEODORETUS Polymorphum monebat, cum diceret : *οὐκοῦν, ὦ ἀγαθὲ, ζήλωσον τὰς μελίττας, καὶ τῷ νῷ περιποτώμενος τους τε λειμῶνας*

(1) Vid. A. P. LAGARDII *Reliquias juris eccles. antiquiss.* Lipsiæ 1856 p. 117.

τῆς θείας γραφῆς, καὶ τῶν πανευφήμων πατέρων τὰ ἄνθη τὰ ἀξιέραστα, ὕφηνον ἡμῖν ἐν σαυτῷ τὰ κηρία τῆς πίστεως. Εἰ δέ που καὶ πόαν εὕροις οὐκ ἐδώδιμον, οὔτε γλυκεῖαν, ὁποῖος οὗτος Απολινάριος καὶ Εὐσέβιος, ἔχουσαν δέ τι πρόσφορον εἰς μελιττουργίαν, οὐδὲν ἀπεικὸς, τὸ μὲν χρειῶδες λαβεῖν, καταλιπεῖν δὲ τὸ βλαβερόν. Καὶ γὰρ αἱ μέλιτται δηλητηρίοις πολλάκις ἐφιζάνουσαι θάμνοις, ὅσον μὲν ὀλέθριον καταλείπουσι, το δὲ οἰκεῖον συλλέγουσι· ταῦτά σοι, ὦ φιλότης κατὰ τὸν φιλανθρωπίας εἰσηγούμεθα νόμον. « Imitare igitur apes, o bone, et per sacræ Scripturæ prata mente volitans, et per laudatissimorum patrum pulcherrimos flores, construe nobis in te ipso favos fidei. Quod sicubi herbam inveneris, nec esculentam, nec dulcem, cujusmodi est hic Apollinarius et Eusebius (*idem de Nestorianis et Monophysitis dicam*), quæ utile tamen aliquid habeat ad mel conficiendum, non erit alienum quod utile est sumere, noxio relicto. Nam et apes sæpe venenatis fructibus insidentes, quod perniciosum est relinquunt, sibi vero conveniens colligunt. Hæc tibi, o amice, fraternæ caritatis lege consulo (1). »

Addo, hac in re exemplo mihi præivisse ex antiquis idem SS. CYPRIANUM, AUGUSTINUM, alios; ex recentiobus vero ASSEMANOS omnes, et nostra ætate Em. Card. AIUM, aliosque viros eruditissimos atque catholicæ fidei dictissimos.

1) THEODORETI *dialogus III ad Polymorphum*, opp. t. IV. p. 175. isiis 1642.

Cæterum, non satis habui publici juris facere duo illa Syriacæ Ecclesiæ monumenta, in quibus, ut jam innui, de re Eucharistica potissimum sermo instituitur; nam et propositum mihi erat, aliquantulum amplius fusiusque ex variis monumentis Syriacis eam rem in Dissertatione mea tractare.

Age vero, quæ in eadem contineantur, et quo ordine singula ibi pertractentur, exponamus. Omnis dissertatio nostra bipartita est.

In priore ejus parte exponitur fides Syrorum circa augustissimum Eucharistiæ sacramentum, cujus fidei argumenta petuntur, 1° ex S. Scripturæ versione Syriaca; 2° ex Syrorum Liturgiis; 3° ex Martyrum illius Ecclesiæ testimoniis; 4° ex testimoniis Patrum Syrorum Orthodoxorum; 5° ex testimoniis Jacobitarum; 6° ex testimoniis Nestorianorum. Obiter hic monendum mihi, in allegatis a me scriptorum locis ex variis Assemanorum operibus, servatam a me fuisse latinam ipsorum eorundem locorum interpretationem, nihilque me immutare voluisse, quamquam hic illic quædam parum accurate translata videbantur. Ideo autem nihil ibi immutare volui, tum ne in suspicionem venirem juvenilis cujusdam temeritatis, tum etiam ut onus reddendæ rationis adhibitarum correctionum effugerem, tum demum ut eo citius finem scribendi facere possem, et facilius lector orationis nexum et seriem perspiceret.

In altera vero parte de disciplina Syriacæ ecclesiæ in

Digitized by Google

re Eucharistica sermo instituitur, et hoc quidem ordine :

Primo loco exhibetur ibi textus Syriacus *Resolutionum canonicarum* JOANNIS TELENSIS, cum interpretatione latina nunc primum a me elaborata, additis annotationibus nonnullis brevioribus; nam longiores ut statim sumus dicturi, ad calcem nostri operis rejecimus.

Secundo loco ponitur textus Syriacus *Resolutionum canonicarum* JACOBI EDESSENI, additis itidem et latina nostra interpretatione et annotationibus brevioribus.

Tertio tandem loco inveniuntur annotationes longiores diversi argumenti, theologicæ, historicæ, archæologicæ, aliæ, quarum ope variæ et TELENSIS et EDESSENI *Resolutiones* elucidantur, et Syrorum in re Eucharistica disciplina, si non omnis, magnam certe partem, describitur. Ac multa quidem ibi legere est, hodiedum aut vix aut ne vix quidem cognita. Sermo ibi est de Eucharistiæ materia, confectione, distributione, attrectatione, asservatione atque veneratione, de communione infirmorum, de dispositionibus ad communionem requisitis, de communione sub unica specie, de sacrificio Missæ, de templis et altaribus, denique de vasibus sacris.

Unum hic monendum est : cum inter cæteras JOANNIS TELÆ et JACOBI EDESSENI Resolutiones invenirentur etiam tales, quæ ad Eucharistiam non spectarent; nollemus autem eas expungere, ut textus integri, prout in codice jacent, in lucem ederentur, factum est, ut inter annota-

Digitized by Google

tiones quædam etiam reperiantur, quæ ad rem Eucharisticam non spectant. Hæ tamen annotationes sua utilitate non carent, quum ex monumentis recenter detectis nonnulla disciplinæ Syrorum capita de Baptismo, Confirmatione, Pœnitentia, et Extrema Unctione, de Exequiis defunctorum et de Superstitionibus explicent.

Superest, ut paucis describam codicem Manuscriptum, ex quo desumpta sunt, quæ hic edimus Syriacæ Ecclesiæ monumenta. Est is codex Sangermanensis, numero 38 prænotatus. Hodiedum repositus est inter manuscriptos codices Syriacos Bibliothecæ Imperatoriæ Parisiensis (*ancien fonds S. Germain N° 38*). Conscriptus est iste codex litteris estrangelicis in foliis membranaceis minori forma quadruplicatis (in 4°). Constat autem paginis 581; non integer superest, sed mutilus est ab initio et a fine. Punctis vocalibus omnino, punctis vero diacriticis et *ribuï* raro destitutus est. Nomina numeralia nunc punctis *ribuï* insigniuntur, nunc vero iis destituuntur. Quonam vero tempore exaratus fuerit, non liquet. Sane perantiquus est. Hoc solummodo constat, emptum fuisse codicem a quodam monacho anno Græcorum 1852, h. e. Christi 1541 (ܒܫܢܬ ܐܦܢܒ ܕܝ̈ܘܢܝܐ), quod colligitur ex inscriptione lectu difficili, quæ pag. 182 reperitur. Continet autem codex monumenta partim edita, partim nondum luce donata, quæ sequuntur :

1° Didascalia Apostolorum, quam Syriace edidit anno 1854

Digitized by Google

D. LAGARDIUS. Operæ pretium fuerit Didascaliam hanc conferre cum sex prioribus libris Constitutionum Apostolicarum. Ab initio usque ad pag. 182.

2° Variæ constitutiones S. Clementi adscriptæ, Doctrina Adæi apostoli, Canones apostolorum. Hæc omnia syriace edidit D. LAGARDIUS anno 1856 in *Reliquiis Juris ecclesiastici antiquissimis*. Syriace et latine partim jam editæ fuerant istæ constitutiones ab. Em. Card. MAÏ in *Scriptorum Veterum Nov. collect.* t. X. Cf. Canones Apostolorum et Constitutiones Apostol. l. 8. Pag. 182-249.

3° Quædam ad Concilium Nicenum pertinentia. Pag. 249-254.

4° Canones 20 ejusdem Concilii. Pag. 254-264.

5° Canones 24 editi in Niceæ urbe Galatiæ. Pag. 264-271.

6° Canones 15 editi Neocæsareæ. Pag. 271-274.

7° Canones 20 editi in Synodo Gangrensi. Pag. 274-280.

8° Canones 25 editi in Synodo Antiochena. Pag. 280-293.

9° Exemplar eorum, quæ scripta sunt a Synode Antiochena ad Alexandrum episcopum Romæ novæ seu Constantinopolis. Pag. 293-299.

10° Synodus sexta Laodiceæ. Pag. 299-305.

11° Synodus septima Constantinopolitana. Canones alii editi in Synodo Constantinopolitana, quæ fuit episcoporum 150. Eorum definitio fidei de Spiritu Sancto. Pag. 305-311.

12° Canones Concilii Ephesini quod congregatum est tempore Theodosii junioris. Pag. 311-314.

Digitized by Google

13° Synodus 87 episcoporum habita Carthagine sub S. Cypriano; sequuntur epistolæ S. Cypriani ad quintum et ad Philum. Tria hæc scripta Syriace edidit D. Lagardius. Exstant latine in operibus S. Cypriani ap. Migne (*Patrol. lat.* t. III). Pag. 314-348.

14° Alia ex Epistola, quæ scripta est ex Italia ad episcopos Orientis. Pag. 348-352.

15° Fragmenta ex epistolis S. Ignatii. Pag. 352-357.

16° Epistola S. Petri Alexandrini. Eam syriace edidit D. Lagardius. Textus græcus cum versione latina exstat apud Migne (*Patrol. græc.* t. XVIII). Pag. 357-373.

17° Resolutiones canonicæ Timothei Alexandrini. Exstant ap. Migne (*Patrolog. græc.* t. XXXIV). Pag. 373-376.

18° Concilium Sardicense. Pag. 376-390.

19° Epistola S. Athanasii ad Amon. Pag. 390-395.

20° Variæ S. Basilii Epistolæ. Pag. 395-434.

21° Canones 27 Concilii Chalcedonensis. Pag. 434-443.

22° Quædam ex Epistola Philoxeni ad moniales. Inedita. Pag. 443.

23° Quædam ex Epistola S. Basilii ad monachos. Pag. 443-444.

24. Quædam ex scripto tertio S. Damasi papæ Romæ. Pag. 444.

25° Epistola S. Gregorii Nysseni. Pag. 444-458.

26° Canones 87 S. Mar Rabulæ episcopi Edessæ. Inediti. Pag. 458-465.

Digitized by Google

27° Capita scripta ex Oriente (inedita puto). Pag. 465-481.

28° Canones 27 editi ab episcopis in Seleucia sub S. Marutha. Illos, deo volente, sumus edituri. Pag. 481-490.

29° Epistola Joannis Ægypti episcopi. Pag. 490-492.

30° Canones ecclesiastici sanciti a Constantino, Antonino, Thoma, Pelagio, Eusthatio, vivente patriarcha Severo. Pag. 492-497.

31° Epistola Constantini Laodiceæ Metropolitæ. Sequuntur aliæ binæ epistolæ. Pag. 497-503.

32° Varia Severi Antiocheni opuscula. Pag. 503-514.

33° Theodosii Alexandrini canones 5. Anthimi Constantinopolitani Epistola ad Jacobum Edessenum (Quæ a N. 29-33 enumerantur scripta inedita puto). Pag. 514-517.

34° S. Basilii definitio peccatorum. S. Cœlestini Romæ episcopi Epistolæ variæ. Quædam ex actis Concilii Ephesini. Pag. 517-528.

35° Canones 4 editi a Mar Sergio Amphiatyræ episcopo. Pag. 528-530.

36° Canones Joannis Telæ. Nondum in lucem prolati. Pag. 530-540.

37° Resolutiones canonicæ Joannis Telæ, quas nunc edidi. Pag. 540-550.

38° Epistola Athanasii patriarchæ. Pag. 550-552.

39° Resolutiones canonicæ Jacobi Edesseni, quas nunc edidi. Pag. 552-581.

Hæc sunt quæ in præstanti illo codice inveniuntur. Unde

Digitized by Google

plurima ad illustrandam antiquam disciplinam utilia sæculo XVIII desumpsit Renaudotius ad conficiendas doctissimas illas annotationes, quibus suam *Liturgiarum Orientalium collectionem* illustravit. Atque hæc erant, quæ in limine hujus operis monenda esse duxi.

Scribebam Lovanii die festo S. Joannis Nepomuceni 16 Maii 1859.

Digitized by Google

# PARS PRIOR.

---

## Syrorum de Eucharistia fides.

Antequam, in altera hujus operis parte, sermo a nobis ıstituatur de disciplina Ecclesiæ Syriacæ circa Euchaistiam, oportet in antecessum explicare quid ex mente yrorum sit Eucharistia, quænam eorum de hoc mysterio les, quænam doctrina. Sicuti enim fundamento ædificium ıstentatur, sic dogmate disciplina fulcitur, et, nisi prius ogmatis veritas declaretur, disciplinæ ratio reddi nequit.

Accedit nostræ inquisitioni alia utilitas. Multi quidem bri, iique doctissimi, Ecclesiæ tum latinæ tum græcæ tratione circa Eucharistiam evolvunt et vindicant, sed ıllibi adhuc sic exposita et vindicata reperitur fides Ecesiæ Syriacæ. Multiplicia quidem exstant testimonia Syrum scriptorum, et nova in dies e latebris bibliothecaım educuntur, sed hic illic disseminata jacent, veluti mi a trunco divulsi. Quare nobis propositum est arbori a folia restituere, et dispersos ædificii lapides iterum agmentare, ordinem hunc sectantes, ut, initio ab antiioribus monumentis ducto, per seriem temporum ad



Digitized by Google

recentiora deveniamus. Primo agmine venient monumenta quæ ab omnibus Syris quamtumvis inter se dissentientibus admittuntur; deinde testimonia Orthodoxorum, Monophysitarum, et Nestorianorum successive explicabimus.

## ARTICULUS I.

### TESTIMONIA SACRÆ SCRIPTURÆ.

Prima se offert versio Syriaca librorum Novi Testamenti, quæ juxta stabilitam a recentioribus sententiam primo vel secundo sæculo elaborata est. In hac versione quam Syri omnes summa cum reverentia recipiunt, quaque utuntur in liturgiis et in lectionibus tum publicis tum privatis, præclara inveniuntur documenta ad stabiliendam realem Christi in Eucharistia præsentiam. Suffecerit hic indicasse evangelii Joannis caput VI, ubi a versu 51 ad 63 Christus disertissimis verbis se suum corpus suumque sanguinem vere et realiter in cibum daturum promittit. Cum autem versio Syriaca cum textu græco omnino conveniat, et de hac re adhuc nemo, quod sciam, dubium moverit, lectorem remitto ad interpretes et theologos, qui sensum textus græci egregie defenderunt.

Quod antea promiserat Christus, in ultima cœna instituit, suoque adorando corpore et pretioso sanguine discipulorum animas pavit. Verba Matthæi Syriace accipe:

ܟܕ ܠܥܣܝܢ ܗܘܘ ܢܣܒ ܝܫܘܥ ܠܚܡܐ : ܘܒܪܟ ܘܩܨܐ ܘܝܗܒ .
ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ . ܘܐܡܪ ܣܒܘ ܐܟܘܠܘ . ܗܢܘ ܦܓܪܝ ✢ ܘܢܣܒ
ܟܣܐ ܘܐܘܕܝ . ܘܝܗܒ ܠܗܘܢ ܘܐܡܪ . ܣܒܘ ܐܫܬܘ ܡܢܗ
ܟܠܟܘܢ . ܗܢܘ ܕܡܝ ܕܕܝܬܝܩܐ ܚܕܬܐ : ܕܚܠܦ ܣܓܝܐܐ ܡܬܐܫܕ
ܠܫܘܒܩܢܐ ܕܚܛܗ̈ܐ .

Digitized by Google

« Illis manducantibus accepit Jesus panem, et bene-
» dixit, et fregit et dedit discipulis suis : et dixit : sumite,
» manducate : *hoc est corpus meum.* Et accepit calicem et
» gratias egit deditque illis et dixit : sumite, bibite ex
» eo omnes vos : *hoc est sanguis meus testamenti novi*,
» qui pro multis effundetur ad remissionem peccatorum,
» MATTH. XXVI. 26-28. » Phrasis : ܗܢܘ ܦܓܪܝ verbotenus sonat : *hoc illud corpus meum.* Sed exinde nulla difficultas oriri potest, cum res perspicua sit, etiam illis qui summis tantum labiis fontes Syriacos delibarint, vocula ܗܘ poni pro verbo substantivo *est.* Et jure merito posset fortasse aliquis contendere formulam Syriacam difficilius sese accomodare sensui figurato Protestantium, quam textus græcus.

Iisdem fere verbis eadem narrant MARCUS XIV, 22, LUCAS XXII, 19, et PAULUS 1 CORINTH. XI, 24. Hæc verba ita dilucide indicant Christum realiter et substantialiter in Eucharistia contineri, ut Lutherus ipse fassus sit, se nihil unquam invenire potuisse, quo vim eorum et naturalem sensum eluderet. Quod Lutherus refugerat, Zwinglius et Calvinus ausi sunt, nullique labori pepercerunt ut verba Christi ad metaphoram detorquerent. Cum autem inania eorum argumenta diluissent doctores catholici, et protestantes undique premerentur, scriptor Anglus nomine HORNIUS (1), paucis abhinc annis, pessimo huic errori præsidium quæsivit in indole linguæ Syriacæ (2), et verba institutionis Eucharistiæ ad metaphoram hac ratione deduxit : « Si verba Institutionis anglice seu latine

(1) *An Introduction to the critical study and knowledge of the sacred Scripturis.* London 1825.

(2) Rectius provocasset Hornius ad dialectum palestinensem, sed non magis profecisset, cum linguarum syriacæ, chaldaïcæ, et palestinensis eadem omnino sit indoles, vel potius tres istæ dialectus unam aramaicam linguam constituant.

Digitized by Google

» primum prolata fuissent, aliqua ratio fuisset quare supponeremus Salvatorem nostrum ut ad litteram sumerentur voluisse. Sed prolata fuerunt sermone Syriaco; » in quo quidem (quod et in linguis *Hæbraïca* et *Chaldaïca* » locum habet) *nullum vocabulum habetur, quo significandi,* » *repræsentandi, et denotandi idea exprimatur.* Hinc est quod » phrasin, *hoc est*, tam crebre in SS. litteris usurpatam » inveniamus, pro hac, *repræsentat*, seu *significat*. Sic in » Genes. » etc. etc. Exempla jam satis trita hic congerit auctor, quibus allatis sic procedit: « Notatu præterea dignum est, » nos habere versionem completam Evangeliorum Syriaco » idiomate conscriptam, quæ ineunte sæculo secundo, » nisi forte primo labente, facta fuit; et probabile est nos » in ipsis habere eadem ipsa verba, quæ tunc Dominus » pronuntiavit. Loci MATTH. XXVI, 26-28, textus græcus » metaphrasin ad verbum sistit; *neque quisquam, etiam* » *hodie, eandem linguam* (Syriacam) *loquens, adhiberet,* » *inter populum cui ipsa vernacula, alia verba ad expri-* » *mendum,* HOC REPRÆSENTAT *corpus meum, et hoc* REPRÆ- » SENTAT *sanguinem meum, scilicet nisi hoc* EST *corpus* » *meum, et hic* EST *sanguis meus* (1). »

Assertio Hornii triplici argumento confutari potest: nempe testimonio apostolorum, ipsa lingua Syriaca, et traditione Syrorum.

1. Testimonio apostolorum. Etenim apostoli, qui linguam divini sui Magistri perfecte callebant, corpus et sanguinem Christi vere et realiter in Eucharistia contineri pluribus in locis docuerunt. MARCUS enim, LUCAS et PAULUS verba Christi græce expresserunt: τοῦτο ἐστι τὸ σῶμά μου, quæ perspicua phrasis, sive attendatur vis verborum, vel

(1) Apud Emin. Card. WISEMAN, HORÆ SYRIACÆ p. 5, *sq*. Ex præclara hac dissertatione illustrissimi præsulis omnem Hornii confutationem abbreviando decerpsimus.

Digitized by Google

mens loquentis vel circumstantiæ sermonis, omnem excludit figuratum sensum, ut invicte jamdiu probarunt theologi catholici, quorum argumenta hic repetere longius foret et otiosum.

2. Lingua Syriaca. Negat Hornius in lingua Syriaca inveniri verba ideam *figuræ* vel *typi* significantia. Audaciorem hanc ignorantiam obruit Em. Card. Wiseman mole verborum Syriacorum numero quadraginta et amplius, quibus ex usu optimorum scriptorum inest significatio *typi* vel *figuræ*. Sequentia accipe.

ܨܘܪ « Caper qui emisso in desertum altero occidebatur ܡܨܘܪ ܗܘܐ ܠܡܫܝܚܐ. *repræsentabat Christum*, qui pro nobis occisus est (1). »

ܪܙ « Jacob *figura exprimit* ܐܪܙ populem fidelem (2). »

ܕܡܘܬܐ « Ut in honore esset illis tabernaculum ܡܝܩܪ ܕܕܡܘܬܐ ܗܘ ܕܡܫܟܢܐ ܕܫܡܝܢܐ *quia typus erat tabernaculi cœlestis* (3).

ܐܡܪܐ ܕܝܢ ܐܪܙܐ ܗܘܐ ܕܡܪܢ ܗܘ ܕܒܥܣܪܬܐ ܒܢܝܣܢ ܐܬܐ ܠܟܪܣܐ. ܐܪܙܐ
« Agnus autem erat *typus Domini nostri*, qui decima Nisan » venit in uterum virginis (4). »

Hæc sufficiant. Christus igitur, Syriace loquens, si suo sermoni sensum tribuere voluisset quem Hornius illi affingit, dicere potuisset vel ܗܢܐ ܡܨܘܪ ܠܦܓܪܝ vel ܗܢܐ ܐܪܙ ܠܦܓܪܝ vel ܗܢܘ ܐܪܙܗ ܕܦܓܪܝ vel tandem ܗܢܐ ܕܡܘܬܐ ܐܝܬܘܗܝ ܕܦܓܪܝ. Ex his verbis patet quam falsa sit assertio Hornii.

3. Traditione Syrorum. Age, hoc ultimo argumento Hornium urgeamus. Affirmat Hornius Syros non posse

(1) S. Ephræmi Opp. Syr. t. I. p. 245. Cf. p. 230, 238, 257, 267, 283.
(2) Ibid. p. 176. Cf. p. 104, 110, 118, 171, 201, 223, 227 etc.
(3) Ibid. p. 223. Cf. p. 208, 231, 234.
(4) Ibid. p. 213. Cf. p. 108, 177, 201, 213, 217, 219, 222, 228, etc.

Digitized by Google

aliter exprimere : *hoc repræsentat*, quam dicendo : *hoc est*. Inanem hanc assertionem in qua tota reponitur HORNII argumentatio, falsitatis jam supra arguimus; nunc judices ipsos constituamus Syros. Syri, nedum vocabula *hoc est* adhibeant pro *hoc repræsentat*, e contrario declarant phrasim *hoc est* omnino excludere ideam figuræ vel typi. Brevitatis causa, unus tantum audiatur MARUTHAS Tagritensis Episcopus, qui verba Matthæi interpretatus ait :

ܗܳܕܶܐ ܐܶܡܰܪ ܠܗܽܘܢ ܘܗܰܒܠܽܘܢ ܠܟܽܘܡܪ̈ܶܐ ܐܰܫܠܡܳܗ̇ ܠܡܗܰܝܡܢܶܐ . ܠܗܳܢܳܐ ܗܳܟܰܢ ܚܢܰܢ ܘܡܶܢܶܗ ܬܰܠܡܺܝܕܰܘܗ̄ܝ ܕܢܶܗܘܶܐ ܗܳܕܶܐ . ܐܳܦ ܚܢܰܢ ܡܶܬܟܰܢܫܺܝܢܰܢ ܐܰܠܡܰܕܒܚܳܐ ܕܢܶܗܘܶܐ ܠܰܢ ܐܽܘܠܨܳܢܳܐ ܡܶܢ ܐܰܝܠܶܝܢ ܐܰܡܺܝܢܳܐܺܝܬ ܡܶܬܟܰܢܫܺܝܢ ܗܘܰܘ ܗܳܟܺܝܠ ܕܦܶܠܚܝ ܦܽܘܪܩܳܢܳܐ ܕܡܫܺܝܚܳܐ ܘܡܶܟܶܠ ܡܥܰܡܕܺܝܢ ܗܘܳܐ ܢܰܦܫ ܐܰܠܳܗ ܘܰܡܩܰܪܶܒ ܐܰܠܳܗ ܠܡܫܺܝܚܳܐ . ܠܒܶܣܪܳܐ ܗܳܟܺܝܠ ܗܳܢܳܐ ܥܰܠ ܐܽܘܡܢܳܐ ܘܡܰܫܟܢܳܐ ܠܡܶܫܡܫܳܢܽܘܬܶܗ . ܠܡܳܐ ܗܳܢܳܐ ܗܳܟܺܝܠ ܕܐܳܦ ܥܕܰܡܳܐ ܡܶܢ ܗܘܳܐ ܡܶܢ ܡܬܰܚܬܳܢܳܐ ܕܦܰܓܪܳܐ ܘܕܡܳܐ ܡܶܬܡܰܫܡܫܳܢܳܐ ܕܟܽܠ ܦܳܠܚܝ : ܐܶܠܳܐ ܗܘܳܐ ܥܰܠ ܐܺܝܕܳܐ ܕܦܰܓܪܳܐ ܘܕܡܳܐ ܡܶܬܠܰܡܕܺܝܢ ܘܡܶܟܶܠ ܐ̱ܢܳܫܺܝܢ ܢܶܫܬܰܠܡܽܘܢ : ܗܘܰܝܢܳܐ ܡܶܬܡܰܫܡܫܳܢܺܝܢ ܕܦܰܓܪܳܐ ܡܶܬܚܰܫܒܳܢܺܝܢ ܗܘܳܐ ܕܟܽܠ ܟܢܽܘܫܶܗ ܚܰܝܶܐ ܘܟܽܠ ܡܶܬܚܰܫܒܽܘܢ ܐܰܝܟ ܗܽܘ ܕܐܰܠܳܗܽܘܬܳܐ . ܐܳܦ ܚܢܰܢ ܡܗܰܝܡܢܳܐ ܠܳܐ ܢܶܩܪܶܐ ܠܳܗ̇ ܛܽܘܦܣܳܐ ܘܕܡܽܘܬܳܐ : ܐܶܠܳܐ ܕܒܫܰܪܺܝܪܳܐܺܝܬ ܗܳܢܳܐ ܐܺܝܬܰܘܗ̄ܝ ܦܰܓܪܶܗ ܘܗܳܢܳܐ ܐܺܝܬܰܘܗ̄ܝ ܕܡܶܗ

« Hoc, inquit, facite semper in meam commemorationum. Necessum enim erat et valde consentaneum ut istud fieret. Nam si perpetua sacramentorum participatio haud tradita fuisset, undenam posteri partam a christo salutem agnovissent? aut quis eis persuadere, eosve ad tanti mysterii cognitionem adducere potuisset? Hoc etenim frequenter et compluribus creditu difficillimum erat. Præterea cæteri subsequentium temporum fideles a communione Corporis et Sanguinis extorres fuissent. Verum

» nunc quotiescumque ad corpus et sanguinem accedimus, » eaque super manus nostras accepimus, sic credimus nos » corpus amplecti, et carnem ex carne ejus, osque ex » ossibus ejus fieri, sicut scriptum est. Nam etiam Chris- » tus *figuram et speciem* haud ipsum appellavit sed dixit : » *vere hoc est corpus meum, et hic est sanguis meus* (1). » An posset quis dilucidius dogma catholicum latine exprimere quam Maruthas Syriace? An alicubi invenirentur verba distinctius et expressius Hornium confutantia? Alia hic urgere testimonia supersedemus, cum melius postea suo ordine sint proferenda.

## ARTICULUS II.

### TESTIMONIA EX LITURGIIS DESUMPTA.

Quæ testimoniis scripturarum de Eucharistia stabilivimus, præclare confirmantur ex Liturgiis, quæ inter eximia fidei Syrorum monumenta emicant. Hæ Liturgiæ, quæ et *Anaphoræ* vocantur, etsi multiplices et diversæ sint, eamdem tamen erga Eucharistiam continent fidem, iisdem fere verbis expressam. Quamvis autem privati doctoris nomen præ se ferant, non tamen privatam habent auctoritatem, sed publicam usu populi firmatam. In illis enim non unus aut alter doctor loquitur, sed totius vox resonat ecclesiæ, et fideles cum presbyteris uno ore, publice, palam, quotidie, ab omni remota antiquitate, sine intermissione, christum realiter in Eucharistia contineri et in sacrificio missæ offerri confitentur. Ad hanc assertionem probandam innumera præsto sunt testimonia; sed brevitati studentes præcipua tantum aliqua seligemus ex Liturgia S. Jacobi, quæ sicut omnium est antiquissima, ita cæterarum norma haberi potest : unde etiam sæpius fre-

(1) Ap. J. S. Assemanum in *Bibl. Orient.* t. 1. p. 197 sq. Romæ 1719-28.

Digitized by Google

quentatur tum ab Orthodoxis, tum a Jacobitis, et olim frequentatam fuisse ab omnibus Syris testatur S. Joannes Maro in *Expositione Ministerii Oblationis. D. Jacobi* c. 3. (1). In illa itaque Liturgia, recitatis variis precibus, lectisque sacris Scripturis et Symbolo fidei, ac adjectis Pacis orationibus et Præfatione cum hymno Sanctus, devenitur ad consecrationem, quæ fit his verbis :

ܟܕ ܕܝܢ ܥܬܝܕ ܗܘܐ ܕܢܩܒܠ ܠܡܘܬܐ ܨܒܝܢܝܐ ܚܠܦܝܢ
ܚܛܝܐ ܗܘ ܕܠܐ ܚܛܗ . ܒܠܠܝܐ ܗܘ ܕܒܗ ܡܫܬܠܡ ܗܘܐ
ܚܠܦ ܚܝܐ ܘܦܘܪܩܢܐ ܕܥܠܡܐ : ܢܣܒ ܠܚܡܐ ܥܠ ܐܝ̈ܕܘܗܝ
ܩܕ̈ܝܫܬܐ ܘܕܠܐ ܡܘܡ ܘܠܐ ܡܛܘ̈ܫܬܐ ܘܚܘܝ ܠܟ ܐܠܗܐ ܘܐܒܐ
ܘܐܘܕܝ ✠ ܘܒܪܟ ✠ ܩܕܫ ✠ ܩܨܐ ܘܝܗܒ ܠܬܠܡܝ̈ܕܐ
ܕܝܠܗ ܘܫ̈ܠܝܚܐ ܩܕ̈ܝܫܐ ܟܕ ܐܡܪ . ܣܒܘ . ܐܟܘܠܘ ܡܢܗ .
ܗܢܐ ܕܝܢ ܐܝܬܘܗܝ ܦܓܪܐ ܗܘ ܕܚܠܦܝܟܘܢ ܘܚܠܦ ܣܓܝ̈ܐܐ
ܡܬܩܨܐ ܘܡܬܝܗܒ ܠܚܘܣܝܐ ܕܚܛܗ̈ܐ ܘܠܚܝ̈ܐ ܕܠܥܠܡ .
ܠܥܠܡ . ܐܡܝܢ

« Cum autem voluntariam mortem pro nobis peccato-
» ribus, ipse peccati expers, suscepturus esset, in nocte
» illa, in qua propter mundi vitam, et salutem trade-
» batur, accepit panem in sanctas, puras, et immaculatas
» manus suas, et ostendens Tibi, Deus Pater, gratias
» egit, † benedixit, † sanctificavit, † fregit, deditque
» discipulis suis sanctis apostolis, dicens : accipite et
» manducate ex eo : *Hoc est Corpus meum, quod pro*
» *vobis, et pro multis frangitur et traditur in remissionem*
» *peccatorum, et in vitam æternam.* » *Populus.* Amen. (2).

Sequitur consecratio calicis, quæ iterum verbis dominicis peragitur. Quamvis autem forma consecrationis non

(1) Invenitur hoc opus in *Codice Liturgico* Al. Assemani t. V. Romæ 1752.
(2) Ap. J. Aloys. Assemanum in Cod. Liturg. t. V. p. 136. Romæ 1752.

Digitized by Google

eadem omnino sit apud Syros ac apud Latinos, in eamdem tamen fidem convenit. Exceptis forte quibusdam Monophysitis, credunt Syri, sicut Latini, per verba consecrationis panem fieri Corpus Christi, ut ex recitato loco satis patet, et expressius adhuc dicitur in aliis Liturgiis. In Liturgia S. Xysti ita legitur : « Qui cum paratus esset ad » passionem salutarem, in pane qui ab eo benedictus, » sanctificatus, fractus, et distributus fuerat, Apostolis » sanctis, *corpus suum sanctificans dedit nobis* dicens : » accipite, etc. » In Liturgia S. Maruthæ : « Accipite, » manducate, credite et certi estote, atque ita prædicate » et docete : *quod Corpus meum hoc est, quod pro salute » mundi frangitur, et illis qui comedunt illud et credunt » in me, dat expiationem peccatorum et vitam æternam.* » Post consecrationem calicis in eadem Liturgia dicit sacerdos : « *Illos etiam corporis et sanguinis sui sancti partici» pes faciens,* doctrina divina erudiit dicens : quemadmo» dum me vidistis fecisse, ita facite etc.» Similia leguntur in aliis Liturgiis, ut videre est apud Renaudot. Liturg. Orient. collect. t. II. p. 135, 147, 244, 262. Ed. Francofurt. 1847.

Testimonia hæc ita declarant, Christum vere, non in figura, realiter, non in specie, substantialiter, non in virtute, in Eucharistia contineri, ut nullus remaneat ambigendi locus.

Paulo post consecrationem in Liturgia S. Jacobi fit invocatio Spiritus sancti his verbis :

ܪܘܚܐ . ܩܢܘܡܝܬܐ . ܡܪܢܝܬܐ ܕܫܘܝܐ . ܫܠܝܛ ܠܟܠܡ ܠܐܠܗܐ ܐܒܐ ܐܚܝܕ
ܟܠ . ܘܫܪܝܪ ܠܟܠܡ ܘܥܡ ܡܘܬܒܐ ܗܠܝܢ ܕܐܝܬܝܗܝܢ ܘܗܘ
ܕܡܠܠ ܒܢܡܘܣܐ ܗܘ ܘܒܢܒܝܐ ܘܒܕܝܬܩܐ ܚܕܬܐ : ܗܘ ܕܢܚܬ ܒܕܡܘܬ
ܥܠ ܠܐܠܗܐ ܐܒܐ ܘܠܡܫܝܚܐ ܢܚܬ ܒܡܥܡܘܕܝܬܐ : ܗܘ ܢܚܬ ܒܐܘܪܫܠܡ
. . . . . . . ܐܡܚܠܐ ܕܚܝ ܡܠܝܟ ܠܚܕܐ ܟܢܫܬܐ ܗܢܐ ܩܘܪܒܐ ܡܟܝܢ
ܣܬܐ ✣ ܩܘܪܒܐ ܦܘܪܩܢܐ ✣ ܩܘܪܒܐ ܡܣܬܒܪܢܐ ✣ ܩܘܪܒܐ ܡܩܕܡܐ

ܕܢܦܫ̈ܬܐ ܕܝܠܢ ܘܦܓܪ̈ܝܢ : ܦܓܪܐ ܕܝܠܗ ܕܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܘܦܪܘܩܢܐ
ܕܝܠܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ . ܢܥܒܕ ܕܢܗܘܐ ܠܫܘܒܩܢܐ ܕܚܛܗ̈ܐ
ܘܚܝ̈ܐ ܕܠܥܠܡ ܠܥܠܡܝܢ ܕܢܣܒܝܢ ܠܗ , ܥܡܐ . ܐܡܝܢ .
ܗܢܐ . ܘܢܚܘܐ ܗܢܐ ܟܣܐ ܕܡܐ ܕܕܝܬܩܐ ܚܕܬܐ ✝ ܕܡܐ ܦܪܘܩܝܐ
✝ ܕܡܐ ܡܗܒ ܚܝ̈ܐ ✝ ܕܡܐ ܫܡܝܢܝܐ . ܕܡܐ ܡܦܨܝܢܐ ܕܢܦܫ̈ܬܐ
ܕܝܠܢ ܘܦܓܪ̈ܝܢ : ܕܡܐ ܕܝܠܗ ܕܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܘܦܪܘܩܢܐ ܕܝܠܢ ܝܫܘܥ
ܡܫܝܚܐ : ܢܥܒܕ ܕܢܗܘܐ ܠܫܘܒܩܢܐ ܕܚܛܗ̈ܐ ܘܚܝ̈ܐ ܕܠܥܠܡ
ܠܥܠܡܝܢ ܕܢܣܒܝܢ ܠܗ .

« Sacerdos inclinatus dicit invocationem Spiritus : Mise- » rere nostri, Deus Pater Omnipotens, et mitte super » nos, et super hæc oblata, Spiritum tuum sanctum, Do- » minum et vivificantem synthronum Tibi, Deus Pater, » æqualem in regno Filio tuo, consubstantialem.... ut *illa-* » *bens ostendat mysterium hoc Corpus vivificum*, ✝ *Corpus* » *salutare*, ✝ *Corpus cœleste*, ✝ *Corpus animas salvans et* » *corpora*, *Corpus ipsius Domini*, *Dei et redemptoris nostri* » *Jesu Christi*, *faciat*, *ut sit accipientibus ipsum in remis-* » *sionem peccatorum, et in vitam æternam. Populus.* Amen. » *Sacerdos.* Et calicem hunc ostendat sanguinem novi » Testamenti, ✝ sanguinem salutarem (1), ✝ sanguinem » vivificantem, ✝ sanguinem cœlestem, sanguinem animas » nostras et corpora salvantem, sanguinem ipsius Domini, » Dei, ac Redemptoris nostri Jesu Christi, faciat ut sit » accipientibus ipsum in remissionem peccatorum, et in » vitam æternam (2). »

Antequam deveniamus ad interpretationem celebris hujus

(1) ܕܡܐ ܦܪܘܩܝܐ *sanguinem salutarem.* Hæc verba omittuntur in versione Assemani.

(2) Ap. Jos. Al. Assemanum, *Cod. Liturg. Eccles. Univ.* t. V. p. 139. Cf. *Missale Chaldaïcum Romæ impressum* 1592. p. 193. Renaudot. *Liturg. Orient.* t. II. p. 33.

Digitized by Google

orationis, quæ viros doctos in sententias contrarias traxit non in Occidente solum, sed etiam in Oriente, hæc notamus :

1° Hanc invocationem iisdem fere verbis reperiri in omnibus Liturgiis non tantum Maronitarum et Jacobitarum sed etiam Nestorianorum, in Liturgia græca S. Jacobi, in Liturgia coptica S. Basilii, et in aliis Liturgiis quæ repeриuntur in *Collectione Liturgiarum Orientalium* cl. Renaudotii.

2° Loco verborum : *ut illabens ostendat* ܢܚܘܐ, alios codices habere : *ut illabens efficiat* ܢܥܒܕ ; confirmatur hæc lectio ex Liturgia græca S. Jacobi (1), fratris Domini, in qua idem reperitur vocabulum. Nam vox ποιησῃ respondet voci syriacæ ܢܥܒܕ. In Liturgia syriaca Nestorii pro ܢܥܒܕ legitur *transmutet* ܢܫܚܠܦ (2).

Ex duplici lectione *: ut illabens ostendat*, vel *ut illabens efficiat et transmutet*, ortæ videntur duæ diversæ interpretationes :

Ex *una* interpretatione invocatio Spiritus S. refertur ad solum sacramentorum effectum. Hanc interpretationem jam sæculo septimo tradidit S. Joannes Maro in *Expositione Ministerii Oblationis* D. *Jacobi* c. 33. Ejus verba, cum præclarum contineant fidei catholicæ testimonium, referre juvat.

« Hic nobis inquirendum est, quamobrem Spiritûs sancti » super panem et vinum illapsum invocemus, cum jam » Filius illapsus illa in suum corpus et sanguinem trans- » mutavit, ut superius ostendimus. »

« Huic quæstioni respondemus, quod Spiritus sanctus » non invocatur, ut illabens efficiat seu commutet panem » in Corpus, et vinum in Sanguinem Salvatoris nostri ; sed » ut illa Corpus et Sanguinem esse ipsius Domini nostri » ostendat, et faciat ut sint percipientibus ea in remis- » sionem peccatorum et in vitam æternam : id manifeste

(1) Ap. Al. Assemanum *Cod. Liturg.* t. V. p. 40.

(2) Vid. Renaudotii *Liturg. Orient. coll.* t. I. p. 221, et t. II. p. 89.

Digitized by Google

» colligitur ex his, quæ sequuntur; quia statim ac se
» erigit ab inclinatione sacerdos genuflectit, et extol-
» lens vocem dicit, Exaudi me Domine, etc., ut illabens
» ostendat, etc. Utque etiam suo illapsu ostendat illum
» ipsum esse Spiritum, qui in uterum Virginis Mariæ
» descendit juxta illud Angeli : Spiritus sanctus superve-
» niet in te etc.; Et hoc Corpus illud idem esse, quod
» ipse Spiritus ex Virgine formavit, et Verbo Deo Corpus
» effecit, non autem aliud ab eo. Præterea Spiritus sanctus
» descendit, ut una cum Patre confirmet ac testimonium
» perhibeat, *hunc panem non esse panem, sed Salvatoris*
» *nostri corpus*, etc. (1). »

Ex *altera* verò interpretatione verba invocationis, non tantum de effectu Eucharistiæ, sed etiam de Transubstantiatione dicta sint. Ita Jos. Sim. Assemanus in *Bibliotheca Orient.* t. II, p. 201, cujus hæc sunt verba : « Duo ibi sa-
» cerdos postulat : primum, ut Spiritus sanctus adveniens
» et illabens, convertat panem et vinum in corpus et san-
» guinem Christi : alterum, ut perceptionem ejusdem sa-
» cramenti piam fructuosamque efficiat. »

Ex hac tamen interpretatione non sequitur, quod quidam recentiores Græci et Jacobitæ docuerunt, nempe verba Domini et invocationem Spiritus sancti duas partiales esse consecrationis formas, aut consecrationem bis in missa fieri, quod somniasse videtur Dionysius Barsalibi. Nam consecratio fit adhibitis solis verbis a Christo institutis : quæ autem ante et post recitantur, consecrationem quidem respiciunt, sed deprecationis rationem dumtaxat habent.

Si igitur, inquies, consecratio per verba Christi jam facta est, cur exoratur Spiritus Sanctus, ut panem efficiat corpus Christi? Respondeo : cum transubstantiatio momen-

(1) Hoc opus latine tantum prodiit in tomo V *Codicis Liturgici* Al. Assemani, Romæ 1752. Ejus authentia defenditur in præfatione p. 60.

Digitized by Google

tanea sit et in instanti fiat, preces autem, quæ in missa ad consecrationem ordinantur, fieri non possint nisi successive per varia temporis intervalla, hinc est quod preces, quæ ante aut post momentum illud consecrationis peraguntur, ita enuntientur ac si in illo ipso momento fierent. Sic diu ante consecrationem velut ac si Christus jam adesset, super panem et vinum dicitur : « quem vidit Moses in rubo et » Ezechiel super currum, ipse ponitur super altare sanc- » tum, accipiuntque illum populi et vivunt. Cui Cherubim » et Seraphim magno cum timore serviunt, ecce offertur » super altare, accipiuntque illum populi et vivunt (1). »

« Neque mirum videri debet, ita pergit Assemanus, quod » Ecclesia post consecrationem oret pro consecratione : » nam in aliis sacramentis, ut supra indicavi, sacramen- » talem gratiam postulare consuevit, quam prolata forma » se impetrasse pro certo habet. In baptismo ante et post » prolata ea verba : *ego te* baptizo etc. postulatur a Deo, » ut baptizatis gratiam Spiritus sancti concedat, quum » tamen in dubium revocare nemo queat, quin effectus » baptismi per ea verba ego te baptizo etc. perfecte con- » feratur. Idem dicendum de sacramento Confirmationis » et Ordinis etc. »

Ex hactenus disputatis patet, utravis admittatur interpretatio, realem Christi præsentiam ex invocatione Spiritus Sancti recte probari; quod fecisse omnes Syros, qui hanc orationem exposuerunt, testantur Assemanus loco citato, et P. Benedictus *in antirrhetico secundo adversus Renaudotium et P. Lebrunum.*

His Liturgiarum testimoniis, quamvis haud sit necesse, et hæc addere placet. Ante communionem sacerdos frangit ex hostia particulam, eamque sanguine intingit, et postea illa signat corpus Christi dicens : [illegible]

(1) Ap. Renaudot. *Liturg. Orient. coll.* t. II. p. 7. ed. Francofurt. 1847.

Digitized by Google

ܕܡܪܢ ܥܠ ܦܓܪܗ ܗ̈ܘ ܒܫܡ ܐܒܐ ✠ ܘܒܪܐ ✠ ܘܪܘܚܐ ✠ ܕܩܘܕܫܐ.
ܠܟ ܫܘܒܚܐ ܠܥܠܡ̈ܝܢ . « *Inspergitur Sanguis Domini*
» *nostri Corpori ejus* in nomine Patris † et Filii † et
» Spiritus † sancti. Tibi gloria in sæcula. »

Et dum Communionem distribuit sacerdos Diaconis, aut populo dicit : ܦܓܪܐ ܘܕܡܐ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܡܬܝܗܒ ܠܟ ܠܚܘܣܝܐ ܕܚܘ̈ܒܐ ܘܠܫܘܒܩܢܐ ܕܚ̈ܛܗܐ ܒܬܪ̈ܬܝܗܘܢ ܥ̈ܠܡܐ ܠܥܠܡܝܢ . « *Corpus et sanguis Domini nostri Jesu Christi* » *datur tibi in remissionem debitorum in veniam peccatorum* » *in utroque sæculo.* » Qui plura desiderat adeat G. F. Boderianum in libro de *Ritibus Baptismi* Antverpiæ 1572; *Missale Chaldaïcum*, Romæ 1592; *Librum Ministerii*, Romæ 1596; Renaudotium in *Liturgiarum Orientalium collectione*, Parisiis 1716, vel Francofurti 1847; Aloys. Assemanum in *Codice Liturgico Ecclesiæ Universæ* t. V. Romæ 1752, alios.

## ARTICULUS III.

### TESTIMONIA MARTYRUM.

—

1. *SS. Hipparchus et Philotheus cum sociis. Anno* 297.

In actis Martyrum Orientalium, quæ syriace et latine primus edidit Steph. Ev. Assemanus (1), præclara inveniuntur testimonia de reali Christi præsentia in sacramento altaris. Primi occurrunt SS. Hipparchus et Philotheus, qui fidem suam his verbis in persecutione sub Maximiano testati sunt : ܗܘܐ ܠܟܠܗ ܥ̈ܡܡܐ ܐܝܬ ܠܗ ܕܢܣܒܝܢ ܡܠܟܘܬܗ̇ :

(1) V. *Acta Martyrum Orientalium* syriáce et latine a Stephano Evodio Assemano, edita Romæ 1748, 2 vol. in-fol.

ܥܡܕܢܗ ܕܐܒܐ ܘܕܒܪܐ ܘܕܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܡܢ ܐܝܕܝ ܝܥܩܘܒ ܟܗܢܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܫܪܝܪܬܐ ܕܫܡܫܗ ܡܫܡܫܢ : ܘܦܓܪܗ ܕܡܫܝܚܐ ܐܫܬܠܡܬܠܢ ܡܢܗܘܢ ܠܢ ܘܕܡܗ : « Jamque annus volvitur » tertius, ex quo baptismum in nomine Patris, et Filii, » et Spiritus sancti a Jacobo veræ fidei sacerdote suscepimus, qui et *Christi corpus et sanguinem nobis identidem » impertire non desiit* (1). »

Cum autem Hipparchus et Philotheus verbis hortatoriis amicos quosdam, ut christianam fidem profiterentur, impulissent, cumque isti Christo nomen dedissent, baptismo mundati sunt a Jacobo presbytero : ܘܫܘܬܦ ܐܢܘܢ ܠܦܓܪܗ ܘܕܡܗ ܕܡܫܝܚܐ « qui eis *corpus et sanguinem Christi imper- » tiit.* » Ex quo loco manifestantur cum fides circa realem Christi in Eucharistia præsentiam, tum usus communicandi sub utraque specie.

2. *SS. Thecla et sociæ. Anno 346.*

Anno Christi 346 S. Thecla cum sociis et presbytero Paulo vincti ad tribunal Tamsaporis perducti sunt. Cum autem nefarius iste presbyter christianam fidem abnegasset, cumque a tyranno jussus, in eo esset ut in constantissimas virgines evaginato gladio prosiliret, suam ei ignaviam sic exprobravit B. Thecla : ܐܘ ܪܥܝܐ ܡܚܝܠܐ ܡܪܝܡܬ ܠܟ ܥܠ ܥܢܟ ܡܟܣܬܐ ܕܡܪܥܝܬܟ ܢܟܣܬ ܐܠܐ .... ܗܢܘ ܩܘܕܫܐ ܡܬܪܥܝܢܐ ܕܢܣܒܝܢ ܗܘܝܢ ܡܢ ܐܝܕܝܟ . ܗܢܘ ܕܡܐ ܡܚܝܢܐ ܕܡܩܪܒ ܗܘܝܬ ܠܦܘܡܢ ܡܪܝܡܬ . « O ignavissime pastor, sic- » cine in gregem tuum insurgis et oviculas tuas mactas?... » *Hoccine est sanctum, quo propitius redditur Deus, quod » ex tuis manibus nuper percipiebamus?* Hiccine est san- » guis, vitam impertiens, quem ori nostro inferebas (2)? »

(1) Op. cit. t. II. p. 125. — (2) Op. cit. t. I. p. 126.

Digitized by Google

## ARTICULUS IV.

### TESTIMONIA PATRUM ORTHODOXORUM.

In hoc articulo non omnes recensemus Patres, quos Syri sive orthodoxi sive hæretici suscipiunt. Syri enim præter quosdam Patres latinos fere omnes græcos, qui ante ortum Nestorianismi scripserunt, suscipiunt. Sed eos tantum citabimus Patres, qui Syriace scripserunt, vel quorum scripta græce amplius non exstant nisi in versionibus Syriacis.

### 1. *S. Clemens.*

Horum primus occurrit B. Clemens Romanus cujus binas ad virgines Epistolas, græce deperditas, sed in antiquissima versione Syriaca superstites, post Wetstenium denuo edidit et commentariis doctissimis instruxit Illustrissimus D. Beelen igitur Clemens virgines alloquens ait : ܙܟܝ ܠܣܛܢܐ ܒܝܕ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܕܡܚܝܠ ܠܟ : ܒܝܕ ܡܫܡܥܬܐ ܕܡܠܘܗܝ ܘܒܩܘܪܒܢܐ ܕܐܠܗܘܬܐ . « vince satanam per Jesum » Christum, qui te roboraturus est auditione verborum suo» rum et *divina Eucharistia.* » Divinam vocaverit Eucharistiam S. Clemens, quia ab ipsis Domini apostolis edoctus crederet, *Eucharistiam esse carnem incarnati verbi Dei*, ut docuit B. Ignatius Ep. ad Smyrnæos c. VII (1).

### 2. *S. Athanasius. Anno* 332.

Deperditas S. Athanasii Alexandrini Epistolas Paschales

(1) S. P. N. Clementis Romani *Epistolæ binæ de Virginitate*, syriace et latine, additis notis criticis, philologicis, et theologicis edidit J.-Th. Beelen. Lovanii 1856. p. 24, 25 et 136.

Digitized by Google

vir Cl. Curetonius in codicibus Syriacis ex Ægypto in Britanniam advectis reperiit et anno 1848 edidit; easdem Epistolas, adjecta versione latina, in sua Nova Patrum Bibliotheca t. VI inseruit E. Card. Maï anno 1853.

In his Epistolis pluries de Eucharistia loquitur B. Athanasius. In Epistola IV postquam fideles hortatus est, ut, hostibus devictis hilarem festum agant sicut Israelitæ a Pharaone liberi ait : « Tum (Israelitæ) carnis agni irrationa- » lis esu festum diem celebrabant, unctisque illius cruore » stipitibus exterminatorem fugabant : Nunc autem cum » *Patris Verbum comedimus, cordiumque nostrorum labia* » *novi sanguine testamenti signamus, datam nobis a Salva-* » *tore gratiam agnoscimus.* ܗܫܐ ܕܝܢ ܟܕ ܠܡܠܬܗ ܕܐܒܐ ܐܟܠܝܢ : ܘܒܕܡܐ ܕܕܝܬܩܐ ܚܕܬܐ ܚܬܡܝܢ ܠܣܦ̈ܘܬܐ ܕܠܒ̈ܘܬܢ ܡܫܬܘܕܝܢ ܠܛܝܒܘܬܐ ܕܐܬܝܗܒܬ ܠܢ ܡܢ ܦܪܘܩܐ .

Monet deinde accedendum cum conscientia pura et addit : Olim quidem, ut historia tradit, paschatis festum nusquam extra Hierusalem transferre licebat : sed enim postea, temporaneis rebus dilapsis, figurisque conclusis, quia prædicatio evangelii quaquaversus dilatanda erat, ideoque hoc etiam festum nullo non loco a discipulis propagandum; propterea salvatorem rogarunt : ubinam vis paremus? Ipse vero Salvator noster a typico pariter ad spiritale transiliens, promisit eis fore ut *non agni carnem deinceps, comederent, sed sui ipsius dicentis : accipite, comedite, et bibite; hoc est corpus meum et sanguis meus.* Cum nos his pariter, dilecti mei, vescemur, tunc enimvero paschatis solemnitatem complebimus. ܐܦ ܗܘ ܦܪܘܩܢ : ܡܢ ܛܟܐ ܗܘ̇ ܠܪܘܚܢܝܐ ܥܒܪ ܗܘ ܕܪܘܚܢܝܐ ܡܟܝܠ ܗܘܐ : ܠܗܘܢ ܡܠܟ ܗܘܐ ܕܠܐ ܡܟܝܠ ܒܣܪܐ ܕܐܡܪܐ ܬܐܟܠܘܢ . ܐܠܐ ܠܗ̇ܘ ܕܝܠܗ ܕ ܐܡܪ . ܕܣܒܘ ܐܟܘܠܘ ܘܐܫܬܘ . ܗܢܐ ܐܝܬܘܗܝ ܦܓܪܝ ܘܕܡܝ

ܡܢ ܗܘܠܝܢ ܗܘܐ ܡܬܬܪܥܝܢ ܐܦ ܚܠܝ ܡ̈ܝܡܢܐ : ܠܚܝܐ
ܕܦܓܪܐ ܡܪܝܪܬܐ ܠܡܫܬܠܡܘܗܝ . (1).

### 3. *S. Jacobus Nisibenus. Sæculo IV.*

S. Jacobus unus e concilii Nicæni patribus fugiendas docens detractiones et blasphemias, Præsentiam Christi in Eucharistia testatur his verbis : « unum ostium est » domus tuæ, et ipsa est templum Dei, profecto nefas » est, et omnino non decet, o homo, ut per ostium, » per quod ingreditur rex, extrahas stercus aliosque sor- » des, sed ut abstineas ab omni immunditia, et tunc » sumas *corpus et sanguinem Christi, cauteque custodias » os tuum, per quod Rex ingressus est,* neque amplius tibi » licet, o homo, educere per os tuum verba immun- » ditiæ. »

In sermone XIV de Paschate ait : « salvator quidem noster » comedit Pascha cum discipulis suis in decima quarta » nocte illa, qua captus est, et sacramentum veri Pas- » chatis præstitit discipulis. Nam postquam exivit ab eis » Juda, accepit panem, benedixit, et dedit discipulis suis, » dicens eis : *hoc est corpus meum*, accipite et manducate » omnes ex isto. Et super vinum sic benedixit, et ait eis : » *Hic sanguis meus novum testamentum, qui pro multis » effundetur in remissionem peccatorum. Ita facietis in meam » commemorationem, cum vos congregati fueritis.* Dominus » autem noster hoc fecit, priusquam caperetur. Et a loco » illo, ubi fecit Pascha, et dedit corpus suum ut mandu- » carent, et sanguinem, ut biberent, abiit, et eo profectus » est cum discipulis suis, ubi ceperunt eum. Cum ergo » manducatum fuit corpus ejus, et bibitus ejus sanguis, » reputatus est esse cum mortuis. Nam Dominus noster

(1) Ap. Em. Card. Maï in *Nova Patrum Biblioth.* t. VI. p. 50-52.

Digitized by Google

manibus suis dedit corpus suum in cibum; et cum non adhuc esset crucifixus, dedit sanguinem suum in potum (1). » Ex sententia S. Jacobi Nisebeni Christus articipem corporis sui non fecerit Judam.

### 4. *S. Ephræmus. Sæculo IV.*

Audiamus nunc præcipuum Ecclesiæ Syriacæ lumen B. EPHRÆMUS ore facundo sermoneque suavi fidem Syrorum xponentem. Quantum figuratis locutionibus delectentur yri, norunt omnes, qui illius gentis scripta tantisper elibarunt. Unde fit, ut in Liturgiis, in hymnis et tractaibus Eucharistiam vocent ܡܪܓܢܝܬܐ *Margaritam*, ܓܡܘܪܬܐ *arbonem* metaphora a Margarita Evangelii vel a visione saiæ vel a Rubo Moysis desumpta (2).

Vocem ܓܡܘܪܬܐ *carbonem* sic illustrat S. Doctor :
ܓܡܘܪܬܐ ܠܥܡܡܢܘܐܝܠ ܪܡܙܐ ܕܒܦܓܪܢ ܕܡܟܝܠ ܐܝܟ ܕܒܡܠܩܛܐ
ܐܬܐܚܕ ܟܕ ܐܬܚܝܕ ܒܦܓܪܐ : ܗܢܐ ܕܟܕ ܐܬܩܪܒܬ ܠܣܦܘܬܗ ܕܢܒܝܐ ܗ
ܕܦܘܪܩܢܐ ܕܡܠܟ ܐܢܫ : ܕܥܠܝܗ ܩܕܡ ܒܗܘܢ ܚܛܗܐ ܘܫܘܒܩܢܐ

*Carbo* Emmanuelem significat, qui in corpore nostro sicut in forcipe apprehensus est, quando corpori se univit. Forceps autem cum tetigisset labia prophetæ,

(1) S. JACOBI NISIBENI *opera* armeniace et latine edita ab. Em. Card. NICOLAO MARIA ANTONELLI. Romæ 1756 in-fol. p. 46, 341 et 342. Vid. etiam p. 346, 347.

(2) ܡܪܓܢܝܬܐ de particula consecrata dicitur ap. EBED JESU in libro MARGARITÆ tr. IV. c. V; ap. JOANNEM BARCURSUM infra q. 4 et 5; ap. ASSEMANUM *Bibl. Orient.* t. III. p. 245; ap. RENAUDOT t. II. p. 112 et 122. ܓܡܘܪܬܐ *carbo* : sic post consecrationem vocatur particula corporis Christi, ut notat RENAUDOTIUS *Liturg. Orient. coll.* t. II. p. 63. Boderianum recte reprehendens, eo quod vocem ܓܡܘܪܬܐ *corporale* intellexerat.

Digitized by Google

» per quem persona nostra designatur, eumdem ab ini» quitate et immunditia purgavit. » Carbo, igitur juxta sanctum doctorem divinitatem Verbi significat, forceps vero humanitatem. Et quemadmodum Isaias sumpto carbone mundatus est, sic nos vivum Christi corpus in Eucharistia sumentes, a peccatis purgamur.

Vocem ܡܪܓܢܝܬܐ in eodem sensu explicat præclarus S. Ephræmi discipulus, Jacobus Sarugensis in commentario ad visionem Isaïæ : ܠܡܪܓܢܝܬܐ ܕܣܝܡܐ ܗܘܬ ܥܠ ܦܬܘܪܐ: ܨܪܗ̇ ܓܡܘܪܬܐ ܗܘ ܕܫܪܦܐ ܡܘܫܛ ܗܘܐ ܠܐܫܥܝܐ. ܒܐܝܕܐ ܕܢܘܪܐ ܐܚܕ ܗܘܐ ܡܠܩܛܐ ܕܫܠܗܒܝܬܐ. ܘܫܩܠ ܗܘܐ ܡܢܗ ܓܡܘܪܬܐ ܕܐܪ̈ܙܐ ܡܢ ܦܬܘܪܐ. ܘܚܙܐ ܢܒܝܐ ܡܠܝܐ ܨܘܪܬܐ ܕܥܬܝ̈ܕܬܐ. ܕܐܝܟ ܘܦܠܚܝ ܡܫܬܩܠܐ ܠܗ ܠܚܛܝܬܐ ܕܥܠܡܐ « Margaritam » hic super altare positam pruna figuravit, quam unus » de Seraphim Esaiæ porrexit. Ignea manu flammeam » forcipem apprehendit, et prunam Mysteriorum de mensa » sustulit, viditque propheta plenam imaginem futurorum: » quomodo cujusque opera peccatum mundi foret expian» dum (1). »

Hinc particula, quæ laïcis in communione datur ܓܡܘܪܬܐ vocatur, et cochlear quo illa ministratur forcipi comparatur, quem tenebat in manu angelus, quando prophetæ labia mundavit.

Nec minus luculenta in suis de Fide hymnis habet S. Ephræmus. ܚܙܘܗ ܡܪܓܢܝܬܐ ܐܟܠܝܢ ܒܗ ܦܓܪܝ : ܐܦ ܒܗ̇ ܕܡܐ ܐܟܠܝܢ ܒܡܩܕܫܝܢ. ܐܦ ܡܠܟܐ ܒܐܕܢܐ ܘܐܚܘܗ ܩܕܝܫܬܐ. ܡܠܟܐ ܗܘ ܒܦܠܚܝ ܒܫܢܬܗ ܐܟܠܝܢ. ܘܕܪܫܟܗ

(1) Inter opera S. Ephræmi t. II. p. 30.

ܚܒ ܠܥܕܬܗ ܠܐ ܝܗܒ ܠܗ ܗܘ ܡܢܢܐ ܕܒܥܠܕܒܒܗ. ܠܚܡܐ ܚܝܐ ܗܘܐ ܠܗ ܕܬܐܟܠܝܘܗܝ. « Corpus ejus nova ratione » corporibus nostris immixtum est; Sanguis ejus purus » diffusus est in venas nostras. Etiam vox ejus aures » nostras, et conspectus ejus oculos nostros perculit. To- » tus ipse nos totos pervasit; et quia ecclesiam suam » dilexit nimis non illi dedit manna illius æmulæ; sed » ipse panis vitæ factus est ei, ut ipsum comederet. »

ܒܠܚܡܟ ܛܡܝܪܐ ܗܘ ܪܘܚܐ ܕܠܐ ܡܬܐܟܠܐ. ܒܚܡܪܟ ܫܪܐ ܗܘ ܢܘܪܐ ܕܠܐ ܡܫܬܬܝܐ. ܪܘܚܐ ܒܠܚܡܟ. ܢܘܪܐ ܒܚܡܪܟ ܬܕܡܪܬܐ ܦܪܝܫܬܐ ܕܢܣܒ ܢܦܫܬܢ.

« In pane tuo latit Spiritus, qui non comeditur. In » vino tuo ardet ignis, qui non bibitur. Spiritus in pane » tuo et ignis in vino tuo : duo mirabilia quæ ab animis » nostris percipiuntur. » Et paucis interjectis :

ܗܘ ܢܘܪܐ ܘܪܘܚܐ ܒܥܘܒܐ ܕܝܠܕܬܟ. ܗܘ ܢܘܪܐ ܘܪܘܚܐ ܒܢܗܪܐ ܕܒܗ ܥܡܕܬ ܗܘ ܢܘܪܐ ܘܪܘܚܐ ܒܡܥܡܘܕܝܬܢ. ܒܠܚܡܐ ܘܟܣܐ ܢܘܪܐ ܘܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ. ܠܚܡܟ ܩܛܠ ܠܗ ܠܐܟܘܠܐ ܕܥܒܕܢ ܠܚܡܗ. ܟܣܟ ܡܚܒܠ ܠܗ ܠܡܘܬܐ ܕܗܘܐ ܒܠܥ ܠܢ. ܐܟܠܢܟ ܡܪܢ ܐܦ ܐܫܬܝܢܟ. ܠܐ ܗܘܐ ܕܢܫܠܡܟ ܐܠܐ ܕܢܚܐ ܒܟ.

« En ignis et Spiritus in sinu genitricis tuæ. En ignis » et Spiritus in flumine in quo baptisatus es. Ignis et » Spiritus in nostro baptismo. Ignis etiam et Spiritus » sanctus in pane et calice. Panis tuus voracem necat, » quæ suum nos panem fecerat. Calix tuus mortem perdit » quæ nos absorbuerat. *Te domine, comedimus, te bibimus,* » *non ut consumamus te, sed ut per te vivamus* (1). »

Non esset amplius immorandum in declaranda fide

(1) V. Assemani *Biblioth. Orient.* t. I. p. 66, 97 et 101.

Digitized by Google

Ephræmi, nisi sæculo elapso J. P. Kohlius in Academia Petropolitana professor duos S. Ephræmi sermones vulgando, pium doctorem velut negatæ transubstantiationis reum traduxisset. Quantum autem vir doctus a vero erraverit, ex ipsis quos produxit sermonibus manifestum fit. In priori enim sermone ait Ephræmus : « ne reputes » quem hic panem, quodque vinum vides, eadem hæc » existere : minime, frater, nolito hoc credere. Precibus » Sacerdotis, Sanctique Spiritus adventu, panis fit corpus, » vinum Sanguis. » Et infra : « cum voluerit supra om» nia venerandus Deus. Verbum homo nasci : quomodo » is, quæso, ipse efficere non possit, ut panis ipsum » corpus Christi, vinum Sanguis ipsius sit. »

Et paulo post : « quæres jam, quomodo panis corpus » Christi fiat? En sic habeto, Spiritum sanctum adventu » suo hoc efficere, quod humana mens capere non po» test (1). »

Si igitur panis fit corpus, si non remanet idipsum quod antea erat, si non idem existit post adventum Spiritus Sancti, quod erat prius, ergo transmutatur, ergo transubstantiationem prædicat S. Ephræmus.

5. *S. Maruthas. Circa annum 414.*

Clarissimus hic Tagritæ Episcopus scripsit Commentarium in Evangelium, in quo lucidissime dogma catholicum de Eucharistia exponit. Locum retulimus supra p. 6. Scripsit pariter Maruthas *Liturgiam* quæ syriace impressa

(1) V. S. Ephræmi opp. græc. t. III. p. 608-611, ubi referuntur duo *S. Ephræmi* sermones a J. P. Kohlio e slavonico in latinum translati, editique Altonaviæ 1729. Confutatur Kohlius in *Antirrhetico primo* ad calcem tomi secundi Opp. Syr. S. Ephræmi. Alia ejusdem doctoris testimonia Syriaca circa Præsentiam Realem videas in tomo III. opp. græc. p. 606 sq.

Digitized by Google

in *Missali Chaldaïco* (1), in linguam latinam a Renaudotio (2) versa fuit. Quamvis autem depravati fuerint codices, quibus usus est Renaudotius, ut probarunt ipse Renaudotius et post eum Assemanus (3), tamen perspicue ibi docetur Præsentia Realis.

Hæc ad consecrationem leguntur : « Panem fermentatum accepit (Jesus) in manus suas puras, et patri gratias » agens benedixit, sanctificavit, fregit, divisitque discipulis, et dixit *Accipite, manducate, credite, et certi estote, atque ita prædicate et docete : quod corpus meum hoc est, quod pro salute mundi frangitur, et illis qui comedunt illud* et credunt in me, dat expiationem peccatorum et vitam æternam. »

Vocabulum *fermentatum* aliquis obtruderit Jacobita ; « id enim ait Assemanus, Maruthas, qui in symbolorum » consecratione attendendam esse docet christi institutio» nem, ne somniavit quidem ; præsertim cum, saltem » usque ad annum christi 775, azymum adhibere in Eu» charistia consueverint Syri in Mesopotamia, teste Diony» sio Jacobitarum patriarcha in chronico ad an. 510 (4). » Verba superius recitata in *Missali Chaldaïco* aliter se habent, sed utrimque idem fulget dogma catholicum.

6. *S. Isaac Magnus, qui mortuus est. Circa annum 460.*

Sanctus Isaac Magnus in suo *de fide* sermone ait :
ܚܙܝܬ ܕܡܙܝܓܐ ܐܓܢܗ ܘܚܠܦ ܚܡܪܐ ܕܡܐ ܡܠܝܐ. ܘܚܠܦ
ܠܚܡܐ ܦܓܪܐ ܠܗ ܣܝܡܐ ܒܡܨܥܬ ܦܬܘܪܐ. ܚܙܝܬܗ ܠܕܡܐ.

(1) V. *Missale Chaldaïcum*. Romæ 1592. p. 172.
(2) V. E. Renaudotii *Liturgiarum Orientalium collect.* t. II. p. 260-269. Ed. Francofurti 1847.
(3) V. Jos. Sim. Assemani *Bibliot. Orient.* t. I. p. 180.
(4) Assemanus loc. cit.

Digitized by Google

ܘܐܬܕܡܪܬ . ܘܟܡܟܡܬ . ܘܗܝܡܢܘܬܐ ܐܚܝܕ : ܘܪܡܙܬ ܠܝ ܕܐܟܘܠ
ܫܬܘܩ : ܘܐܫܬܝ ܛܠܝܐ ܘܠܐ ܬܒܨܐ .
ܚܘܝܢܝ ܦܓܪܐ ܩܛܝܠܐ ܘܫܩܠܬ ܡܢܗ ܣܡܗ ܒܣܦܘܬܝ :
ܘܐܡܪܬ ܠܝ ܚܒܝܒܐܝܬ : ܚܙܝ ܡܢܐ ܕܐܟܠ ܐܢܬ : ܐܘܫܛܬ ܠܝ
ܩܢܝܐ ܕܪܘܚܐ ܘܬܒܥܬܢܝ ܕܐܟܬܘܒ ܐܡܪܐ . ܘܢܣܒܬ ܟܬܒܬ ܐܦ
ܐܘܕܝܬ : ܕܗܢܐ ܦܓܪܐ ܕܐܠܗܐ ܗܘ . ܘܗܟܢܐ ܢܣܒܬ ܐܦ ܟܣܐ
ܢܣܒܬ ܘܐܫܬܝܬ ܒܡܫܬܝܗ ܘܡܢ ܟܣܐ ܪܝܚܐ ܕܗܘ
ܦܓܪܐ ܕܐܟܠܬ ܩܪܒܗ . ܘܗܝ ܕܐܡܪܬ ܥܠ ܦܓܪܐ ܕܗܢܐ ܦܓܪܐ
ܕܐܠܗܐ ܗܘ : ܗܝ ܐܡܪܬ ܐܦ ܥܠ ܟܣܐ : ܕܗܢܐ ܕܡܗ ܗܘ
ܕܡܚܝܢܢ .

« Vidi mistam ejus lagenam : et pro vino sanguine » plenam et pro pane positum corpus in medio mensæ. » Vidi sanguinem et expavi, vidi corpus et obstupui. Innuit » illa (fides) : comede, inquiens, et sile; bibe, noli scru- » tare puer. »

Et infra : « Ostendit mihi corpus interfectum, ex quo » in labiis meis ponens, amanter dixit mihi : vide quid » comedis. Porrexit mihi calamum spiritus, et ut scribe- » rem exegit. Accepi, scripsi et confessus sum : *hoc esse* » *Dei corpus.* Item calicem sumens, bibi in ejus convivio, » et ex calice odor corporis illius quod comederam me » perculit. Et quod de corpore dixeram, ipsum nimirum » Dei esse corpus, illud etiam de calice dixi, nempe, » *hunc esse redemptoris nostri sanguinem* (1). »

### 7. *S. Jacobus Sarugensis. Anno* 451-521.

S. Jacobi Sarugensis testimonium jam protulimus supra

(1) Ap. Jos. Sim. Assemanum in *Biblioth. Orient.* t. I. p. 220.

p. 20. In cujus confirmationem hic subjicimus excerpta quædam ex ejus sermone *de Passione Domini* :

ܦܓܪܗ ܦܠܓ ܒܐܝܕܘܗܝ ܡܪܢ ܥܠ ܦܬܘܪܐ. ܘܡܢܘ ܡܟܦܪ
ܕܢܐܡܪ ܗܘܐ ܕܠܘ ܦܓܪܐ ܗܘܐ. ܗܘ ܐܡܪ ܗܘܐ ܕܗܢܘ ܦܓܪܝ
ܘܡܢܘ ܠܐ ܡܗܝܡܢ. ܕܐܢ ܠܐ ܡܗܝܡܢ ܠܗ ܬܠܡܝܕܐ ܗܘ ܕܫܠܝܚܐ.
ܫܠܝܚܐ ܐܗܝܡܢܘܗܝ ܘܟܕ ܚܝ ܘܐܟܠ ܥܡܗܘܢ ܐܟܠܘܗܝ....
ܡܢ ܗܝ ܕܢܣܒ ܠܚܡܐ ܘܐܡܪܗ ܦܓܪܗ ܠܗ ܠܚܡܐ ܗܘܐ. ܐܠܐ
ܦܓܪܗ ܘܟܠܗ ܐܟܠܝܢ ܗܘܘ ܡܢ ܬܡܝܗܘܬܐ. ܐܟܠܝܢ ܦܓܪܗ
ܘܣܡܝܟ ܠܘܬܗܘܢ ܥܠ ܦܬܘܪܐ ܘܫܬܝܢ ܠܕܡܗ ܘܫܡܥܝܢ
ܩܠܐ ܕܡܠܦܢܘܬܗ.

« Corpus suum manibus divisit suis Dominus in mensa. » Ecquis autem *hoc esse corpus ejus negare ausit?* Ipse » Christus dixit : *hoc est corpus meum*, quisnam hoc ve- » rum esse non fateatur? Si quis abnuat, non est ille » discipulus apostolorum. Apostoli enim dictis fidem ha- » buerunt, viventem et cum ipsis cœnantem comederunt.... » *Ab illo temporis puncto, quo apprehendit panem, corpus-* » *que suum dixit, panis non fuit; sed ipsius corpus*, quod » admirantes edebant; edebant corpus ejus, qui apud » ipsos in mensa accumbebat; ejusque bibebant sangui- » nem, et audiebant vocem docentis (1). » Insigni hoc testimonio non tantum Præsentiæ realis dogma illustratur, sed et Transubstantiatio prædicatur.

### 8. *Paulus Episcopus Edessenus. Anno* 523.

PAULUS Edessæ Episcopus fortiter obstitit errori quorumdam qui, in regione Perrhorum, se a cibo potuque absti-

(1) Vid. *Antirrheticum secundum adversus R. P. Lebrunum et E. Renaudotium*, ad calcem Opp. Syr. S. EPHRÆMI t. II. p. 46.



Digitized by Google

nere falso jactabant, necessitati autem potus et cibi, sanctorum mysteriorum usu succurrebant. Rem sic narrat Dionysius in Chronico ad annum Christi 510 :

ܒܗܢܐ ܕܝܢ ܙܒܢܐ ܐܝܟ ܫܡܥܢܐ ܢܣܛܘܪܝܐ ܒܐܬܪܐ ܕܦܪܣ
ܕܐܢܫܐ ܕܠܐ ܐܟܠܝܢ ܠܚܡܐ ܘܠܐ ܫܬܝܢ ܡܝܐ. ܐܢܫܝܢ ܕܝܢ
ܡܢ ܐܝܠܝܢ ܕܒܥܘܡܪܝܗܘܢ ܠܐ ܡܬܬܟܠܝܢ : ܘܐܚܪܢܐ ܡܢ ܪܡܘܬ ܕܡܪܕܘܬܐ
ܕܠܒܗܘܢ ܐܩܝܡܘ ܥܠ ܢܦܫܗܘܢ ܢܡܘܣܐ ܚܕܬܐ : ܐܝܟ ܕܢܬܟܠܐܬܗ
ܕܠܚܡܐ ܠܐ ܐܟܠܝܢ ܘܠܐ ܫܬܝܢ ܡܝܐ ܘܕܠܐ ܡܬܪܩܝܢ ܡܢ ܚܡܪܐ
ܢܥܒܕܘ ܥܠ ܡܢܘܥܬܗܘܢ . ܫܘܠܡܐ ܕܝܢ ܐܚܪܢܐ ܕܚܣܢܐ
ܘܙܗܝܐ ܕܡܬܟܠܐܬܗ ܡܢ ܙܘܙܐ ܦܪܝܫܐ ܡܬܟܠܝܢ ܗܘܘ : ܐܝܟ
ܫܪܟܐ ܕܒܢܘܡܘܣܗܘܢ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ ܦܐܐܢ ܗܘܐ . ܘܡܬܚܙܝܢܘܬܐ
ܐܝܟ ܡܢܬܐ ܐܝܕܐ ܕܗܝܠܘ ܠܚܡܐ ܠܗ : ܒܡܘܫܚܬܐ ܗܘ
ܡܫܬܟܚܝܢ ܠܗ . ܘܒܟܠܗ ܕܢܝܐ ܡܬܦܪܣܝܢ ܠܗ ܐܝܟ
ܕܒܥܘܬܐ ܒܗܘܢ ܒܬܘܠܘܬܐ ܘܠܐ ܒܪܐܐ ܦܓܪܗ ܕܡܫܝܚܐ : ܗܘ
ܕܥܡܗܢܝܐ ܡܢܬܐܝܠ . ܘܡܪܐ ܥܠ ܐܒܠܐ ܕܡܠܐܟܘܬܐ : ܠܚܡܐ
ܡܫܝܚܐ ܡܬܪܥܝܢ ܠܗ ܐܝܟ ܝܗܒܢܐ ܘܐܟܠܝܢ ܠܗ . ܘܡܝܐ ܠܚܡ
ܕܦܪܝܢ ܒܐܘܪܫܐ : ܐܘ ܒܐܘܪܫܐ ܢܦܫܪܐ ܐܪܟܝܢ : ܕܠܒܢܝܢ ܘܠܒܬܗ
ܐܚܪܢܝܢ ܒܡܘܡܪܐ ܚܕ ܡܢ ܡܢܗܘܢ ܕܦܝܫܐ ܘܡܝܐ ܕܡܫܝܚܐ
ܡܢܝ ܡܬܚܕܝܢ ܗܘܘ ܠܚܡܐ ܐܝܟ ܙܗܝܐ ܕܚܡܪܐ . ܘܡܝܐ ܕܡܢܠܗ
ܠܡܢܐ ܕܐܪܟܝܢ ܒܪܡܫܐ ܥܕܡܐ ܠܗܘܢ ܡܬܦܪܣܝܢ ܗܘܘ ܡܘܪܒܢܐ
ܘܡܬܟܠܝܢ ܐܝܟ ܙܢܝܐ . ܐܝܟ ܒܛܘܠܬܐ ܦܪܝܫܬܐ ܕܙܘܥܐ
ܕܐܬܝܩܝܢ . ܗܘܢܐ ܡܬܡܪܚܝܢ ܗܘܘ ܠܡܫܟܢ ܕܠܐ ܕܚܠܬ ܐܠܗܐ
ܘܕܠܐ ܒܟܠܬܐ ܐܢܫܬܐ . ܐܡܪܝܢ ܗܘܘ ܓܝܪ ܠܟܠܗܘܢ ܕܡܢܐ
ܕܦܠܚܘܗܝ ܠܡܘܕܝܐ ܒܛܘܒܬܐ ܘܐܟܠܘ ܡܢܗ ܒܡܢܐ ܕܙܒܢ
ܗܘܘ : ܦܫܝܩܐܝܬ ܠܗ ܠܒܫܐ ܕܝܢܐ ܒܢܝܢܐ ܡܫܡܫܢܐ ܚܪܦ

Digitized by Google

ܗܘܐ ܠܗ ܚܕ ܚܕ ܡ̈ܢܗܘܢ، ܘܫܬܐ ܡܝܐ ܕܒܪܐ : ܘܠܘܩܒܠ ܗܕܐ
ܠܗ ܘܡܬܘܒ ܠܡܫܒܪܗ . ܡܛܠ ܕܒܝ ܠܡܫܡܫܐ ܢܚܫܘܠܐ ܗܘ̇
ܩܘܪܒܢܐ ܩܘܕܫܐ ܕܐܘܪܗܝ ܘܩܘܪܒܢܐ ܕܡܫܡܫܢܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܩܘܪܝ

« Ea propemodum tempestate excogitavit diabolus in » regione Perrhorum errorem quorumdam, qui nec panem » comedere, nec aquam bibere sese jactabant. Quidam » itaque ex fratribus, quorum monasteria necdum cognita » sunt, et alii Archimandritæ ejus loci, inanem gloriam, » et vanum nomen apud vulgus aucupantes, de seipsis » falso prædicabant, quasi panem non comederent, nec » aquam biberent, et a vino abstinerent, Nazaræorum » more : necessitati autem cibi et potus, sanctorum Mys- » teriorum usu per summam impietatem succurrebant. » Sacra ergo oblatione plerumque sustentabantur. Ea » propter Buccellam, quam ipsi conficiebant, diu fermen- » tabant, et data opera condiebant, ut fieret eis in cibum, » potius quam in Mysterium corporis Christi, *quod in* » *azymis manducatur*. Cæterum quandocumque necessitas » instaret, panem simplicem (hoc est communem et vul- » garem) offerebant alter super alterius manibus, deinde » comedebant. Iter præterea agentes aut longam peregri- » nationem suscipientes, binis, ternisve vicibus eodem » die *de ipso Corpore, et Sanguine Christi Domini nostri* » *naturalem famem, sitimque depellebant*. Ubi vero ad ter- » minum suscepti itineris perveniebant, ad vesperam obla- » tionem celebrabant, sumebantque quasi jejuni : idque facere audebant homines qui nec Deum timerent nec homines vererentur, etiam sacris diebus jejunii quadragenarii. Quid quod nonnulli etiam narrabant, eos postquam secretis precibus sacram oblationem celebrassent, et ex ea quantum voluerant comedissent, Calicem vivi Sanguinis aqua ferventi temperare solitos fuisse, ex quo

Digitized by Google

» singuli biberent quantum vellent : mox plenum alter alteri » porrigerent. In hunc ergo errorem insurrexere S. Paulus » Edessenus et S. Gamalinus episcopus Perrhorum. »

Hactenus Joannes Asiæ, qui sub Justiniano claruit, apud Dionysium in chronico. Hinc colliges luculentum de usu panis azymi ad Liturgiam et de Præsentia reali testimonium, simulque antiquissimam aquæ fervidæ mentionem (1).

### 9. *S. Joannes Maro. Sæculo VII.*

S. Joannes Maro Antiochiæ patriarcha scripsit *Expositionem Ministerii oblationis D. Jacobi Apostoli* (2), in qua Liturgiæ ritus et rationes mysticas explicans, catholicam de Eucharistia doctrinam singulis fere paginis ita dilucide exponit, ut vix inveniri possit ullus theologus, qui ea de re expressius locutus fuerit. Sic capite XXX verba consecrationis exponens ait : « *Hoc est autem corpus meum.* Hæc » autem sacerdos recitat ut ostendat, ipsum etiam nunc » esse, qui species hasce super altare impositas voluntate » Patris sui et operatione Spiritus sancti per sacerdotem, » qui cruces format et verba profert, consecrat. Non enim » qui ministrat, sed qui super mysteria invocatur, conse- » crationem efficit. Igitur statim atque sacerdos ex Persona » Salvatoris nostri verba hæc profert; *hoc est corpus meum,* » *Panis in corpus Domini nostri, et vini mixtum in ejusdem pre-* » *tiosum sanguinem transmutatur, etiamsi species remaneant.* »

Et infra inquirit an panis quem Christus corpus suum appellavit « ipsum sit corpus quod ex Virgine Maria assump- » sit an aliud præter ipsum? Dicimus ipsum esse corpus, et

(1) Vid. Assemani *Biblioth. Orient.* t. I. p. 409.

(2) Hoc præclarum opus latine tantum publici juris fecit Aloysius Assemanus in *codice Liturgico Ecclesiæ universæ*, t. V. Romæ 1752. Hunc librum Renaudotius et Jos. Sim. Assemanus Dionysio Bar-Salibæo tribuerant. Sed Joanni Maroni illum restituit Al. Assemanus.

Digitized by Google

sanguinem, quæ ex Virgine Mariæ assumpsit. At forte quis objiciet, quomodo id fieri potest, ut in Corpus panis, et vinum in Sanguinem convertatur? Ad quem dicimus: Dextera illa, quæ ab initio pulverem de terra accipiens, mutavit eum efficitque Adæ corpus, eadem mutavit ac mutat panem hunc, et fecit atque efficit illum Verbi corpus, quod ex Maria Virgine est, et vinum illud in sanguinem, qui ex Virgine est. Ita quoque intellige hodie de pane et vino, quæ offert sacerdos: Spiritus sanctus, qui in uterum virginis descendens, carnem illam, quæ ex ipsa erat, corpus et sanguinem Verbi Dei effecit, idem super altare descendens, panem et vinum ibi posita efficit Corpus, et Sanguinem Verbi Dei, quæ ex Maria Virgine assumpsit, per sacerdotem qui sacerdotali munere fungitur, et Liturgiam celebrat. Oportet ut hic etiam inquiramus, corpus-ne, et sanguinem Verbi Dei manducamus, et bibimus, an hominis puri ex Maria juxta sententiam Nestorii et Nestorianorum? Dicimus Verbi Dei esse corpus, quod manducamus, et sanguinem quem bibimus, non autem hominis simplicis ut testatur Paulus inquiens: *quicumque igitur manducaverit de pane Domini, et de ejus calice biberit indigne, reus erit Corporis et Sanguinis Domini*; et mox: *Judicium sibi manducat et bibit, quia non dijudicat corpus Domini.* Ecce corpus, et sanguinem Domini appellavit illud, non hominis; itaque Corpus et Sanguinem Verbi Dei sumimus, non hominis. »

Et paulo post: « Ex eo quod corpus suum manducandum, et sanguinem bibendum præbet Christus, manifeste patet, ipsum hominem nequaquam esse, in quo Deus inhabitat, sed Deus verus, qui sine ulla sui immutatione factus est homo. Enim vero quod hominis corpus manducetur, et sanguis bibatur, nec naturalis ratio suadet, nec scriptura tradit: et sane qui fieri possit, ut homo, cujus dies sunt sicut fœnum, vitam tribuat sempiter-

Digitized by Google

» nam? Ergo Christus Deus, qui homo factus est, ipsemet » corpus suum dedit, quod in unitate personæ ex Maria » Virgine assumptum sibi copulavit : non autem homo » simplex, in quo veluti in templo Deus habitet. Aliquando » autem Jesus ait ipsius nos divinitatem comedere, at » hoc eo sensu est intelligendum quatenus ea fuit carni » unita juxta illud : *ego sum panis vitæ, qui de cœlo des-* » *cendi, et qui manducaverit ex hoc pane vivet in æternum.* » Aliquando vero suum nos corpus manducare asserit : » *nisi manducaveritis corpus Filii hominis, et biberitis ejus* » *sanguinem non habebitis vitam in vobis.* Aliquando denique » totum ipsum nos edere inquit : *et qui me manducaverit,* » *et ipse vivet propter me.* Corpus enim, et Sanguis Do- » mini nostri quamvis corporeæ res sint, spiritualis nihilo » minus cibus sunt, et vita in ipsis absconditur. Animas » namque ac spiritus nostros alunt, et enutriunt. »

Et capite XXXI ait : « Sicut Jesus videbatur homo, et » Deus erat; *sic etiam et illa etiamsi videantur Panis et* » *Vinum, re et veritate sunt corpus et sanguis Servatoris* » *nostri sub speciebus panis et vini* (1) : »

ܐܝܟܢܐ ܓܝܪ ܕܝܫܘܥ ܡܬܚܙܐ ܗܘܐ ܒܪܢܫܐ ܘܐܠܗܘܬܗ ܐܦ
ܗܟܢܐ : ܘܗܠܝܢ ܗܢܘܢ ܐܦܢ ܡܬܚܙܝܢ ܠܚܡܐ ܘܚܡܪܐ ܐܝܬܝܗܘܢ
ܫܪܝܪܐ ܘܡܫܬܟܚܢܐ ܦܓܪܐ ܘܕܡܐ ܕܦܪܘܩܢ ܒܫܘܠܡ ܐܕܫܐ ܕܠܚܡܐ
ܘܚܡܪܐ .

(1) Textum syriacum desumpsimus ex *Antirrhetico secundo adversus Renaudotium* et P. *Lebrunum* p. 50. Ad calcem Opp. Syr. S. Ephræmi t. II. Alia Syriace prodierunt patrum orthodoxorum testimonia. Vid. *Didascaliam apostolorum*, cujus textum Syriacum edidit A. P. De Lagarde, Lipsiæ 1854 cap. 12. Cf. *Constitutiones* apostolorum l. II. c. 57; S. Ignatii *epistolam ad Smyrneos* Syriace edidit cl. W. Cureton. Ejusdem sancti *Liturgia* e Syriaco in latinum conversa exstat apud Renaudotium *Liturg. Orient. collect.* t. II. p. 214. Ex versione syriaca *Vitæ Patrum* aliquod miraculum præsentiam realem Christi in Eucharistia adstruens protulit *Cl. Fr. Dietrich*, in *Dissertatione de cœna sacra*. Marburgi 1855 in-4 p. 5.

Digitized by Google

## ARTICULUS V.

### TESTIMONIA SYRORUM MONOPHYSITARUM.

Postquam, ex suavibus Patrum Orthodoxorum floribus, apum more, fidei favos conteximus, venenatas hæreseos herbas adeamus; quæ bona sunt eligentes, noxia autem relinquentes, ex amaro succo mel suave conficere conabimur memores verborum Augustini : « Ecclesia catholica » per totum orbem diffusa omnibus errantibus utitur ad » provectus suos, et ad eorum correctionem cum evigilare » voluerint. Utitur enim gentibus ad materiam operatio- » nis suæ, hæreticis ad probationem doctrinæ suæ (1). » Hæretici Syri in duas veluti familias dividuntur : earum altera est *Monophysitarum*, quorum variæ sectæ cum Eutychete conveniunt in asserenda una in Christo natura, altera *Nestorianorum*, qui, Nestorio duce, duas in Christo personas distinguunt. De Monophysitis agetur in hoc articulo, de Nestorianis dicemus in articulo sequenti.

### 1. *Xenaias Mabugensis. Anno* 485-522.

Xenaias seu Philoxenus Mabugæ Episcopus, in Epistola ad monachos Senunenses, refellit Nestorianos, qui personam Christi dividentes, affirmabant Eucharistiam carnem esse simplicis hominis, non autem Verbi divini. En ejus verba.

ܘܐܠܦܘܗܝ ܗܘ̣ ܒܪܐ ܘܡܟܪܙܐ ܠܟܠ ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ. ܠܟܠ ܗܘ
ܕܐܠܦܘܗܝ ܠܟܠܗ ܘܩܪܝܒ ܗܘ̣ ܒܪܐ ܕܗܘܐ ܒܪܢܫܐ ܘܡܠܬܐ ܗܘ̣ ܕܐܦ
ܡܢ ܡܠܬܐ ܕܐܬܒܪܢܫ ܐܡܪܐ ܕܐܠܗܘܬܗ ܗܘܐ ܘܐܦ ܦܓܪܗ
ܕܬܠܡܝܕܘܗܝ : ܐܠܐ ܡܢ ܦܓܪܗ ܗܘ̣ ܕܡܠܬܐ ܗܘܐ ܠܗ ܒܣܪܐ :

(1) Vid. S. Augustinum *De vera Religione* c. 6. ap. Migne Patrolog. Lat. t. XXXIV. col. 127.

Digitized by Google

ܠܬܪ̈ܬܐ ܕܝܢ ܗܘ ܟܝ ܗܘ ܚܕ ܟܝ ܐܝܬ ܠܗ ܒܪܐ ܟܠܗ ܕܡܪܝܗ
ܗܘܐ ܒܣܪܐ ܗܘ ܕܢܣܒ ܡܢܢ ܘܠܐ ܗܘܐ ܕܒܪܢܫܐ ܐܚܪܢܐ
ܕܡܬܦܪܫ ܠܒܪ ܡܢܗ . ܡܛܠ ܗܢܐ ܘܐܦ ܦܓܪܐ ܚܝܐ
ܕܐܠܗܐ ܚܝܐ ܡܘܕܝܢܢ ܕܢܣܒܝܢܢ . ܘܠܐ ܗܘܐ ܦܓܪܐ ܫܚܝܡܐ
ܕܒܪܢܫܐ ܡܟܝ ܕܐܝܬܘܗܝ ܡܝܘܬܐ ܘܕܡܐ ܚܝܐ ܘܕܚܝܐ ܒܟܠ
ܫܘܬܦܘܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܡܩܒܠܝܢܢ ܘܠܐ ܗܘܐ ܕܡܐ ܦܫܝܛܐ ܕܒܪܢܫܐ
ܡܬܚܫܒܢܐ ܚܕ ܡܢ ܡܢܢ ܐܝܟܢܐ ܕܡܢ ܗܘܝܘ ܡܬܚܫܒ ܒܪܐ .
ܠܐ ܓܝܪ ܠܒܣܪܐ ܕܐܬܦܪܫ ܡܢܝܗ ܠܦܓܪܗ ܘܠܗ ܠܒܠܚܘܕ
ܥܒܕܐ ܕܐܬܚܙܝ ܒܡܢ ܦܘܪܫܢܐ ܠܝܬܝܗ ܐܝܢܐ : ܐܠܐ ܐܡܪ
ܟܠ ܚܕ ܡܢ ܡܢܗܘܢ ܚܝܪܘܬܐ ܕܐܠܗܘܬܗ ܦܓܪܐ ܘܕܡܐ
ܕܝܠܗ : ܡܛܠ ܠܟܝ ܡܩܒܠ ܠܒܣܪܐ ܘܡܢܗ ܘܡܪܐ ܘܡܬܚܒ
ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ ܘܐܡܪ ܣܒܘ ܐܟܘܠܘ ܗܢܐ ܦܓܪܐ ܕܝܠܝ
ܕܡܬܩܨܐ ܡܛܠ ܐܢܫܐ ܠܫܘܒܩܢܐ ܕܚܛܗ̈ܐ : ܘܢܣܒ ܟܣܐ
ܚܫܐ ܘܐܘܕܝ ܘܡܛܠܗ ܘܐܡܪ ܣܒܘ ܐܫܬܘ ܡܢܗ ܟܠܟܘܢ :
ܗܢܐ ܕܡܐ ܕܝܠܝ ܕܡܬܐܫܕ ܠܫܘܒܩܢܐ ܕܚܛܗ̈ܐ .
ܘܡܢܐ ܠܒܣܪܐ ܦܓܪܐ ܘܠܚܣܝܢܐ ܕܡܐ ܠܐ ܗܘܐ ܕܐܢܫ ܐܚܪܢܝ ܐܠܐ
ܕܝܠܗ .

« Et est unus Filius ac Dominus quoad hæc duo : nimirum et qua Deus est, et qua homo factus : mansitque » unus etiam postquam factus est homo, sicut erat etiam » antequam incarnaretur : nisi quod olim quidem unus » erat carnis exspers, novissime vero ille idem unus » habens corpus : ipsius enim est caro illa, quam ex nobis » assumpsit non alterius hominis ab ipso separati. Atque » idcirco *vivum Dei vivi corpus confitemur nos accipere,* » *non autem nudum et simplex hominis mortalis corpus* : » *similiter et vivum vivi sanguinem in omnibus sacris haus-*

Digitized by Google

» *tibus accipimus*, non nudum hominis nostri similis san-
» guinem, ut Hæretici opinantur. Non enim panem sancti-
» ficatum corpus suum appellavit, neque vinum solummodo
» benedictione cumulatum, sacrum sanguinem suum
» nuncupavit, sed dixit unumquodque eorum vere suum
» corpus et sanguinem esse, sicut scriptum est : accepit
» Jesus panem, et benedixit, et fregit, deditque discipulis
» suis, dicens : accipite et manducate : *Hoc est corpus*
» *meum quod pro vobis frangetur in remissionem peccato-*
» *rum.* Similiter accipiens calicem, gratias super eo egit,
» et dixit : accipite, et bibite ex eo omnes : *hic est*
» *sanguis meus, qui pro vobis effundetur in remissionem*
» *peccatorum.* Ubi panem corpus et vinum sanguinem
» appellavit, non quidem hominis alterius, sed suum (1). »

## 2. *Joannis Telæ. Anno* 503-519.

Joannis Telæ fides de Eucharistia demonstrari potest ex ejus *Resolutionibus canonicis*, quas infra ex manuscripto Codice Parisino vulgamus. Sic *Resol.* 4. legimus :

ܫܘܐܠܐ : ܐܢ ܢܣܒ ܟܗܢܐ ܡܢ ܡܩܪܒܬܐ ܕܦܪܝܫܐ ܩܘܕܫܐ ܟܠ
ܐܘܪܚܐ ܕܠܐ ܡܨܒܥܬܐ ܘܠܐ ܢܬܬܣܝܡ : ܐܝܟ ܒܪ̈ܢܫܐ ܐܠܐ : ܐܢ ܐܝܬ
ܚܘܫܒܐ ܡܛܠ ܗܕܐ ܀ ܦܢܝ ܦܬܓܡܐ : ܟܗܢܐ ܕܡܢ ܡܩܪܒܬܐ
ܢܣܒ : ܐܦܢ ܕܟܗܢܐ ܒܡܠܬܗ . ܐܠܐ ܠܐ ܡܬܗܦܟ :
ܠܡܣܡܘܗܝ ܠܗܕܐ ܠܡܨܒܥܬܐ ܗܘ ܕܡܢ ܩܕܡ ܡܢ ܟܠ . ܣܘܡܟܐ
ܗܟܢܐ ܠܐܝܕܐ ܕܩܫܝܫܘܬܐ ܡܬܝܗܒ ܒܩܡܘܡܝܬܐ ܕܬܪܬܝܢ ܦܪ̈ܝܫܐ
ܐܝܬ . ܘܟܠ ܟܗܢܐ ܕܡܨܠܐ ܘܡܩܪܒܐ ܡܩܕܫ ܠܗܘܢ :

(1) Vid. Assemani *Biblioth. Orient.* t. II. p. 39. Scripsit Philoxenus liturgiam, in qua sæpe Christi in Eucharistia præsentiam memorat, ut videre est apud Renaudot. *Liturg. Orient. coll.* t. II. p. 300 sqq.



Digitized by Google

ܐܢ ܓܕܫ ܕܢܗܘܐ ܫܘܟܢܐ ܕܐܝܟ ܗܢܐ ܕܠܐ ܡܝܕܥܬܐ ܐܘ ܕܠܐ ܨܒܝܢܐ ܀

« *Discipulus :* si cadat mica ex margarita corporis sancti » super terram per inadvertentiam, nec inveniri possit, » scire volo an in hoc sit culpa? *Magister respondet :* » Mica, quæ ex margarita cecidit, exquiratur diligenter; » si autem non inveniatur, relinquamus eam scientiæ illæ » omnium præstantissimæ. Reus igitur est ille, qui con- » temptibiliter se gerit in ministerio Mysteriorum sancto- » rum, et non ille, qui cum timore et tremore ministrat » ea; si accidat ut fiat res talis absque scientia et voluntate. » Ex quo textu elucet fides Joannis. Quare enim vocatur Eucharistia margarita, corpus sanctum, nisi quia corpus est Christi? Ad quid tanta cura ne mica cadat, nisi quia ipsa minima particula corpus continet Salvatoris (1).

### 3. *Jacobus Edessenus. Anno* 687-710.

In Epistola de *Antiqua Syrorum Liturgia*, quam nobis servavit Dionysius Bar-Salibæus, Jacobus Edessenus, contineri in Eucharistia corpus et sanguinem Christi his verbis testatur :

ܡܩܪܒܝܢ ܩܘܪ̈ܒܢܐ ܡܘܗܒܐ ܠܘܬ ܐܠܗܐ ܘܡܢ ܩܕܡ ܕܢܬܩܕܫܘܢ
ܘܦܬ̈ܬܐ ܕܡܢܗ ܕܟܗܢܐ ܟܕ ܠܗ ܠܡܘܕܝܬܐ ܕܡܬ̈ܩܕܫܝܢ ܕܡܢܗ
ܠܘܬ ܐܠܗܐ ܐܦܐ ܗܘ ܕܡܢܗ ܡܬܩܪܒܐ ܕܦܓܪܐ ܕܡܫܝܚܐ ܘܕܡܐ
ܕܚܝ̈ܐ ܣܠܩ ܥܘܗܕܢ ܢܦܫ̈ܬܐ ܕܡܬܢܝ̈ܚܢܐ ܀
ܡܠܦ ܗܟܝܠ ܐܫܠܝܚܐ ܕܐܪܕܦ ܠܗ ܠܡܘܗܒܬܐ ܕܢܦܫܗ ܠܟܠܗܝ
ܠܗܘܢ ܘܫܠܡܬ ܕܩܘܪ̈ܒܢܐ ܗܠܝܢ ܕܦܓܪܐ ܘܕܡܐ ܠܡܢܝܢܐ ܘܡܘܠܐ

(1) De hoc textu fusius agemus in altera parte.

ܦܬܓܡ̈ܝܢ ܘܡܢ ܟܗܢܘܗܝ ܕܠܐ ܐܫܬܘܝܘ ܦܬܓܡ̈ܐ. ܘܡܢ ܗܕܐ
ܡܫܪܝܘ ܘܡܠܐ : ܬܘܒ ܠܘܬ ܐܒܐ ܟܪ̈ܝܐ ܘܠܘܬ ܐܒܘܗܝ ܠܟܠܗ
ܟܗܢܐ ܐܝܟ ܕܡܫܘܕܥܘܬܐ . ܘܡܢ ܟܗܢܐ ܬܘܒ ܘܠܐܒܘܗܝ
ܡܢ ܐܒܐ ܦܪܘܩܐ ܘܡܢ . ܘܗܘܝܐ ܬܫܠܘܡܘܬ ܟܪ̈ܝܐ ܘܟܠܗ
ܠܫܘܬܦܘܬܐ ܦܓܪܗ ܕܐܠܗܐ ܡܫܝܚܘܬܐ ܘܦܘܪܩܢܘܬܐ
ܢܦܫ ܗܘ ܕܐܫܬܘܝ ܠܡܫܘܬܦܘܬܐ ܕܦܓܪܐ ܘܕܡܐ .

« Tunc conversus ad Deum sacerdos, ex verbis quibus
» consensere, et ex sententia ipsius populi, exordium su-
» mens, verba sua ad Deum Patrem dirigit, cui *sacrifi-*
» *cium corporis et sanguinis Unigeniti in propitiationem*
» *animarum fidelium offertur.* »

Et infra : « his peractis, tradiderunt, debere sacerdotem
» populum contestari, eumque admonere in hæc verba :
» *hæc sancta corporis et sanguinis sanctis ac puris dantur*,
» non iis qui sancti non sunt : dumque hæc elata voce
» testatur, elevat in altum sacramenta, eaque universo
» populo, tanquam in testimonium, ostendit. Populus au-
» tem illico proclamat, inquiens : unus Pater sanctus etc.
» atque ita sacramenta percipiunt. Post communionem
» autem præceperunt fieri confessionem et gratiarum ac-
» tionem, eo quod digni facti sunt *participatione corporis*
» *et sanguinis* (1). »

(1) Ap. Assemanum, *Bibl. Orient.* t. I. p. 482 sq. Alia testimonia infra ministrabunt Jacobi Edesseni *Resolutiones canonicæ*. V. *Resol.* 7. sq. Possemus etiam hic congerere testimonia desumpta ex Liturgiis Dioscori Alexandrini, Severi Antiocheni, Jacobi Baradati seu Baradæi, Thomæ Heraclëensis, Mosis Bar-Cephæ, Philoxeni Bagdadensis, Joannis Basso-rensis, Joannis Bar-Susan, Michaelis Patriarchæ, Ignatii Bar-Vahib. Sed nolumus lectori fastidium creare sæpius repetendo eadem fere verba, quæ jam ex Liturgia S. Jacobi nota sunt; adeat, si velit, *Collectionem Liturg. Orient.* Renaudotii, t. II. p. 285, 320, 332, 383, 391, 399, 420, 437, 489, 508, 524. Liturgia Severi Antiocheni, sub ementito

Digitized by Google

4. *Joannes Daræ Episcopus. Sæculo VIII.*

Joannes Darensis ritus consecrationis exponens ait :

ܡܫܡܫܢܐ ܫܪܐ ܗܘ ܘܡܬܢܐ ܨܠܘ̈ܬܐ ܡܐܠܗ̈ܢܝܬܐ ܥܒ̈ܘܕܬ ܦܓܪܐ .
ܐܘܟܝܬ ܦܓܪܐ ܘܕܡܐ ܕܐܠܗܐ : ܐܝܠܝܢ ܕܝܢ ܥܒ̈ܘܕܬ
ܐܠܗܐ : ܗܠܝܢ ܕܡܢ ܪ̈ܝܫܝ ܟܗ̈ܢܐ ܐܫܬܒܚ ܘܐܬܬܣܝܡ
ܒܬܫܡܫ̈ܬܐ ܐܪ̈ܙܢܝܬܐ ܐܝܟ ܡܢ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܘܫܠܝܚܐ . ܕܗܘ
ܓܝܪ ܐܡܪ ܕܢܣܒ ܝܫܘܥ ܠܚܡܐ ܘܒܪܟ ܘܫܪܟܐ . ܗܘ ܕܝܢ
ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܒܗܘ ܠܠܝܐ ܕܡܫܬܠܡ ܗܘܐ ܒܗ ܢܣܒ
ܠܚܡܐ ܘܐܡܪ ܕܗܢܐ ܦܓܪܝ ܘܫܪܟܐ :

« Incipit autem qui ministrat, et repetit preces *deificas,* » *corpus scilicet efficientes et sanguinem Dei;* preces vero » deificæ sunt, quæ a pontificibus laudatæ sunt, et mys- » ticis ministeriis insertæ secundum Evangelium et apos- » tolum. Evangelium enim dicit : accepit Jesus panem, » et benedixit etc. Apostolus autem : Dominus noster » Jesus illa nocte, qua tradebatur, accepit panem, et » dixit : *hoc est corpus meum* (1). » Darensis dum his verbis Præsentiam realem et Transubstantiationem testatur, una quoque tradit Verbis Christi consecrationem perfici.

5. *Georgius Patriarcha. Anno* 1072.

Sub Georgio cœpta est famosa illa apud Jacobitas quæstio de verbis, quæ in Liturgia Syriaca in fractione hostiæ

nomine Severi Alexandrini, Syriace et Latine prodiit in libro de *Ritibus Baptismi*, Antverpiis 1572, cura G. Fabricii Boreriani. Liturgia Joannis Bar-Susan Syriace prodiit in Missali Chaldaïco. Romæ 1592, p. 157. Cyriaci Patriarchæ testimonium statim dabit Dionysius Bar-Salibæus.

(1) V. P. Benedictum, *Antirrheticon alterium adversus R. P. Lebrunum*, ad calcem Opp. Syr. S. Ephræmi t. II. p. 48.

Digitized by Google

leguntur : « *Panem cœlestem frangimus in nomine Patris » et Filii et Spiritus Sancti :* » quæ nonnulli tanquam usu recepta nullumque errorem continentia, retinenda esse affirmabant; alii contra tollenda contendebant, perinde ac si panem cœlestem a Verbo ac Filio Dei alium esse significarent. Georgius ea verba neque probans, neque improbans ad Guriam diaconum Edessenum, qui ipsum consuluerat in hunc modum rescripsit :

ܐܡܬܝ ܡܢ ܥܠܬ ܠܥܕܬܐ ܠܐ ܝܕܥ ܐܢܐ. ܐܡܬܝ ܕܝܢ ܐܫܬܕܝܬ ܝܕܥ ܐܢܐ. ܝܥܩܘܒ ܓܝܪ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܩܕܡܝܐ ܘܡܪܩܘܣ ܒܪܐ ܘܬܠܡܝܕܐ ܕܫܡܥܘܢ ܐܫܠܡܘ ܠܢ ܩܘܕܫܐ ܐܪܙܢܝܐ ܕܦܓܪܐ ܘܕܡܐ ܕܐܠܗܐ ܡܠܬܐ. ܘܠܐ ܐܫܬܟܚ ܒܢܘܡܘܣܐ ܕܠܚܡܐ ܫܡܝܢܐ ܩܨܝܢܢ ܒܫܡܐ ܕܐܒܐ ܘܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܒܐܢܐܦܘܪܐ ܕܝܢ ܡܠܘܗܝ. ܘܒܬܪ ܩܠܝܠ ܐܡܪ. ܘܝ ܠܢ ܐܢ ܐܝܬ ܒܬܘܕܝܬܢ ܠܚܡܐ ܕܢܚܬ ܡܢ ܫܡܝܐ ܕܠܐ ܗܘ ܒܪܐ ܘܡܠܬܐ ܕܐܠܗܐ ܐܝܬܘܗܝ.

« Quandonam ea verba in Ecclesiæ ritum inducta fuerint » ignoro : quandonam vero rejecta sint scio. Jacobus enim » primus Episcopus, et Marcus ex disciplina Petri filius » consecrationem mysticam Corporis et Sanguinis Dei » Verbi nobis tradidere, in quorum tamen anaphoris mi- » nime reperiuntur illa verba : Panem cœlestem frangimus, » in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Et paucis » interjectis, subdit : Væ nobis si in nostra confessione » sit panis, qui de cœlo descendit, neque sit ipsum Ver- » bum et Filius Dei (1). » Hæc controversia male intellecta nonnullis ansam præbuit, ut Syros non recte de Eucharistia sensisse autumarent. Contrarium ex verbis citatis eruitur.

(1) V. Assemani *Bibl. Or.* t. II. p. 341.

### 6. *Dionysius Bar-Salibi. Sæculo XII.*

Dionysius Bar-Salibæus Amidæ episcopus scripsit *Expositionem Missæ*, in qua, postquam varia Eucharistiæ nomina recensuit, et docuit particulas consecrandas esse debere numero impari, ex pane fermentato, recentes, seu eodem die coctas, a jejunis esse sumendas, ac sacrificium semel dumtaxat in die in uno altari offerendum, ubi ad consecrationem pervenit, præclarissima hæc de reali Christi in Eucharistia præsentia verba profert :

ܝܗܒ ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ ܘܐܡܪ. ܣܒܘ ܐܟܘܠܘ ܗܢܘ. ܗ.
ܠܡܠܦܢܘܬܐ ܕܝܢ ܕܠܐ ܦܘܫܩܐ ܐܟܠܗ ܡܢ ܗܘ ܦܓܪܐ ܡܢܗ ܕܝܢ
ܐܟܠܘ ܡܢ ܦܓܪܗ ܐܘ ܠܐ. ܐܫܬܡܠܝ ܕܐܟܠܘ ܡܢܗ ܘܐܫܬܝܘ
ܡܢ ܕܡܗ : ܡܢ ܗܘ ܕܐܡܪ ܕܠܐ ܐܫܬܐ ܠܥܠܡ ܡܢ ܗܫܐ
ܡܢ ܗܢܐ ܝܠܕܐ ܕܓܦܬܐ. ܘܡܢܘ ܐܦܪܝܡ ܐܡܪ ܕܐܟܠܘ
ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ ܦܓܪܗ ܘܗܘ ܥܡܗܘܢ ܐܟܠ ܘܐܫܬܝ ܠܢܦܫܗ
ܥܡܗܘܢ ܐܫܬܝ. ܘܗܟܢܐ ܡܢܘ ܐܘܣܛܐܬܝܘܣ ܐܡܪ ܗܘ ܕܢܬܠ
ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ. ܡܟܣܦ ܕܐܘܪܗܝ ܐܡܪ ܕܗܘ ܕܐܟܠ
ܡܢ ܦܓܪܗ ܘܐܫܬܝ ܡܢ ܕܡܗ ܫܪܝܪܐ. ܘܦܘܪܫܢܐ ܦܠܓܘܬܐ
ܕܝܢ ܗܘܐ ܕܐܟܠ ܡܢ ܦܓܪܗ ܘܐܫܬܝ ܡܢ ܕܡܗ ܡܠܟܝܢ ✣
ܗܢܐ ܕܝܢ ܐܬܘܗܝ ܦܓܪܐ. ܗ. ܐܝܟ ܕܠܡܘܬ ܕܚܝܠܐ
ܕܥܠ ܡܫܝܚܐ ܟܠ ܐܝܬܘܗܝ ܘܒܪܗ ܘܦܓܪܗ ܘܪܘܚܗ
ܦܓܪܗ ܗܘ ܐܠܗܘܬܗ ܦܓܪܐ ܗܘ ܕܡܢ ܒܬܘܠܬܐ ܐܘ ܐܢܫܘܬܐ
ܟܠܗ ܡܢܗ. ܐܫܬܡܠܝ ܕܗܘ ܐܠܗܘܬܗ ܦܓܪܗ ܘܕܡܗ ܕܡܢ
ܒܬܘܠܬܐ. ܐܠܐ ܒܬܪ ܡܘܗܒܬ ܐܠܗܐ ܕܐܬܚܠܛܐ ܥܡ ܗܘܐ ܕܢܗܘܐ.
ܐܫܬܡܠܝ ܒܪܢܫܐ ܕܡܘܬܐ. ܡܫܝܚܐ ܕܝܢ ܗܘ ܕܫܡܠܝ ܡܢ
ܐܢܫܐ ܠܥܠܡܐ ܡܢ ܐܘܠܐ ܘܫܘܒܚܗ ܘܡܠܟܘܬܗ ܦܓܪܐ ܕܐܘܟܠ :

ܗܘ ܡܫܠܡܢܘܬܗ ܠܗܢܐ ܠܦܓܪܐ ܘܠܟܠܗ ܦܓܪܐ ܕܥܕܬܐ
ܗܘ ܕܩܕܡ ܒܫܘܠܡܐ ܘܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ: ܘܗܘ ܕܡܫܠܡ ܠܟܗܢܐ
ܕܐܡܪܐ ܒܩܘܕܫܝܢ ܘܡܫܠܡ ܠܡܗܝܡܢܐ ܕܒܢܝܢܐ ܒܩܘܕܫܝܢ:
ܗܘ ܡܫܠܡ ܠܦܓܪܐ ܗܢܐ ܘܠܟܠܗ ܦܓܪܐ ܗܘ ܕܩܕܡ ܒܫܘܠܡܐ
ܘܡܫܠܡ ܠܟܗܢܐ ܗܘ ܘܠܟܠܗ ܕܡܢܐ ܗܘ ܕܩܕܡ ܒܫܘܠܡܐ.
ܗܟܢܐ ܐܦ ܡܪܢ ܐܫܠܡ ܢܦܫܗ ܠܦܓܪܐ ܘܠܥܕܬܐ ܕܡܫܝܚ
ܗܘܢܐ. ܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܗܘ ܕܢܚܬ ܠܥܘܗܕܢܗ ܕܒܫܘܠܡܐ ܘܠܟܠܗ
ܠܟܗܢܐ ܗܘ ܕܡܫܠܡ ܦܓܪܐ ܘܕܡܐ ܕܡܫܝܚܐ ܠܥܡܐ: ܗܘ ܗܘ ܕ
ܢܚܬ ܥܠ ܡܕܒܚܐ ܘܠܟܠ ܦܓܪܐ ܘܠܟܗܢܐ ܕܡܫܡܫ ܦܓܪܗ
ܘܕܡܗ ܕܡܫܝܚܐ ܠܥܡܐ ܗܘ ܕܫܠܡ ܥܠ ܒܫܘܠܡܐ ܡܫܡܫ
ܥܡ ܐܚܪܢܐ ܕܗܘܢܐ ܗܘ ܕܡܫܝܚ ܘܡܫܡܫܝܢ.

« Deditque Discipulis suis et dixit : accipite, *manducate*
» ex eo. Discipulos quidem ex illo corpore manducasse,
» indubitabile est. De Domino vero nostro quæritur, man-
» ducavit de corpore suo nec-ne? Dicimus : manducavit
» de corpore suo et bibit de suo sanguine, juxta ipsius
» effatum, non bibam amodo vobiscum de hoc genimine
» vitis. S. Ephræm ait : comederunt discipuli ejus ex ejus
» corpore, et ipse pariter cum eis comedit : biberuntque
» sanguinem ejus, et ipse simul cum eis bibit. Similiter
» S. Joannes (Chrysostomus) inquit : quum gustasset, dedit
» discipulis suis. Jacobus Edessenus pro certo affirmat,
» eum ex corpore suo manducasse, et de sanguine bibisse.
» Cyriacus Patriarcha, et Bar-Cepha docent, comedisse
» illum de suo corpore, et de sanguine potasse. »

Et infra : « *Hoc meum est corpus.* Oportet inquirere an
» panis, quem accepit Christus in manus suas et benedixit
» et sanctificavit et corpus suum appellavit, ipsum sit
» corpus, quod ex Virgine est, an aliud præter ipsum?

Digitized by Google

» Dicimus ipsum esse corpus ejus et sanguinem ejus
» quæ ex virgine sunt. Sed forsan quis objiciet : quomodo
» id fieri potest? Dicimus ad eum : hoc possibile est.
» Dextera enim illa, quæ ab initio sumpsit pulverem e terra
» et mutavit eum effecitque Adæ corpus eadem mutavit
» panem hunc et effecit illum Verbi Corpus quod ex
» Virgine et Spiritu Sancto est. Et is qui carnem agni
» in Ægypto accipiens, convertit eam fecitque ut esset in
» salutem Hebræorum in Ægypto, ipse convertit panem
» hunc fecitque corpus illud quod de Virgine est, et vinum
» illud convertit, fecitque sanguinem illum qui de virgine
» est. Ita quoque intellige hodie de pane et vino, quæ
» offert sacerdos. Spiritus sanctus, qui in Virginis uterum
» descendens, carnem illam quæ ex ipsa erat, corpus et
» sanguinem Verbi Dei effecit, idem super altare descen-
» dens, panem et vinum ibi posita facit corpus et sanguinem
» Verbi Dei, quæ ex Virgine Maria assumpsit, per sacer-
» dotem, qui sacerdotali munere fungitur et Liturgiam
» celebrat. »

Et postquam c. 13 errorem Nestorianorum confutavit, addit : « dicuntur corpus et sanguis, quia non id sunt,
» quod videntur. Nam oculis quidem videntur panis et
» vinum esse, verum intelliguntur et sunt corpus et
» sanguis Dei. Et quemadmodum ipse Jesus non videbatur
» nisi homo, et Deus erat, sic ista videntur panis et vinum,
» sunt autem corpus et sanguis. » Num, quæso, clarius exprimi possit aut realis Christi Præsentia, aut Transubstantiatio?

Ex variis locis hic recitatis et hæc colliguntur : 1° sententiam fuisse a Syris receptam Christum ex Eucharistia cum discipulis comedisse, quod opinati sunt alii Patres; 2° ad sæculum usque duodecimum agitatam fuisse inter Syros quæstionem utrum esset idem Christi corpus in Eucha-

Digitized by Google

ristia, quod ex Virgine Maria natum est, an aliud præter ipsum? Norunt omnes ea de re multum fuisse disputatum sæculo nono apud Latinos inter Ratramnum et alios. Unde occasionem nacti sunt Protestantes fingendi dogma præsentiæ realis tunc fuisse inventum. Ratramno in hac controversia præiverat, tribus fere sæculis, S. Joannes Maro, cujus doctrinam dedimus supra p. 28. Hunc locum et alia multa fere verbotenus in suo commentario inseruit Bar-Salibæus. Hinc factum est, ut a Renaudotio (1) et J. S. Assemano (2) opus Bar-Salibæi cum tractatu S. Joannis Maronis confunderetur, et utrumque nonnisi unum opus reputaretur, sed suum cuique scriptum restituit Al. Assemanus (3).

Non tamen semper sibi constat Bar-Salibæus; nam etsi perspicuis verbis, ut vidimus, Transubstantiationem asseruerit, docueritque Verbis Christi consecrationem fieri, infra tamen ubi pervenit ad Invocationem Spiritus Sancti contrarium innuit. En ejus verba

ܟܗܢܐ ܟܕ ܩܥܐ ܐܡܪ ܡܙܡܬܐ ܕܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ . ܘܡܫܡܠܠ
ܟܝܢܐ ܐܦ ܘܐܡܪ . ܗ . ܡܗܘܐ ܕܡܠܬܐ ܟܠ ܡܙܡܬܐ ܕܪܘܚܐ
ܩܕܝܫܐ ܐܬܐ ܕܬܓܠܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܢܚܬ ܗܘܐ ܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ
ܟܠ ܠܚܡܐ ܘܚܡܪܐ . ܗܘ ܕܝܢ ܒܪܐ ܢܚܬ ܘܡܫܠܡܐ ܠܗܘܢ
ܡܢܬܘܬܐ : ܕܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܡܠܟܘܬܢܐ ܢܚܬ . ܘܐܫܪܝ
ܕܡܠܟܘܬܐ ܗܘܐ ܒܒܠܬܐ . ܐܚܪܢܐ ܕܝܢ ܕܢܚܬ ܠܡܪܩܘ ܕܡܪܩܘܣ
ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܡܠܐܟܐ ܕܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܬܐܬܐ ܘܐܡܪ : ܘܢܒܥܐ
ܠܡܫܪܐ ܕܒܝܬ ܒܬܘܠܬܐ ܩܢܘܗ ܕܡܠܟܬܐ ܟܝܢܐ : ܗܟܢܐ
ܢܚܬ ܥܠ ܠܚܡܐ ܘܚܡܪܐ ܕܥܠ ܡܕܒܚܐ ܘܡܫܡܠܐ ܠܗܘܢ

(1) V. Renaudotii *Liturg. Orient. collect.* t. II. p. 74.
(2) V. Jos. Sim. Assemani *Bibl. Orient.* t. II. p. 177.
(3) V. Al. Assemani *Cod. Liturg. Eccles. Univers.* t. V. p. lx.

ܦܓܪܗ ܘܕܡܗ ܕܡܠܬܐ ܐܠܗܝܐ ܕܡܢ ܒܬܘܠܬܐ . ܠܘܩܒܠ
ܐܟܪܙܢܢ ܕܐܦܢܐ ܕܠܘܬ ܒܬܘܠܬܐ ܡܪܝܡ ܐܝܟ ܗܟܢܐ
ܕܬܠܝܬܝܐ ܒܪܐ : ܒܪܐ ܕܝܢ ܢܚܬ ܠܟܪܣܗ ܕܒܬܘܠܬܐ
ܘܐܬܓܫܡ ܡܢܗ . ܢܚܬ ܠܘܩܒܠ ܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܠܘܬ ܒܬܘܠܬܐ
ܩܕܝܫܬܐ ܕܢܓܒܠܝܘܗܝ ܠܒܪܐ ܡܢܗ : ܗܟܢܐ ܘܗܪܟܐ ܠܘܬ
ܡܕܒܚܐ : ܐܒܐ ܨܒܐ ܕܢܬܚܝܕ ܒܪܐ ܡܠܘܐܝܬ ܠܠܚܡܐ
ܘܠܚܡܪܐ ܘܫܪ ... ܘܒܬܪ ܕܡܢ ܦܓܪܐ ܠܚܡܐ ܘܚܝܠܗ ܕܐܒܐ
ܚܕ ܦܓܪܐ ܫܡܝܢܐ . ܐܦ ܗܘ ܕܡܢ ܐܠܗܘܬܐ ܘܐܢܫܘܬܐ ܚܕ
ܡܢܢ ܡܫܡܗܢܐ ܘܡܬܘܡܝܐ ܡܪܘܡܐ : ܘܚܕܝܘܬܐ ܗܕܐ ܕܐܢܫܘܬܐ ܕܐܢ
ܚܝܘܬܐ ܒܝܢܬܐ ܘܡܬܘܡܝܬܐ ܕܡܠܬܐ ܠܘܬ ܒܪܗ .

« Sacerdos inclinatus dicit invocationem Spiritus sancti.
» *Miserere mei Deus Pater*, etc. Hoc loco de Spiritus sancti
» invocatione inquirendum, cur hic super panem et vinum
» descendit Spiritus sanctus? Ecce enim Filius descendit
» iisque *personaliter unitur*. Cur igitur Spiritus sanctus
» descendit? Respondemus : ideo, quia sicut in uterum
» Mariæ descendit, juxta illud Angeli : *Spiritus sanctus*
» *superveniet* etc. sumptamque ex Virgine carnem corpus
» Verbi Dei effecit : ita super panem et vinum, quæ altari
» super imposita sunt, descendit, eaque corpus et san-
» guinem Verbi Dei, quæ ex Virgine sunt, facit. Item
» dicimus, sicuti ad Virginem Mariam quod spectat, Pater
» quidem voluit ut Filius incarnaretur; Filius vero in
» uterum Virginis descendit, et ex ea incarnatus est : Spi-
» ritus autem sanctus descendit, etiam in eam, ut Filio
» corpus ex ea formaret; sic et hic in altari, Pater vult,
» ut *Filius pani et vino personaliter uniatur*, etc... Demum
» quod *ex corpore, pane, et virtute Patris unum corpus*
» *cœleste efficitur*, mystice significat, quod ex divinitate et

Digitized by Google

» humanitate una est natura incarnata et persona compo-
» sita : nam hæc mystica unio naturalem ac personalem
» Verbi cum sua carne unionem designat. »

Huc usque Bar-Salibæus secum ipse pugnans, et una cum æresi Monophysitarum asserens quamdam veluti impanationem seu unionem hypostaticam Christi cum pane. Ait enim : *Christum uniri personaliter pani et vino*, quamvis supra locuerit : species sacramentales *oculis quidem videri panem t vinum, verum intelligi et esse corpus et sanguinem Dei* (1).

. *Gregorius Bar-Hebræus Orientis Maphrianus. Anno* 1226-1286.

Minus recte de Eucharistia sensisse Bar-Hebræum ex erbis sequentibus patet :

ܐܝܟܢܐ ܕܟܝܢܗ ܐ̱ܢܫܝܐ ܕܡܪܝܐ ܠܐ ܡܢ ܟܝܢܐ : ܐܠܐ ܡܛܠ
ܚܘܝܕܐ ܕܥܡ ܟܝܢܐ ܐܠܗܝܐ : ܐܠܗܐ ܐܬܐܡܪ ܘܐܝܬܘܗܝ
ܗܟܢܐ ܐܦ ܠܚܡܐ ܗܢܐ ܘܚܡܪܐ ܠܐ ܡܢ ܟܝܢܐ ܐܝ
ܦܓܪܐ ܘܕܡܐ . ܐܠܐ ܡܛܠ ܛܝܒܘܬܐ ܕܪܘܚܐ ܕܡܓܢܢܐ ܥܠܝܗܘܢ
ܦܓܪܐ ܘܕܡܐ ܕܡܫܝܚܐ ܡܬܩܪܝܢ .

« Quemadmodum natura humana Domini non natura sed propter unionem cum natura divina, Deus dicitur et est ; ita et panis hic et vinum non *naturâ* corpus et sanguis sunt, sed propter *gratiam Spiritus*, qui ipsis illabitur, corpus et sanguis Christi dicuntur (2). »

Putaverim Bar-Hebræum eumdem errorem professum isse ac Bar-Salibæum, scilicet exstare unionem quamdam risti cum pane et vino ; non autem dixerim Bar-Hebræum gavisse Præsentiam realem. Nec obstant verba : *panis et*

(1) Eumdem errorem professus est quidam anonymus Syrus, cujus rba refert Assemanus *Bibl. Or.* t. II. p. 197. De Dionysio fusius agentem . Assemanum l. c. p. 156-210.

(2) Vid. Assemanii *Bibl. Orient.* t. II. p. 293.

Digitized by Google

*vinum non naturâ corpus et sanguis sunt, sed propter gratiam Spiritus.* Vult enim tantum significare Bar-Hebræus panem et vinum naturam suam non amisisse, naturâ permansisse panem et vinum, sed per gratiam Spiritus panem et vinum unita fuisse carni Christi, qui præsens tunc adest. Docuerit igitur Bar-Hebræus præsentiam realem; quod confirmatur ex ejus Liturgia (1), in qua post communionem dicit sacerdos : « Nunc, domine, quandoquidem » per gratiam tuam incomprehensibilem, præstitisti nobis, » ut communicaremus huic mysterio divino, et divinos » faciente, utque nobis uniretur corpus hoc, quod est » corpus tuum sanctum. »

## ARTICULUS VI.

### TESTIMONIA SYRORUM NESTORIANORUM.

Nunc ad finem huic dissertationi imponendam, superest ut exponamus Syrorum Nestorianorum sententiam. Nestoriani ergo, in propugnanda reali Christi in Eucharistia præsentia, conveniunt cum aliis Syris, a quibus tamen cum in disciplina, tum etiam in illius dogmatis explicatione plurimum dissentiunt. « Cum enim, ait Assemanus (2), » Verbum Deum asserant affective tantum Christo Jesu » unitum, eumdemque Jesum Christum in Eucharistia » vere præsentem esse, sequitur ex eorum sententia, nos » in Eucharistia corpus et sanguinem Christi Jesu, non » Verbi Dei accipere. » Quin et aliqui ulterius progredientes docuerunt, contradicentibus aliis, non esse in Eucharistia idem Christi corpus, quod est in cœlo; Eucharistiam non esse nisi corpus Christi mysticum naturali Christi corpori unitum. Inter hos recensendi sunt Babæus, Geor-

(1) Ap. Renaudotium *Liturg. Orient. collect.* t. II. p. 467.
(2) Ap. Asseman. *Bibl. Orient.* t. III. p. 2. p. 291.

Digitized by Google

gius Mossulanus et Timotheus II quorum tamen sententiam a sensu figurato Calvinistarum multum abesse, facile quisque perspiciet. Calvinistæ enim Christi corpus in Eucharistia contineri ita negant, ut aliquam tantum Christi figuram aut virtutem in pane agnoscant; hoc vero Nestoriani ne

## BIBLIOGRAPHIE.

Dissertation sur la croyance et la discipline de l'Église syriaque relativement a l'Eucharistie, suivie de deux textes inédits, traduits et commentés par Th.-J. LAMY, licencié en théologie et professeur agrégé pour les langues orientales à l'Université catholique de Louvain. (*Dissertatio de syrorum fide et disciplina in re eucharistica accedunt veteris ecclesiæ syrianæ monumenta duo, unum Joannis Telensis, alterum Jacobi Edesseni*. Louvain, Vanlinthout, 1859. Un vol. in-8º de XVI-274 pages. Prix : 5 francs.)

Nous annoncions il y a peu de temps à nos lecteurs la publication d'une solide et éloquente dissertation d'histoire et de littérature présentés pour le doctorat à la faculté de philosophie de Louvain, par M. Parizel, sur S. Avite. Aujourd'hui nous avons hâte de leur signaler un savant Mémoire composé pour le doctorat en théologie par un jeune licencié, — qui a récemment débuté dans l'enseignement des langues orientales sous les plus heureux auspices.

Les études syriaques qui avaient jeté assez d'éclat dans nos provinces au XVIe siècle étaient demeurées presque abandonnées jusqu'à nos jours, quand Mgr. Beelen entreprit de les restaurer : on sait tout ce qu'il déploya de science et de dévouement pour réunir à ses frais les divers types de caractères orientaux, les mettre en œuvre, et arriver promptement à éditer son remarquable travail sur saint Clément Romain qui a reçu un si honorable accueil dans le monde savant, et dont les conclusions scientifiques et doctrinales ont déjà pris place dans les œuvres destinées à vulgariser les grands monuments de la foi chrétienne; nous voulons parler de la nouvelle édition si soignée de l'*Histoire des auteurs ecclésiastiques* de D. Cellier, publiée par la librairie de L. Vivès à Paris.

M. Lamy, en fidèle disciple de la science et du zèle de

(1) Ap. Assemanum in *Biblioth. Orient.* t. III. p. 1. p. 95.

Digitized by Google

*vinum non naturâ corpus et sanguis sunt*, *sed propter gratiam Spiritus.* Vult enim tantum significare Bar-Hebræus panem et vinum naturam suam non amisisse, naturâ permansisse panem et vinum, sed per gratiam Spiritus panem ... fuisse carni Christi, qui præsens tunc

perdue, les yeux pleins d'éblouissements, il me passait dans l'esprit des idées, oh! des idées, terribles, affreuses, va; et il y aurait eu devant moi un abîme que je m'y serais jeté sans hésiter, la tête la première.

— Ah! mon oncle, quelle vilaine pensée!

— Sois tranquille à présent, c'est fini, oh! c'est bien fini. Me voilà redevenu tout à fait sage, grâce à toi, grâce à mon cher ange gardien, ajouta-t-il en embrassant de nouveau sa nièce.

— Et moi? murmura la tante presque timidement quand de grosses larmes coulaient sur ses joues amaigries, coulaient de ses yeux restés secs dans les plus cruelles souffrances, et moi, mon enfant (c'était la première fois qu'elle se servait de cette expression), tu ne m'embrasses pas?

— Oh! si, ma tante, et bien volontiers, dit la jeune fille émue et souriante en se précipitant dans les bras de sa tante, qui, après l'avoir embrassée plusieurs fois avec effusion, lui dit:

— Ma chère enfant, ma fille, permets-moi maintenant de t'appeler ainsi.

— Mais j'en suis trop heureuse, ma bonne tante.

— J'ai à te demander bien pardon du passé. Je t'ai fait tant souffrir!

— Chère tante, non, chère mère!

— Merci, mon enfant.

— Chère maman, ne parlons plus de ces choses. Moi je n'y pense plus d'abord, à tout cela. Ah! bien, je suis trop contente. Ne songeons plus qu'à nous aimer en rattrapant le temps perdu. Et vous, M. Frédéric, me dit-elle, vous ne m'en voudrez pas à cause de votre parente que je vais mettre dans l'embarras peut-être?

— Ma parente, mademoiselle, répondis-je en m'essuyant les yeux, serait ici qu'elle ferait comme moi; elle ne pourrait qu'approuver, applaudir, et dirait que vous êtes une bonne chrétienne et un grand cœur.

— Ah! je vous en prie, Monsieur, murmura-t-elle en rougissant, pas de tels compliments que je ne mérite pas. Je ne fais que mon devoir.

(*Les épreuves d'une Mère.*) Bathild Bouniol.

(*La suite prochainement.*)

(1) Ap. Renaudotium *Liturg. Orient. collect.* t. II. p. 467.

(2) Ap. Asseman. *Bibl. Orient.* t. III. p. 2. p. 291.

Digitized by Google

gius Mossulanus et Timotheus II quorum tamen sententiam a sensu figurato Calvinistarum multum abesse, facile quisque perspiciet. Calvinistæ enim Christi corpus in Eucharistia contineri ita negant, ut aliquam tantum Christi figuram aut virtutem in pane agnoscant; hoc vero Nestoriani ne somniarunt quidem. Si qui enim inter eos docuerunt, Eucharistiam esse figuram et mysterium Corporis Christi, hac loquendi ratione significare voluerunt panem in Eucharistia post consecrationem remanere et uniri corpori ipsius Christi. Itaque Transubstantiationem quidem negabant, non vero Præsentiam realem.

### 1. *Babæus Archimandrita. Anno* 569-628.

Babæus in libro de *Unione*, ita de Eucharistia loquitur :

ܘܐܝܟܢܐ ܕܦܓܪܐ ܕܒܥܕܬܐ ܘܦܓܪܐ ܕܒܫܡܝܐ ܚܕ ܦܓܪܐ ܒܬܪܝܢ
ܦܘܪܫܢܝܢ ܘܒܬܪܝܢ ܟܝܢܝܢ ܒܚܕ ܚܝܠܐ ܒܚܕ ܚܘܣܝܐ ܘܒܚܕ
ܠܚܡܐ ܘܠܐ ܒܬܪܝܢ : ܗܟܢܐ ܚܕ ܒܪܐ ܘܚܕ ܡܪܝܐ ܝܫܘܥ
ܡܫܝܚܐ ܒܬܪܝܢ ܟܝܢܝܢ ܘܒܚܕ ܦܪܨܘܦܐ ܕܒܗ ܡܬܝܕܥܢ
ܬܪܝܢ ܩܢܘܡܝܢ ܕܐܠܗܘܬܐ ܘܕܐܢܫܘܬܐ ܒܚܕܐ ܢܩܝܦܘܬܐ ܘܒܚܕ
ܚܝܠܐ ܘܒܚܕܐ ܣܓܕܬܐ ܘܫܘܠܛܢܐ ܘܡܪܘܬܐ ܘܐܝܩܪܐ .

« Et quemadmodum corpus quod in Ecclesia est, et » corpus quod in cœlo, unum corpus sunt in duabus » quidem differentiis et in duabus naturis, in una vero » virtute, in una propitiatione, et in uno pane non in » duobus : ita unus Filius et unus Dominus Jesus-Christus » in duabus naturis et in uno prosopo (persona), in quo » duæ hypostases noscuntur divinitatis et humanitatis, in » una sequela (adhæsione) in una virtute, in una adoratione, potestate, dominatione et majestate (1). »

(1) Ap. Assemanum in *Biblioth. Orient.* t. III. p. 1. p. 95.

Digitized by Google

### 2. *Josue Bar-Nun. Sæculo IX.*

JOSUE BAR-NUN, qui anno 820 Chaldæorum patriarcha electus fuit, multa scripsit de disciplina ecclesiastica. Sequentem Resolutionem refert ASSEMANUS :

ܫܘܐܠܐ. ܐܪܝܟ ܕܢܒܘܬ ܦܓܪܐ ܩܕܝܫܐ ܕܡܫܝܚܐ ܐܘ ܠܐ. ܫܪܝܐ
ܣܘܓܐܐ ܕܝܢ ܕܡܠܦܢܐ ܠܐ ܡܫܒܩܝܢ ܠܗܕܐ ܟܠ. ܘܩܠܝܠܘܗܝ
ܐܡܬܝ ܕܐܠܝܨ ܣܢܩܐ ܐܢܝܢ ܥܕܡܐ ܠܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ.

« Interrogatio. Fas est remanere in crastinum *sacrum* » *Christi corpus* nec-ne? Solutio. Plerique doctores id nul- » latenus probant. Aliqui tamen permittunt, ut quum » necessitas postulat, ad tres usque dies servetur (1). »

### 3. *Elias Damascenus. Anno* 893.

ELIAS Damasci Metropolita, in tractatu de *Concordia fidei* inter Syros Nestorianos, Melchitas et Jacobitas hæc notatu digna profert : « illos (scilicet Nestorianos, Melchitas et » Jacobitas) secum convenire deprehendo, in religiosa » dominicorum dierum festorumque christianorum obser- » vatione, nec-non in oblatione Eucharistiæ, *quam Christi* » *corpus et sanguinem esse profitentur* (2). » Omnes igitur Syri sive Nestoriani sive Jacobitæ sive Melchitæ ad sæculum usque nonum, Elia teste, confessi sunt Eucharistiam esse corpus et sanguinem Christi, quod Ecclesia catholica semper credidit, semper docuit.

### 4. *Joannes Bar-Abgari. Anno* 900.

JOANNES BAR-ABGARI, Nestorianorum patriarcha, scripsit

(1) Ap. ASSEMANUM in *Bibl. Orient.* t. III. p. 1. p. 244.
(2) Ap. ASSEMAN. *Biblioth. Orient.* t. III. p. 1. p. 514, et p. 2. p. 294.

Digitized by Google

canones 28 de *Altari et Eucharistia*, ubi de altaris et Eucharistiæ materia, usu, munditie, ritu, administratione inter alia multa præcipit : altaria fixa esse debere; lignea prohibenda esse; nefas esse altaria denudari; particulas consecrandas ex farina frumenti electi, aqua pura, oleo olivæ cum sale et fermento ab eorum Doctoribus tradito conficiendas esse a sacerdotibus vel diaconis, non autem a monachis vel laïcis; oportere ut hostia duodecim drachmarum pondus habeat et recens sit; non licere eam in diem sequentem servare aut extra ecclesiam præterquam ad infirmos deferre. In omnibus his canonibus innuitur fides circa Præsentiam realem, quæ etiam explicite pluries declaratur. Sic can. XX :
ܫܦܪ ܓܝܪ ܠܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܘܦܩܕ ܕܠܐ ܢܫܬܒܩ ܓܙܐ ܥܠ
ܡܕܒܚܐ ܠܬܪܝܢ ܝܘܡܝܢ. ܕܢܫܬܒܩ ܓܝܪ ܦܓܪܐ ܥܠ ܡܕܒܚ
ܠܝܘܡܐ ܐܚܪܢܐ: ܘܠܐ ܢܡܘܣܐ ܥܬܝܩܐ ܦܣ ܘܠܐ ܚܕܬܐ
ܟܬܝܒ ܓܝܪ ܒܢܡܘܣܐ ܕܡܘܫܐ ܕܠܐ ܢܫܬܘܪ ܡܢܗ ܠܨܦܪܐ
ܘܐܝܢܐ ܕܡܬܡܪܚ ܘܡܬܥܠܡ ܥܠ ܦܓܪܗ ܘܕܡܗ ܕܡܪܢ ܢܗܘ
ܐܬܠܘܗܝ ܢܘܟܪܝܐ ܡܢ ܪܐܙܐ ܩܕܝܫܐ ܘܫܪܝܐ ܘܡܚܪܡܐ ܡܢ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ
« Placuit Spiritui sancto et præcepit ne thesaurus (sacramentum) super altare ad biduum relinquatur. *Corpus* enim super altare ad diem sequentem relinquere, nec vetus, nec nova lex permittit. Scriptum est enim in lege Moysis, nec remanebit ex eo quidquam usque mane. » Et can. XXI addit : « qui vero temere atque intemperanter erga *Domini corpus et sanguinem* se gesserit, alienus esto a sacris mysteriis et suspensus et excommunicatus a Spiritu sancto. »
Can. XXIII iterum dogma catholicum inculcat, simulque exceptiones quasdam affert canoni XX : « Placuit Spiritui sancto et præcepit, ut si necessaria, et minime voluntaria causa exigat, ut sacra mysteria super altari in

Digitized by Google

» diem crastinum serventur, eo quod non adsit, qui una
» cum eo qui celebravit, eadem sumere valeat, alterutrum
» e duobus fiat : et si quidem christianus vel christiana
» inveniatur, qui simul *sanguinem amboque mysteria* con-
» sumat, id faciat, sciens ea quæ supersunt ad commu-
» nionem mysteriorum pertinere. Si autem *sanguinem*
» *dumtaxat sumat*, *corpus autem propter suam quantitatem*
» *consumi nequeat*, servetur in diem crastinum super al-
» tari, curaque eidem adhibeatur, ut lampades coram eo
» ardeant, et nocturnum officium peragatur. »

Luculentiora idem auctor scribit in *quæstionibus Ecclesiasticis* arabiæ conscriptis : « Christianus quidam de
» oblatione minus recte sentiens, dicit eam esse meram
» legem, seu ritum quemdam. Respondetur : communione
» privandum donec a peccato suo resipiscat, et pœniten-
» tiam ostendat, atque confiteatur oblationis excellentiam,
» et convenientem eidem honorem, illamque esse corpus
» et sanguinem Christi quo peccata delentur (1). »

5. *Georgius Arbelæ. Sæculo X.*

Georgius Arbelæ et Mosul Metropolita in libro inscripto : *Declaratio omnium divinorum officiorum* de Liturgia loquens hæc habet :

ܐܝܬܝܗܝ ܗܘܝ ܒܟܢܘܫܝܐ ܠܟܗܢܐ ܐܡܪܘ ܕܦܓܪܐ ܘܕܡܐ ܕܡܫܝܚܐ
ܐܩܢܘܡܗܝ ܕܐܢܐ ܗܠܝܢ ܩܘܪܒܢܘܬܐ : ܘܠܐ ܕܐܢܐ ܕܦܓܪܗ ܘܕܡܗ.
ܐܬܐܡܪܢ ܠܗܘܢ ܕܡܠܠܘܢ ܕܗܦܟܬܐ ܩܘܪܒܢܘܬܐ ܐܩܢܘܡܗܘܢ
ܡܠܠܘܢ ܡܫܝܚܐ ܕܟܠ ܩܘܪܒܢܐ . . . ܐܦ ܢܦܩܢ ܐܬܐܡܪܢ
ܕܟܝܐ ܗܘܐ ܩܘܪܒܢܐ. ܘܩܘܪܒܢܐ ܗܘܐ ܟܝܢܐ : ܘܗܝ ܡܬܚܫܒܢ ܕܠܐ
ܡܬܡܠܟܢ ܡܢܗܝܢ ܐܬܐܡܪܢ ܕܟܝܢܐ ܟܠܗ ܟܝܢܐ ܘܠܐ ܩܘܪܒܢܐ

(1) Vid. Assemani *Biblioth. Orient.* t. III. part. 1. p. 238-249.

Digitized by Google

ܗܘܐ ܐܠܗܐ ܟܝܢܐ : ܐܠܐ ܒܚܘܝܕܐ ܗܘܐ ܐܠܗܐ ܒܪܢܫܐ
ܘܒܪܢܫܐ ܐܠܗܐ . ܐܢܗܘ ܕܗܟܢ ܗܘܝ ܐܝܬܝܗܝܢ : ܐܦ
ܦܓܪܐ ܘܕܡܐ ܗܘܘ ܗܢܐ ܠܚܡܐ ܘܚܡܪܐ : ܠܘ ܟܝܢܐ ܐܠܐ
ܒܚܘܝܕܐ : ܘܟܕ ܡܫܬܡܠܝܢ ܠܗܘܢ ܦܓܪܐ ܘܕܡܐ ܟܝܢܐ : ܐܦ
ܗܟܢܐ ܡܫܬܡܠܝܢ ܠܗܘܢ : ܐܝܟܢܐ ܕܐܠܗܘܬܗ ܕܗܟܢܐ ܕܦܓܪܐ
ܘܕܡܐ ܐܠܗܘܬܗ ܒܗܘ ܕܟܝܢܐ ܡܫܬܡܠܝܢ : ܘܐܢܗܘ ܕܦܓܪܐ
ܘܕܡܐ ܠܐ ܫܚܠܦ ܐܠܗܘܬܗ ܠܐܠܗܘܬܗ ܗܟܢܐ : ܗܘܝ ܗܟܢܐ
ܐܠܗܘܬܗ ܠܐܠܗܘܬܗ ܦܓܪܐ ܘܕܡܐ . ܒܗܘ ܕܗܟܢܐ ܢܬܐ
ܡܬܐܡܪ ܒܗ ܗܘ ܕܐܠܗܘܬܗ ܠܗ ܡܢܝܢܬܐ : ܟܠ ܡܬܠܬܐ
ܐܠܗܘܬܗ ܕܐܢܫܘܬܐ : ܘܟܠ ܕܐܢܫܘܬܐ ܐܠܗܘܬܗ ܡܬܠܬܐ .
ܐܡܪܝܢ ܓܝܪ ܕܡܫܬܡܠܝܢ ܠܡܫܡܫܢܐ ܗܟܢܐ ܕܡܬܠܬܐ : ܡܫܬܡܠܝܢ
ܠܟܘܢܐ ܗܟܢܐ ܕܡܫܡܫܐ : ܠܟܬܒܐ ܡܫܝܚܐ : ܠܡܫܝܚܐ ܡܫܘܚܐ
ܕܡܫܡܫܐ ܠܟܠܗ ܐܘܡܢܘܬܐ : ܘܕܡܘܪܐ ܕܐܢܫܘܬܐ . ܠܐܠܗܘܬܗ
ܗܠܝܢ ܡܢ ܗܠܝܢ ܫܘܟܠܐ ܕܐܬܚܫܒ . ܘܟܠ ܡܟܠܝܐ ܕܐܠܗܘܬܗ
ܟܝܢܐ ܡܫܬܡܠܝܢ ܕܐܠܗܘܬܗ : ܐܠܐ ܐܠܗܘܬܗ ܒܚܘܝܕܐ ...
ܗܟܢܐ ܐܦ ܠܚܡܐ ܘܚܡܪܐ ܐܠܗܘܬܗ ܡܫܬܡܠܝܢ ܦܓܪܗ ܘܕܡܗ
ܕܡܫܝܚܐ ܘܒܪܢܫܐ : ܟܝܢܐ ܠܚܡܐ ܘܚܡܪܐ .

« Aiunt quidam theophori, hæc sacramenta proprie » corpus et sanguinem Christi esse, non sacramentum » corporis et sanguinis ejus. Quibus respondemus, res » quasdam naturales esse, alias cum natura cunjunctas... » Sic dicimus, Deus factus homo, et homo factus Deus. » Quum certi simus, non esse mutatas naturas, affirma- » mus Deum mansisse Deum, non hominem factum natura » Deum, sed per unionem Deum hominem factum, et » hominem Deum. Quæ quum ita sint, hic quoque panis » et vinum fiunt corpus et sanguis, non quidem natura

» sed unione : quumque ea corpus et sanguinem aliqua
» ratione appellemus, etiam sacramenta vocamus, ut palam
» fiat, eadem corporis et sanguinis mysteria esse, prop-
» terea quod natura distinguuntur. Si enim directe corpus
» et sanguis essent, nequaquam mysteria dicerentur; quum
» autem mysteria sint, non igitur corpus et sanguis. Mys-
» terium enim signum ejus est, quod naturaliter non inest.
» Omnia naturalia, non sunt mystica, et omnia mystica
» non sunt naturalia. Quemadmodum enim diaconum dici-
» mus mysterium angeli repræsentare, et sacerdotem myste-
» rium Christi, cancellos cœlum, altare sedem Christi bema
» ($\beta\tilde{\eta}\mu\alpha$) Jerosolymam, et cœtera hujusmodi, quæ revera
» non id sunt, quod repræsentant, nec tamen ea id esse
» negamus quod naturaliter non sunt, eo scilicet quod
» per unionem id sint... ita et panis et vinum per unio-
» nem quidem ac mystice corpus et sanguis Christi sunt :
» natura autem panis et vinum (1). » Eodem modo locutus
est Timotheus secundus patriarcha, cujus verba statim hic
subjicimus.

### 6. *Timotheus II Patriarcha. Sæculo XIV.*

Timotheus II Nestorianorum patriarcha in libro *De Sacramentis Ecclesiæ* ita scribit :

ܡܛܠ ܕܡܢ ܠܒܣܡܐ ܠܐ ܡܬܦܪܫܢܐ ܗܘ ܘܡܫܟܚܢܐ ܠܐ ܕܡܬܚܠܦܢܐ ܗܘ :
ܐܝܟܢܐ ܦܓܪܐ ܘܕܡܐ ܡܬܩܪܝܢ . ܐܡܪܝܢ ܐܦܠܐ ܕܦܓܪܗ
ܐܢܫܐ ܕܡܫܝܚܐ ܡܢ ܟܠ ܦܢܝܐ : ܐܠܐ ܡܛܠ ܚܕܝܘܬܐ
ܕܟܕ ܦܢܝܐ ܠܟܝܢܐ : ܟܝܢܐ ܐܬܚܘܝ ܘܡܬܩܪܐ : ܒܗ ܒܚܕܝܘܬܐ
ܠܒܣܡܐ ܗܢܐ ܘܡܫܟܚܢܐ ܡܢ ܟܠ ܦܢܝܐ ܐܝܟ ܦܓܪܐ ܘܕܡܐ :

(1) V. Assemani *Bibl. Or.* t. III. part. 1. p. 534 et part. 2. p. 292.
Versionem Assemani litteræ strictius inhærentes paululum immutavimus.

Digitized by Google

ܐܠܐ ܡܛܠ ܡܩܘܒܠܘܬܐ ܕܪܘܚܐ ܕܒܓܘܗܘܢ ܡܫܪܝܐ : ܦܓܪܐ ܘܕܡܐ
ܕܡܫܝܚܐ ܡܬܩܪܝܢ . ܐܦ ܕܝܢ ܡܬܘܩ ܐܝܟ ܘܐܡܪ . ܘܐܢ
ܠܚܡܐ ܘܚܡܪܐ ܡܛܠ ܡܩܘܒܠܘܬܐ ܕܪܘܚܐ ܦܓܪܐ ܐܢܘܢ ܘܕܡܐ
ܕܡܫܝܚܐ : ܘܦܓܪܐ ܘܕܡܐ ܕܡܫܝܚܐ ܡܛܠ ܚܝܕܘܬܐ ܕܥܡ
ܐܠܗܐ ܐܠܗܐ ܐܢܘܢ : ܡܟܝܠ ܠܚܡܐ ܗܢܐ ܘܚܡܪܐ ܐܠܗܐ ܐܢܘܢ
ܘܐܝܢܐ ܡܬܩܒܠ ܗܕܐ . ܡܦܢܝܢܢ : ܕܐܠܘ ܒܟܝܢܐ ܐܡܪܝܢ
ܗܘܝܢ ܠܠܚܡܐ ܘܚܡܪܐ ܦܓܪܐ ܘܕܡܐ ܘܒܟܝܢܐ ܐܦ ܠܦܓܪܐ
ܘܕܡܐ ܐܠܗܐ . ܒܟܢ ܫܪܝܪ ܗܘܐ ܡܘܬܒܐ ܗܘ ܠܘܩܒܠܢ . ܟܕ ܠܘ
ܗܟܢܐ : ܐܠܐ ܠܠܚܡܐ ܡܢ ܘܠܚܡܪܐ ܦܓܪܐ ܘܕܡܐ ܐܡܪܝܢܢ
ܡܛܠ ܡܩܘܒܠܘܬܐ ܕܪܘܚܐ : ܠܐ ܕܐܠܗܐ ܐܢܘܢ ܒܟܝܢܐ.

« Quum panis nequaquam carneus sit, neque vinum » sanguineum, quomodo corpus et sanguis dicuntur? Di- » cimus : sicut humana Christi natura non naturâ, sed » propter unionem cum natura divina, Deus est et dicitur : » ita et hic panis et vinum, quum corpus et sanguis na- » tura non sint, propter gratiam Spiritus sancti, qui super » ea illabitur, corpus et sanguis Christi appellantur. Quod » si quis objiciat, dicens : Si panis et vinum propter » Spiritus gratiam corpus sunt et sanguis Christi, corpus » autem et sanguis Christi propter unionem, quam habent » cum Deo, Deus sunt; — igitur hic panis et vinum Deus » sunt, quod quis admittat? Respondemus : Si affirmare- » mus, panem et vinum naturâ esse corpus et sanguinem, » corpus item et sanguinem esse naturâ Deum, vera » fuisset adversus nos illa illatio, quum vero non ita se res » habeat, sed panem et vinum propter gratiam Spiritus » corpus et sanguinem dicamus, non igitur infertur quod » naturâ Deus sint (1). »

(1) Vid. Assemani *Biblioth. Orient.* t. III. part. 2. p. 292.

Digitized by Google

Quum hæc TIMOTHEI et GEORGII testimonia non sint adeo perspicua, ut elucidatione non indigeant, quæritur utrum Transubstantiationem tantum ad modum Lutheranorum hi auctores negaverint, an vero etiam realem Præsentiam, sicut Sacramentarii?

ASSEMANUS in sua *Biblioth. Orient.* t. III. part. 1. p. 534. GEORGIUM Mosulanum veritatem corporis Christi in Euchatia negavisse pro certo affirmavit; sed in *Dissertatione de Nestorianis* (1), mutata sententia dixit : « Constat, Nestorianos quoad Eucharistiam cum Ecclesia catholica » absolute consentire; quum tamen explicare volunt hoc » augustissimum sacramentum bifariam eos divisos reperio: » et plerosque quidem confiteri in Eucharistia vere ac » realiter existere idem corpus Christi quod est in cœlo; » nonnullos vero asserere, Eucharistiam nihil aliud esse » quam corpus mysticum, id est, unitum vero et naturali » corpori Christi non ipsum Christi corpus. » Cum ASSEMANO crediderim, BABÆUM, GEORGIUM et TIMOTHEUM hanc secundam tenuisse sententiam, ideoque eos Transubstantiationem quidem negavisse, non autem Præsentiam realem.

Objiciat quis auctores illos docere panem et vinum *naturâ* non esse corpus et sanguinem, sed propter *Spiritus gratiam ita appellari*, et *sicut diaconus dicitur mysterium angeli* repræsentare, ita quoque panem et vinum mysteria vel figuras esse corporis et sanguinis, adeoque negari realem Præsentiam.

Respondetur : ut GEORGII et TIMOTHEI mentem assequamur, de quanam controversia agant attendamus necesse est. Voluerit igitur TIMOTHEUS occurrere iis, qui, ut putem, ad defendendam contra eum transubstantiationem, hac eum difficultate premebant : asseris naturam panis remanere in sacramento, simulque Deum in eo præsentem confiteris,

(1) V. ASSEMANI *Bibl. Orient.* t. III. p. 2. p. 292.

Digitized by Google

ergo doces panem natura esse Deum, quod quis admittat? Si autem panem natura esse Deum neges, tunc Deum in Eucharistia præsentem negare cogeris. Quibus respondet Timotheus : panem quidem in Eucharistia remanere, simulque Deum ibidem inesse, sed exinde haud consequi panem natura sua esse Deum, quia panis fit Deus non natura sed per unionem cum Deo, *sicuti humana Christi natura, non naturâ sed per unionem cum natura divina, Deus est et dicitur.* Ex hac explicatione apparet Timotheum quandam propugnasse unionem Christi cum pane, ideoque impanationem docuisse. Alibi autem Timotheus docet : unum esse « corpus mensæ vitæ cum cœlesti, non duo. » Ex quibus verbis manifestum fit eum realem præsentiam nequaquam negavisse. Alteram autem difficultatem solvere Georgius conatus fuerit. Nempe inter Syros eo tempore agitata fuerit quæstio, quæ paulo ante a quibusdam Latinis excitata fuerat : an corpus Christi nulla sub figura, nullis sub velaminibus in Eucharistia præsens adesset, seu, ut verbis scholæ utar, an in sacramento accidentia remanerent? Quidam negabant accidentia remanere, docebant autem corpus Christi *directe* et *proprie* percipi a fidelibus communicantibus. His Georgius respondet : panem et vinum sacramenta esse corporis et sanguinis Christi, ideoque corpus et sanguinem Christi non directe et proprie, sed indirecte percipi cum pane et vino; panem autem et vinum non natura sed per unionem fieri corpus et sanguinem, sicuti per unionem homo factus est Deus. Unde sequitur, ex mente Georgii, remanere in Eucharistia substantiam panis simulque Christum ibidem adesse, ideoque Præsentiam realem affirmari, Transubstantiationem negari.

Hanc fuisse mentem nonnullorum Nestorianorum confirmat auctor *Expositionis symboli Nicæni*, ubi : « adversus » eos qui dicunt nos (id est Nestorianos) in duos filios » credere » respondet : « Non equidem; sed propter unio-

Digitized by Google

» nem ejus cum Filio substantiali et vero, unum Filium
» esse confitemur. Quemadmodum *unum esse corpus credi-*
» *mus sacramenta, quæ in remissionem distribuuntur, cum*
» *eo corpore, quod est in cœlo ad dexteram Patris.* Non
» enim dicimus, duo esse corpora, corpus scilicet Domini
» nostri, et panem hunc, qui in ecclesia distribuitur:
» non, inquam, duo, sed unum corpus, *propter unionem*
» *hujus visibilis panis, cum eo Deitatis corpore*, quod
» sursum est in cœlo. Quumque hoc quidem naturâ panis
» sit, illud vero naturâ divinum; attamen per voluntariam
» unionem, id est, quia voluit, et hoc sibi per illapsum
» Spiritus sancti univit, unum corpus esse confitemur et
» hoc visibile, et illud invisibile, non duo corpora propter
» differentiam naturæ unius cujusque (1). »

Concludimus igitur: quamvis mirum non esset hæreticos qui pessime circa personam Verbi et Christi errarunt, etiam Præsentiam Realem negasse, non tamen eo usque nobis probatum est ullum scriptorem Nestorianum illud dogma

(1) ܟܡܫܠ ܐܢܚܢܢ ܕܐܡܪܝܢ ܕܦܠܓܝܢ ܬܪܝܢ ܡܘܕܝܢܢ : ܠܐ ܗܟܢܐ .
ܐܠܐ ܐܝܟ ܚܝܘܕܘܬܐ ܕܠܘܬ ܒܪܐ ܐܝܬܝܐ ܘܫܪܝܪܐ : ܚܕ ܒܪܐ ܡܘܕܝܢܢ
ܕܐܝܬܘܗܝ . ܐܝܟܢܐ ܕܚܕ ܦܓܪܐ ܡܘܕܝܢܢ ܕܐܝܬܘܗܝ . ܐܪ̈ܙܐ ܕܡܬܦܠܓܝܢ
ܠܫܘܒܩܢܐ : ܥܡ ܗܘ ܦܓܪܐ ܕܝܬܒ ܡܢ ܝܡܝܢ ܐܒܐ ܐܝܬܘܗܝ ܒܫܡܝܐ . ܠܐ ܓܝܪ
ܐܡܪܝܢܢ ܕܬܪܝܢ ܦܓܪ̈ܝܢ ܐܢܘܢ : ܦܓܪܗ ܕܡܪܢ ܘܠܚܡܐ ܗܢܐ ܕܒܥܕܬܐ
ܡܬܦܠܓ . ܠܐ ܬܪܝܢ : ܐܠܐ ܚܕ ܦܓܪܐ . ܡܛܠ ܚܝܘܕܗ ܕܠܚܡܐ ܗܢܐ
ܡܬܚܙܝܢܐ ܥܡ ܗܘ ܦܓܪܐ ܕܐܠܗܘܬܐ ܕܠܥܠ ܒܫܡܝܐ . ܘܟܕ ܐܝܬ ܗܢܐ
ܒܟܝܢܗ ܠܚܡܐ ܗܘ ܘܗܘ ܒܟܝܢܗ ܐܠܗܐ ܗܘ ܐܠܐ ܒܚܝܘܕܐ ܨܒܝܢܝܐ
ܗܢܘ ܕܨܒܐ ܘܚܝܕܗ ܠܗ ܒܡܓܢܢܘܬܐ ܕܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ : ܚܕ
ܦܓܪܐ ܡܘܕܝܢܢ ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܢܐ ܡܬܚܙܝܢܐ ܘܗܘ ܠܐ ܡܬܚܙܝܢܐ . ܘܠܐ ܗܘܐ
ܬܪܝܢ ܦܓܪ̈ܝܢ ܡܛܠ ܦܘܪܫܢ ܟܝ̈ܢܝܗܘܢ .

Digitized by Google

negasse, quamvis ex Joanne Bar-Abgari constet quosdam revera Syros ita sensisse (1).

### 7. *Ebed-Jesu Sobensis. Anno* 1285-1317.

Ut testimoniorum series claudatur, postremo loco audiamus præcipuum Syrorum Nestorianorum doctorem, Ebed-Jesu, Sobæ episcopum, qui in libro *Margaritæ* inscripto et nuperrime ab Em. Cardinali *Maio* luce donato, sacramentum altaris sic explicat :

ܩܘܪܒܢܐ ܐܝܬܘܗܝ ܬܫܡܫܬܐ ܕܩܡ ܡܫܠܡܘܬܐ ܠܫܠܝ̈ܚܐ ܡܢ
ܡܪ̈ܢܐ ܠܥܠܡܐ ܡܬܩܪܒܐ ܥܠ ܗܢܐ ܕܢܗܘܘܢ ܫܘܬܦ̈ܐ ܘܥܘܗܕܢ
ܗܝܟܠܬܐ . ܘܩܘܪܒܢܐ ܡܢ ܕܩܝ̈ܡܬܐ ܡܢ ܚܛܝܬܐ ܚܪܝܬܐ ܘܪܒܐ
ܦܬܓܡܐ ܗܘܝܢ ܗܘܘ . ܒܗܠܝܢ ܕܝܢ ܡܫܝܚܘܗ ܕܐܠܗܐ ܗܘ ܕܢܣܒ
ܕܡܠܬܐ ܕܒܣܪܐ ܦܓܪܗ ܩܪܒ ܕܒܢܬܐ ܠܐܒܘܗܝ ܚܠܦ ܚܛܗ̈ܝܢ
ܕܒܠܡܢܐ ܕܡܠܝܐ ܗܕܐ ܐܡܪܗ ܕܐܠܗܐ ܗܘ ܕܒܗܠܝܢ ܚܝܘܬܗ
ܕܒܠܡܢܐ ܡܢ ܡܘܬܐ ܐܬܒܠܥ . ܘܪܡܙܗ ܒܝܘܬܢܐ ܚܝܬܐ ܚܠܦ
ܦܓܪ̈ܐ ܒܥܘܡܕܐ ܚܝܘ̈ܬܐ ܐܬܐܡܝܢ . ܗܟܢܐ ܒܟܠ ܝܘܡ ܐܝܟ
ܐܠܗܐ ܒܒܠܡܢܐ ܐܚܪܢܐ ܕܒܦܓܪܗ ܡܫܝܚܐ ܠܡܠܟ . ܗܘ ܕܩܘܪܒܢܐ
ܚܝܐ ܘܡܠܠܡܢܐ ܚܠܦ ܡܠܘܗܝ ܦܪܝܫܬܐ ܠܐܒܘܗܝ ܐܬܩܪܒ
ܘܪܟܒ ܒܒܠܡܢܐ ܒܠܐ ܪܘܚܬܗ ܘܐܠܗܝ ܩܘܪܒܢܐ ܠܥܠܡܐ̈ .
ܘܠܒܢܝ̈ܢܫܐ . ܘܡܠܝܠܐ ܕܠܐ ܡܝܬܐ ܗܘܬ ܕܒܢܘܗ ܕܒܪܢܫܐ
ܚܠܦ ܩܘܪܒܢܐ ܕܟܠ ܟܠܗ ܐܬܪ ܘܒܥܠܕܒܒܝܢ ܘܠܗܘܬ ܟܠܗ
ܒܢܘܗܝ ܬܬܡܪܝܪ ܕܠܐ ܡܫܬܠܚܐ : ܡܢ ܡܠܬܚܘܝܢܘܬܐ . ܘܐܬܦܪܫ
ܣܘܟܠܝܘܬܐ ܘܠܒܫ ܚܝܘܬܝܘܬܐ . ܘܡܠܟܐ ܗܘ ܕܒܗ ܡܬܚܠܠܝܢ

(1) Vid. Assemani *Biblioth. Orient.* t. III. part. 1. p. 534, 576 sqq. et part. 2. p. 290-317.

ܗܘܐ ܡܠܟ ܚܬܘܗܝ ܕܥܠܡܐ: ܢܫܒ ܗܘܐ ܠܥܠܡܐ ܟܠܗ
ܐܬܪܘܗܝ ܕܪܘܡܬܐ ܕܠܐ ܡܬܘܡܐ ܘܕܠܐ ܫܘܠܡܐ ܘܒܪܝܗ ܘܩܝܡܐ ܘܡܗܘܒ
ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܗܢܘ ܦܓܪܝ ܕܥܠ ܐܦܝ ܚܛܗܘܗܝ
ܕܥܠܡܐ ܡܬܩܨܐ ܠܫܘܒܩܢܐ ܕܚܛܗ̈ܐ. ܐܦ ܥܠ ܟܣܐ ܐܘܕܝ
ܘܝܗܒ ܠܗܘܢ ܘܐܡܪ. ܗܢܘ ܕܡܝ ܕܕܝܬܝܩܐ ܚܕܬܐ ܕܚܠܦ
ܣܓܝܐ̈ܐ ܡܬܐܫܕ ܠܫܘܒܩܢܐ ܕܚܛܗ̈ܐ. ܗܟܢ ܗܘܟܝܠ ܡܠܟܗܘܢ ܐܫܠܡܗ
ܥܠ ܠܥܡܐ ܗܢܐ ܘܐܫܠܡ ܡܢ ܟܗܢܐ ܗܢܐ. ܘܗܟܢܐ ܗܘܫܠܡܘܗܝ
ܠܫܠܝܚܐ ܟܠ ܐܡܬܝ ܕܡܬܟܢܫܝܢ ܠܥܘܗܕܢܗ. ܟܗܢܐ ܗܘܟܝܠ
ܕܥܕܬܐ ܡܟܪܙܐ ܡܬܚܫܒ ܠܥܡܐ ܠܦܓܪܗ ܩܕܝܫܐ ܘܡܫܪܐ
ܠܕܡܗ ܡܫܡܪܐ ܘܗܘܝܢ ܟܡܘܢܝܢ ܚܛܗ̈ܐ ܘܠܝܘܡܐ ܘܠܚܘܕܬܐ
ܠܚܘܫܒܐ ܘܠܡܫܩܠܐ ܪܒܐ ܕܩܝܡܬܐ ܕܠܝܢ ܟܝܢ ܡܝܬܬܐ
ܠܚܝܘܬܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܫܡܝܐ ܘܠܚܝܐ ܚܕܬܐ ܠܐܝܠܝܢ
ܕܡܗܝܡܢܘܬܐ ܕܠܐ ܦܠܓܝܢ ܠܗܘܢ ܠܢܦܫܝܢ. ܟܠ ܐܡܬܝ
ܕܝܢ ܕܢܬܐܠܐ ܗܠܝܢ ܡܬܩܪܒܢ: ܒܗ ܒܡܫܡܫܢܐ ܦܓܪܢܝܐ
ܠܗ ܟܠ ܐܬܝܢ ܠܬܠܝܢ ܘܡܬܠܚܡܝܢ. ܘܡܫܡܫܢܐ ܕܗܠܝܢ
ܠܗ ܘܠܡܠܟܗ ܡܬܚܫܒܝܢ. ܡܬܬܣܝܡܝܢ ܐܝܟ ܦܓܪܗ ܩܕܝܫܐ
ܦܓܪ̈ܝܢ ܘܡܬܬܠܝܢ ܕܠܗ ܐܝܟܢܐ ܕܒܪܟܢ. ܚܕ ܐܝܟ ܦܓܪܐ
ܕܝܢ ܗܘ ܒܡܫܡܫܢܘܬܐ ܡܬܟܠܝܢ ܒܗܘ ܕܡܫܡܫܢܐ ܘܠܗܢܐ
ܕܟܗܢܘܬܐ. ܡܫܡܫ ܕܝܢ ܥܠ ܡܕܒܚܐ ܕܫ̈ܢܝܐ ܘܡܫܪܐ ܟܗܢ
ܕܟܗ ܡܬܚܠܠܝܢ ܠܦܓܪܐ ܘܠܡܫܪܐ. ܐܝܟܢܐ ܕܡܢ ܐܘܟܝܬ ܘܙܘܬܐ
ܡܢ ܒܡܫܠܡܢܘܬܐ ܚܝܐ ܘܡܫܡܠܝܘܬܐ ܕܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ.

« Oblatio est ministerium, quod per res sensibiles ab
» infimis superis offertur in spem veniæ peccatorum, et
» precum exauditionis. Et oblationes quidem antiquorum
» mutis animantibus cæsarumque hostiarum cruore con-

» stabant : apud nos vero Unigenitus Dei, qui servi formam » assumpsit, corpus suum hostiam Patri suo pro mundi » vita obtulit; quapropter *Agnus Dei*, *qui tollit peccatum* » *mundi* a Joanne fuit appellatus, ejusque sanguis in no» vum testamentum, pro multis in remissionem peccatorum » effusus fuit. Sic enim dilexit Deus mundum, ut Filium » suum unigenitum daret, qui hostia viva et rationalis » Patri suo pro omnibus oblatus est, mundumque cum » majestate sua reconciliavit, salutemque angelis et ho» minibus operatus est. Quoniam vero fieri non poterat, » ut mactatio ejus in cruce pro omnium salute, in omni loco atque tempore et apud quemlibet hominem in sua substantia sine mutatione repræsentaretur; misericordi ter respexit et clementer atque sapientissime providit, ac, illa nocte, in qua tradebatur pro mundi vita, accepit panem in sanctas ac immaculatas manus suas, et benedixit ac fregit deditque discipulis suis dicens : hoc est corpus meum, quod pro mundi vita frangitur, in remissionem peccatorum. Similiter super calicem gratias egit, deditque eis dicens : hic est sanguis meus Novi Testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum : accipite ergo omnes et manducate ex hoc pane, et bibite ex hoc calice, atque ita facite, quotiescumque convenietis, in meam commemorationem. *Hoc itaque præcepto Dominico mutatur panis in sanctum ejus corpus et vinum in pretiosum ejus sanguinem*, et fiunt in remissionem peccatorum et in emundationem et illuminationem et propitiationem et spem magnam resurrectionis a mortuis, et in hæreditatem regni cœlorum, et in vitam novam illis qui in fide sine hæsitatione hæc percipiunt; quotiescumque enim ad hæc mysteria accedimus, in ipsum Christum occurrimus, ipsumque in manibus nostris gestamus et osculamur, et eorumdem



Digitized by Google

» perceptione cum ipso unimur. *Miscetur enim sanctum » ejus corpus cum nostris corporibus, ejusque pretiosus » sanguis nostro cum sanguine contemperatur.* Unum nam» que corpus atque idem per fidem novimus illud quod » in cœlo, et hoc quod est in Ecclesia. Tradidit porro » illud in materia tritici et vini, quia valde affinia sunt » sanguini et corpori. Formam vero impertit vivo verbo » suo et per illapsum Spiritus sancti (1). »

Hoc testimonio adstrui in Eucharistia cum Præsentiam realem, et Transubstantiationem, tum etiam incruentum novæ legis sacrificium, quæ dogmata connexa sunt, nihil opus est argumentatione aliqua demonstrare; verba enim tam clara sunt, ut nulla explicatione aut interpretatione indigeant.

Ejusdem operis capite sequenti Ebed-Jesu loquitur de *sacro Fermento*, quod pani consecrando immiscent Nestoriani. Illius originem Ebed-Jesu ex mente suorum ad SS. Apostolos Thomam et Bartholomæum et ad discipulos Adæum et Marim refert. De illo fermento fabulæ plane aniles sparguntur inter Nestorianos. Audiatur Joannes Bar-Zugbi, qui serio narrat, Christum cum in cœna Eucharistiam instituisset, partemque unam singulis apostolis distribuisset, duplicem præbuisse Joanni apostolo, quarum unam ille sumpserit, alteram vero repositam custodierit, cui postea sanguinem e latere Christi in cruce effusum immiscuerit; indeque efformaverit sacrum fermentum (2).

Ad recentiores Nestorianos quod attinet, illos Josephus II Chaldæorum patriarcha reprehendit, cum quod panem eucharisticum ex fermento, ut supra dictum est, conficiunt,

(1) Vid. Ebed-Jesu *Margaritam* trac. IV. Cap. 5. Ap. Em. Card. Mai, *Script. vet. nov. collect.* t. X. p. 333 et 358.

(2) Vid. Assemani *Biblioth. Orient.* t. III. part. 1. p. 239, 309, 336, 363, et part. 2. p. 293, sqq.

Digitized by Google

tum etiam quod verba consecrationis vel plerumque omittunt, vel, ubi ea adhibent, sensu historico tantummodo referunt, et consecrationem invocatione Spiritus sancti fieri sentiunt. Realem autem Præsentiam a Nestorianis negari nullus Syrorum hucusque, quod sciam, dixit. Semper itaque in admittendo eo dogmate cum catholicis convenerunt Nestoriani sive antiqui sive recentiores, etsi in explicatione illius mysterii sæpe hallucinati sunt, et in re disciplinari merito reprehensi.

## CONCLUSIO.

Nunc ut præviæ huic dissertationi finis imponatur quædam supersunt monenda. Et *primo* quidem nos non omnia collegisse Syrorum Scriptorum testimonia, quibus dogma catholicum declarari potuisset; sed ea tantum quæ directe et aperte Realem Christi in Eucharistia Præsentiam testarentur. In qua re ita versati sumus, ut, ex præcipuis Doctoribus, ea potissimum seligeremus, quæ dum Præsentiam realem adstruerent, simul dogmatis illius aliquod consectarium, aliquam, circumstantiam, vel aliquem ritum dogmati accomodatum, vel tandem aliquem hæreticorum errorem manifestarent.

Innumera alia prætermisimus testimonia, quæ etsi dogma catholicum iisdem fulciri poterat, paulo tamen obscuriora erant; nec, nisi explicatione addita, vim probandi habebant. Tales sunt locutiones, quæ in Liturgiis, in Canonibus et in aliis scriptis frequenter occurrunt, veluti *panem cœli*, *panem vitæ manducare*, *mysteria sancta accipere et custodire*; *margaritam pretiosam edere*, *carbonem vivum recipere*, etc. Qui modus loquendi fidem catholicam ponit; sed explicatione et discursu indiget.

*Secundo* ex iis quæ hactenus disputavimus, conficitur

Digitized by Google

Ecclesiam Syriacam in confitendo dogmate Eucharistico cum Ecclesia Latina et Græca omnino consentire. Itaque sicut sæculo elapso frustra Sacramentarii laborarunt, ut sibi favere Ecclesiam græcam ostenderent, sic quoque inepte nonnulli eorum hodie in subsidium desperatæ suæ causæ advocant Ecclesiam Syriacam. Nec majorem ab ea utilitatem capere possunt Lutherani. Nam, etsi non negamus nonnullos Syrorum Hæreticorum transubstantiationem negavisse; hæc tamen opinio non nisi paucorum fuit; iique nec sibi constantes, nec inter se consentientes in hac re visi sunt.

Postremo monendum est in priore hac operis mei parte actum esse tantummodo de dogmate; in ea vero quæ nunc sequitur, sermo instituetur de disciplina et ritibus ad eucharistiam pertinentibus. Ex quibus patebit, omnes Syros, ne Nestorianis quidem aut Monophysitis exceptis, ritus sacros summopere commendasse eorumque violatores tanquam commissi flagitii reos habuisse. Unde palam fiet, Lutheranos, ubi morem servandi Eucharistiam damnarunt, ritusque sacros tanquam superstitiosos vilipenderunt, non minus Ecclesiæ Syriacæ quam Latinæ contradixisse.

Digitized by Google

# PARS POSTERIOR.

---

## Syrorum in re Eucharistica disciplina.

Nunc ad alteram progredimur operis nostri partem quæ duo continet Syriacæ Ecclesiæ monumenta, in quibus de templis, de altaribus et vasis sacris, de Eucharistiæ materia, confectione, distributione, asservatione atque attrectatione plurima occurrunt, quæ hodiedum vix aut ne vix quidem cognita sunt. Cum vero eadem opera prodesse vellemus cum studiis christianæ antiquitatis, tum etiam litteris Syriacis in opere nostro hæc præstimus.

Primo loco exhibuimus Joannis Telæ *Resolutiones canonicas* cum versione latina.

Secundo vero loco Jacobi Edesseni *Resolutiones canonicas pariter* cum versione latina.

Præterea in utrumque illum libellum observationes scripsimus miscelleaneas philologicas, historicas, theologicas. Et philologicas quidem contextæ libellorum orationi subjecimus, cæteras vero quum identidem essent longiores ad calcem libri rejecimus. Illud denique monendum est, quamquam inveniebantur in istis libellis inter cæteras resolutiones, etiam tales quæ ad Eucharistiam non pertinerent, nos tamen noluisse eas omittere, ut textus integri prout in codice jacent ederentur.

Digitized by Google

## ܒܬܘ̈ܟܠܢܐ ܕܡܠܟܗ ܕܡܫܝܚ ܕܠܐ ܚܠܦ ܡܬܘܢܐ ܀

—

### ܬܘܒ ¹ ܫܘܐ̈ܠܐ ²

ܫܐܠܗ ܡܪܝ ܡܪܝ ܕܝܠܗ ܩܕܝܫܐ ܩܘܪܝܠܘܣ ܠܩܫܝܫܐ ܡܪܝ ³
ܡܫܝܚ ܒܪ ܡܘܪܣܘܣ ܐܦܝܣܩܘܦܐ· ܕܠܐ ⁴ ܕܡܕܝܢܬܐ :
ܕܐܝܬ ܠܗܘܢ ܢܦܫܐ ܕܡܬܘܢܐ ⁵ ܀

ܐ . ܠܡܫܡܫܐ ܐܡܪ : ܐܢ ܡܢܐ ⁶ ܕܡܫܡܠܝܢ ܠܗ ܒܗ

(1) ܬܘܒ *rursus, iterum.* « In codicibus manuscriptis duo aut plura opera aut operum fragmenta continentibus, vocula ܬܘܒ præmitti solet titulis operum aut fragmentorum, quæ leguntur post illud, quod primum in codice locum occupat. » Ita ill. D. Beelen. Vid. *S. P. N. Clementis Romani Epistolæ binæ de Virginitate.* Lov. 1856, p. 118. Atque hic quoque usus est istius voculæ in titulo præsentis operis.

(2) ܫܘܐܠܐ (a ܫܐܠ *interrogavit*) *interrogatio, quæstio.* Solebant enim veteres suas resolutiones morales et canonicas ad modum catechismi ordinare, scilicet brevibus verbis difficultatem quamdam proponebant quam auctoritate et absque rationis discursu statim solvebant. Scripti auctor habebatur ille, qui responsa dederat, a quo etiam quæstiones ab aliis fortasse propositæ in seriem quamdam redigebantur. Hoc modo compositæ sunt Jacobi Edesseni Resolutiones canonicæ, S. Basilii Regulæ, Macarii Jerosolymitani Canones (ap. Maï. *Script. Vet. Nov. Collect.* t. X. p. 270), Timothei Alexandrini Responsa canonica, alia.

(3) ܡܪܝ *Dominus meus* voci gallorum *Monsieur* fere respondens, honoris appellatio est, qua utuntur Syri erga viros sive sanctitate, sive

Digitized by Google

# JOANNIS TELÆ RESOLUTIONES CANONICÆ.

—

## Quæstiones de rebus variis, de quibus interrogavit presbyter Sergius religiosum mar JOANNEM (1*) BAR-CURSUM Telæ Mauzalat episcopum, quibus inest ordinatio canonica.

1. Discipulus dicit : Si suppellex, qua liturgia celebratur,

ecclesiastica dignitate conspicuos. ASSEMANUS hanc vocem raro vertit, sed, pronunciatione Nestorianorum servata, eam latine *Mar*, v. g. *Mar Philoxenus*, exprimit. Vid. ASSEM. *Bibl. Or.* t. I. p. 57, 63, 83, t. II. p. 23, 50, 54 etc.

(4) ܬܠܐ ܕܡܘܙܠܬ *Tela Mauzalat*, quæ et Constantina dicta fuit a Constantino, qui eam instauraverat, urbs est Mesopotamiæ, in qua post Baradatum præsul sedit JOANNES noster, qui ad annum Christi 503 laudatur in chronico Dionysii.

(5) Hic monendum est nos cum parum sibi constet codicis interpunctio, ita textum interpunxisse, ut per ·. nostrum comma, per .· comma cum puncto, per : duplex punctum, per . punctum, per ·. punctum interrogationis denique per ⁘ cujusque Resolutionis finem indicaremus.

(6) ܡܐܢܐ in universum notat *omnis generis suppellectilem*, sive vas, sive pannum, sive instrumentum. V. BERNSTEIN in *Lexico Chrestomathiæ Kirschii* adjecto ad h. v. Hic eam vocem non tantum de vasibus sacris, sed etiam de vestibus sumi putaverim.

* Hoc signo indicantur annotationes, quas ad calcem libri rejecimus.

Digitized by Google

ܩܘܕܫܐ [1] . ܡܛܠ ܕܐܘܪܬܗ ܡܩܡܝܢ ܠܐ ܫܦܝܪ : ܡܟܝܠ
ܙܕܩ [2] ܕܢܗܘܐ ܠܗ .

ܪܒܐ ܐܡܪ : ܐܢ ܡܛܠ ܕܢܗܘܐ ܡܟܝܠ ܡܐܢܐ ܪܒܐ ܘܕܠܐܦܘܣ
ܐܚܪܐ : ܡܬܗܦܟ ܗܘ ܘܡܬܡܣܟܢ ܘܡܬܪܥܫ ܘܟܠܗ ܠܡܟܝܢܐ
ܬܘܒ ܡܛܠ ܕܠܬܡܢܐ ܫܘܠܡܐ ܕܐܟܣܢܝܘܬܐ : ܡܐܪܟܝܢ [3] ܗܘ
ܡܢ ܠܫܘܬܐ ܗܘܐ ܠܟܠܗܘܢ +

ܒ . ܫܐܠܬܐ ܐܡܪ : ܐܢ ܡܬܬܟܢܫ ܡܐܢܐ ܡܢ ܡܐܢ̈ܝ ܩܘܕܫܐ .
ܡܟܝܠ ܙܕܩ ܕܢܗܘܐ ܡܢ ܬܟܫܘܪܗ .

ܪܒܐ ܐܡܪ : ܬܟܫܪܐ ܕܡܐܢܐ ܗܘ ܕܡܬܬܟܢܫ . ܠܬܫܡܫܬܗܘܢ
ܡܩܒܠܬܐ ܕܐܡܫܝܐ : ܐܘ ܠܬܫܒܘܚܬܗܘܢ ܒܐܪܥܐ ܘܠܬܫܡܫܬܗܘܢ
ܒܟܢܫܐ +

ܓ . ܫܐܠܬܐ ܡܫܐܠܐ : ܐܢ ܡܬܬܟܫܦ ܡܐܢܐ ܡܢ ܡ̈ܐܢܝ
ܩܘܕܫܐ : ܐܝܟܢܐ ܙܕܩ ܕܠܬܐܫܝܘܗܝ ܗܠܝܢ ܡܐܢ̈ܐ ܕܫܪܝܬܐ .

ܪܒܐ ܡܦܢܐ : ܡܐܢ̈ܐ ܕܫܪܝܬܐ ܕܡܐܢܝ ܩܘܕܫܐ . ܡܩܒܠܬܐ
ܕܐܡܫܝܐ ܒܫܦܝܐ ܟܟܝܢܐ ܠܬܐܫܝܘܗܝ ܘܠܬܫܡܫܬܗܘܢ +

ܕ . ܫܐܠܬܐ ܡܫܐܠܐ : ܐܢ ܢܦܠ ܠܬܪܐ ܡܢ ܡܢܝܚܢܘܬܐ [4] ܕܫܝܪܐ

(1) ܩܘܕܫܐ *Liturgia*, proprie *sanctificatio*. Adhibetur ea vox de *quacumque consecratione* sive ecclesiæ, sive altaris, sive vasorum sacrorum, atque etiam de consecratione panis et vini in sacrificio Missæ; quo sensu hic sumitur, ut patet ex verbo ܡܫܬܡܠܐ *celebratur*. Cf. ASSEMANI *Bibl. Orient.* t. III. part. 1. p. 66, et S. EPHRÆMI opp. t. II. *Antirrh.* 2. p. 37.

(2) ܙܕܩ *justum est*, *fas est*, *oportet*, *decet*, *convenit*. Alibi loco vocis ܙܕܩ legitur ܡܚܝܒ vel ܘܠܐ. Sæpissime in canonibus adhibentur vocabula hæc, non tamen eamdem vim ubique habent; aliquando enim rem esse præceptam, aliquando vero rem esse tantummodo convenientem significant.

propter exiguitatem suam nunc non possit inservire, quid de ea faciendum est?

Magister dicit : Si necessarium sit ut ex illa fiat suppellex major et amplior, transformatur et transmutatur et ampliatur absque culpa; aut etiam ut expleatur inopia urgens potest vendi, precibus super illam fusis (II).

2. Discipulus dicit : Si ex rebus sacris aliqua frangatur, quid faciendum est ex ejus fragmentis?

Magister dicit : Fragmenta rei, quæ frangitur collocentur in loco decenti, aut effodiantur in terra et occultentur in profundo.

3. Discipulus interrogat : Si ex rebus sacris aliqua lavetur, quo projiciendæ sunt aquæ ablutionis?

Magister respondet : Aquæ ablutionis rerum sacrarum in locum decentem, in fossam profundam projiciantur et occultentur.

4. Discipulus interrogat : Si cadat mica ex margarita cor-

(3) Ob punctum diacritum superne positum, censeo legendum esse ܡܙܕܒܢ quod latine vertendum sit *venditur*. Ex hæc interpretatione, sequitur Syros aliquas preces adhibuisse, ut res benedicta posset ad usus profanos denuo reverti.

(4) ܡܪܓܢܝܬܐ ex propria significatione *Margaritam* seu *gemmam pretiosam* notat. Sensu autem figurato *fidem* atque etiam *particulam corporis Christi* significat. Hic de particula corporis Christi vocem ܡܪܓܢܝܬܐ sumi, manifestum fit ex contexta oratione et ex sequentibus Resolutionibus. Sic Resol. 11 legitur : « an fas est ut ex mensa sancta mysteriorum » efferat sacerdos *margaritam* in manu sua et det illam homini extra » sanctuarium? » Ubi vides *margaritam* esse particulam corporis Christi, quam sacerdos ex altari effert ad communionem fidelibus præbendam.



Digitized by Google

ܥܒܝܕܐ ܒܟܠ ܐܘܪܚܐ ܕܠܐ ܡܥܒܕܢܘܬܐ ܘܠܐ ܢܬܠܡܣ : ܐܘܠܐ ܕܓܪܐ ܐܢܐ :
ܐܘ ܐܝܟ ܣܘܥܪܢܐ ܡܫܬܡܠ ܗܘܐ .

ܦܘܫܩܐ ܡܥܢܝܢܐ : ܢܛܪܐ ܕܡܢ ܡܫܪܝܘܬܐ ܢܦܠ : ܐܝܟ ܕܠܡܥܒܕܐ
ܡܛܠܐܝܬ . ܐܠܝܨ ܠܐ ܡܬܚܫܒ : ܠܡܥܡܕܢܘ ܒܗܘܐ ܒܡܥܒܕܢܘܬܐ
ܗܘ ܕܥܒܕ ܡܢ ܟܠ . ܣܘܥܪܢܐ ܗܟܢܐ ܒܐܝܠܢܐ ܕܒܣܝܪܐܝܬ 1
ܡܬܒܣܣ ܒܬܡܝܡܘܬܐ ܕܩܪܐ ܡܢܝܢܐ ܐܝܟ . ܘܟܠܗ ܒܐܝܠܢܐ
ܕܥܒܕܬܐ ܘܒܪܬܝܬܐ 2 ܡܬܚܫܒ ܠܗܘܢ : ܐܘ ܬܥܒܕ ܘܢܗܘܐ
ܫܒܝܠܐ ܕܐܝܟ ܗܢܐ ܕܠܐ ܡܥܒܕܢܘܬܐ ܐܘ ܕܠܐ ܡܟܫܠܐ 3 .

ܗ . ܬܠܬܝܢ ܡܫܐܠܐ : ܐܘ ܡܬܩܪܒܢܐ ܡܢܕܝܠܐ 4 ܕܡܛܠܗ ܠܗ
ܡܢ ܩܘܕܫܐ 5 . ܡܛܠ ܕܐܝܟ ܕܢܗܘܐ ܡܠܝܐ .

ܦܘܫܩܐ ܡܥܢܝܢܐ: ܡܢܕܝܠܐ ܐܘ ܟ̈ܐܦܐ ܐܣܛܘܢܐ ܕܩܘܕܫܐ ܕܡܬܩܪܒܝܢ :
ܠܥܘܗܕܢ ܗܘܝܐ . ܐܘ ܢܗܘܘܢ ܒܫܘܚܬܐ ܐܣܪܬܐ ܕܐܡܪܐ . ܐܘ
ܠܫܘܬܦܘܬܐ ܕܚ̈ܫܐ ܕܡܪܝܐ .

ܘ . ܬܠܬܝܢ ܡܫܐܠܐ : ܐܘ ܢܦܠ ܡܢ ܕܟܐ ܥܝܢܝܐ ܒܟܠ ܐܘܪܚܐ .
ܡܛܠ ܕܐܝܟ ܕܢܗܘܐ ܒܗ ܩܘܒܠܐ ܗܘ .

ܦܘܫܩܐ ܡܥܢܝܢܐ : ܐܘ ܡܢ ܒܚܠܐ ܕܡܫܬܥܠܝܬܐ 6 ܕܗܘ ܕܡܢܗ
ܒܐ ܢܦܠ . ܢܦܠ ܡܘܬܐ 7 ܗܘ ܡܢ ܕܗܘ ܕܗܘܐ ܫܒܝܩ .
ܟܠ ܕܥܒܕܐ ܕܝܢ ܗܘ ܕܢܦܠ ܒܗ ܡܢ ܕܟܐ ܥܝܢܝܐ ܠܬܫܡܫܬܐ
ܠܟܠܗ ܡܟܬܪܐ ܕܢܘܪܐ .

(1) ܒܣܝܪܐܝܬ (a ܒܣܪ contemno) *contemptibiliter*. Deest in lexicis.

(2) ܒܪ̈ܬܝܬܐ cum ܐ prostethico *in tremore*.

(3) In Cod. legitur ܡܟܫܠܗ.

(4) ܡܢܕܝܠܐ Adhuc in lexicis desideratur ista vox, quam latinæ originis esse putaverim eamdemque cum voce *Mantile*. Mantile autem quasi *manus tela* apud Latinos linteolum erat abstergendis manibus inserviens; adhibitum deinde fuit ad eumdem usum in Liturgia. Apud Syros autem ad alium usum adhibitum fuisse illud linteolum, puta ad oblationem

Digitized by Google

poris sancti super terram per inadvertentiam, nec inveniri possit, scire volo an in hoc sit culpa?

Magister respondet : Mica, quæ ex margarita cecidit, exquiratur diligenter; si autem non reperiatur, relinquamus illam scientiæ illi omnium præstantissimæ. Culpa igitur est illi, qui contemptibiliter se gerit in ministerio mysteriorum (III) sanctorum, non autem illi, qui cum timore et tremore ministrat illa, si quando accidat ut fiat res talis absque scientia et voluntate (IV).

5. Discipulus interrogat : Si usu detritum sit Mantile, quæ corpus sanctum attigit, quid ex illa faciendum est?

Magister respondet : Mantile, aut aliæ res consecratæ, quæ usu atteruntur, sic remaneant, aut alteri usui decenti vel curandis ægrotorum ulceribus inserviant.

6. Discipulus interrogat : Si cadat aliquid ex sanguine sancto super terram, quid faciendum est in illo loco?

Magister respondet : Si ex negligentia illius, qui dedit calicem, ceciderit sanguis, suscipiat pœnam ille qui hoc fecit. In loco autem, in quo ceciderit sanguis sanctus, collocentur carbones igniti.

legendam vel sustentandam, ad instar mappulæ, ex quæstione præsenti conjecerim.

(5) ܡܩܕܫܐ *sanctum*. Hæc vox de pane eucharistico dicitur in Assemani *Biblioth. Orient.* t. III. part. 1. p. 244. Quo sensu hic quoque sumitur.

(6) ܡܡܣܝܢܘܬܐ (a rad. ܡܣܐ) *contemptus, negligentia*. Deest in lexicis.

(7) ܡܘܠܬܐ hic per metonymiam de pœna a lege inflicta usurpatur. De hoc vocabulo sermo erit infra ad Jacobi Edesseni *Resol.* 8.

ܐ. ܫܘܐܠܐ : ܐܢ ܫܪܝܟ ܘܠܐܝܛܘܣ ܩܘܪܒܐ ܕܠܐ ܩܒܠܬܐ
ܗܘ ܕܝܗܒ ܠܐܢܫ [1] ܕܡܬܢܣܐ . ܐܘ ܠܐܢܫ ܕܡܫܬܢܐ ܡܢ ܪܥܝܢܐ :
ܗܘ ܒܟܪܝܐ ܕܢܬܚܠܡ ܠܗ . ܐܘ ܡܢ ܡܫܬܥܒܕܘܬܐ ܕܒܝܫܐ .
ܐܘ ܡܢ ܐܢܘܣܝܐ [2] ܕܐܝܬܝܗ̇ ܫܫܠܬܪ ܗܘ ܡܢ ܪܘܚܢܘܬܐ . ܘܠܐ ܫܘܫ
ܡܢ ܦܘܡܐ ܠܦܓܪܐ : ܐܘ ܡܛܠܗ ܕܦܘܡܐ ܫܦܠ ܠܗ ܐܪܥܐ :
ܡܛܠ ܕܐܪܦ ܠܗ ܕܢܬܚܠܡ ܠܗܘ ܕܡܗܒܗ . ܟܕ ܒܩܪܝܒܘܬܗ
ܗܘܐ ܫܪܝܟ .

ܦܢܝܐ ܡܦܩܢܐ : ܡܢ ܪܘܚܢܘܬܐ ܕܡܘܕܝܐ ܕܐܬܝܗܒ ܠܗܘ ܕܡܬܢܣܐ
ܕܠܐ ܩܒܠܬܐ . ܐܘ ܠܗܘ ܕܡܫܬܢܐ ܡܢ ܪܥܝܢܐ . ܘܟܪܝܐ ܡܢ ܒܬܠܬܐ
ܫܫܠܬܪ ܘܠܐ ܫܘܫ ܡܢ ܦܘܡܐ ܠܦܓܪܐ : ܐܘ ܫܦܠ ܡܢ ܦܘܡܐ
ܠܗ ܐܪܥܐ : ܣܡܐ ܡܢ ܐܣܛܘܡܟܐ ܗܢ ܗܡܝܪܢܐ . ܗܢ ܕܝܢ ܒܗܘܢܐ
ܗܘ ܕܡܗܒܗ ܠܪܘܚܢܘܬܐ . ܐܘ ܠܡܫܟܢܗ ܐܘ ܠܬܪܥܝܬܗ ܠܗܘ
ܦܘܠܚܢܐ [3] ܐܘ ܡܢ ܪܥܝܢܐ ܠܦܘܡܐ ܐܚܪܢܐ ✤

ܒ. ܫܘܐܠܐ ܐܚܪܢܐ : ܐܢ ܡܦܩ ܕܩܪܝܒ ܩܘܪܒܢܐ [4] ܐܢܫ ܠܡܪܝ
ܪܘܚܢܘܬܐ ܕܡܘܕܝܐ ܠܒܪܢܫܐ . ܘܐܢ ܡܦܩ ܗܕܐ . ܐܝܟ ܕܩܪܝ
ܠܐ . ܘܐܢ ܡܢ ܩܕܡ ܠܟܠܗܝܢ . ܐܝܟ ܕܩܪܝ ܐܠܗܐ ܐܪܥܐ
ܠܡܫܒܚܘ .

ܦܢܝܐ ܡܦܩܢܐ : ܩܪܒ ܩܘܪܒܢܐ ܐܢ ܡܬܥܕܪܐ ܪܘܚܢܘܬܐ ܒܪܝܫܐ
ܦܪܘܫܐ ܐܘ ܗܘ ܪܘܚܢܘܬܐ ܐܘ ܗܘ ܩܘܪܒܢܐ . ܡܛܠ ܕܟܠܗ

(1) ܐܢܫ ܕܡܬܢܣܐ *homo qui tentatur, qui a dæmone exagitatur*, *dæmoniacus*. Dæmon enim *tentator* ܕܡܢܣܐ ܗܘ vocatur Matt. IV. 3. Hunc sensum expetere mihi videntur et orationis contextus et ve[rba] ܡܫܬܥܒܕܘܬܐ ܕܒܝܫܐ *effusio* seu *invasio mali* scilicet *diaboli*.

(2) ܐܢܘܣܝܐ est ipsa vox græca ἕνωσις, ab ἑνόω.

7. Discipulus interrogat : Si accidat ut detur (corpus) sanctum, absque advertentia illius qui dedit, homini tentato, aut homini pituitam emittenti : et eo ipso tempore, quo sumunt eam, sive ex invasione mali (dæmonis), sive ex morbi impulsu impeditur margarita, nec descendit ex ore in guttur, sed ex ore cadit in terram, quid facere debet ille, qui dedit eam, quando prope illum hoc accidit?

Magister respondet : Margarita sancta, quæ absque advertentia, data est illi, qui tentatur, aut illi qui pituitam emittit, si una ex his causis impeditur, et non descendat ex ore in guttur, aut cadat ex ore super terram, molesta quidem est ista actio; sacerdos autem, qui dedit margaritam, vel accipiat eam, vel illam servet ad alterum diem illi qui emisit flegma sive pituitam (V).

8. Discipulus interrogat : An licet ut in canistro mittat quis margaritam sanctam ad infirmum? Et si hoc liceat, an fas est ut per sæcularem, et, deficiente sæculari, per mulierem hoc fiat?

Magister respondet : Si in canistro mittitur margarita, accidit ut comminuatur et ipsa margarita et ipsa canista. (Igi-

(3) ܦܠܓܡܐ græc *φλεγμα*. Deest hoc vocabulum in lexicis, in quibus pariter desideratur vox ܡܦܠܓܐ sensu quo eam intelleximus.

(4) ܟܢܝܣܬܐ *canistrum*, quæ vox latina in linguam Syriacam transiverit. Erat autem canistrum, docente Du Cange in *Glossario mediæ et infimæ latinitatis* ad h. v. vas ecclesiasticum in quo distribuebantur Eulogiæ seu panes benedicti. Quandoque etiam in canista delata fuit Eucharistia, ut probatur ex S. Exuperio, qui, narrante S. Hieronymo in Ep. ad Rusticum, *corpus Domini in canistro vimineo deferebat*.

Digitized by Google

ܠܘܬܟܬܐ܂ ܦܫܘܩ ܡܚܝܢ ܐܘ̇ [1] ܒܚܙܘܐ ܕܒܠܢܐ : ܐܘ̇ ܒܚܪܬܡܫܐ
ܠܡܬܕܪ܂ ܘܢܐܡܪ ܒܠܘܪܐ ܗܘ ܚܪܬܡܫܐ. ܒܡܢ ܟܠܟܡܐ ܕܡܢ ܐܘ̇
ܒܡܢ ܐܢܬܬܐ ܡܬܡܬܕܪܝܢ ܐܢܘܢ ܡܘܪ̈ܝܐ . ܘܡܬܡܢܥܐ ܒܙܘ̈ܒܢܐ
ܕܐܘܟܝܢܐ ܀

ܝܛ. ܫܟܠܡܝܐ ܡܢܦܠܐ : ܐܢ ܡܢܥܫ ܟܐܢܫ܂ ܕܡܢ ܩܕܡ ܡܢ̈ܓܗܐ[2]
ܒܐܡܢܐ ܕܗܘ ܚܒܠܐ : ܡܢ ܢܫܬܐ ܡܢ̈ܝܐ : ܕܢܫܒ ܡܘܙܒܢܐ ܒܗ
ܒܗܘ ܡܘܡܐ܂

ܦܢܝܐ ܡܩܒܠܐ : ܐܢ ܐܝܟ ܢܫܬܐ ܡܢ̈ܝܐ ܩܕܡ ܡܢ̈ܓܗܐ : ܘܪܓܘܡܐ
ܐܬܠܘܗܝ : ܫܒܪ ܐܢܐ ܕܘܠܐ ܕܢܬܦܪܫ ܘܢܫܒ ܡܘܙܒܢܐ : ܐܢ
ܠܐܪܥܗ ܠܐ ܡܟܝܦܐ ܀

ܟ. ܫܟܠܡܝܐ ܡܢܦܠܐ : ܐܢ ܡܢܦܫ ܕܟܡܢ̈ܝܚܡܬܐ ܗܘ ܕܐܬܪܓܫ
ܒܗ ܒܫܐ܂ ܐܝܟ ܐܚܪܢ ܠܫܒܚܗ܂ ܐܠܐ ܐܢ ܗܘ ܕܪܓܫ ܠܗ܂

ܦܢܝܐ : ܡܢ̈ܝܚܡܬܐ ܕܐܬܪܓܫ ܒܗ ܒܫܐ܂ ܒܟܠܐ ܐ̈ܬܘܬܐ ܡܥܒܪܐ
ܕܡܬܟܡܫ ܒܫܐ ܢܦܠܬ ܠܗ܂ ܘܟܠܬ ܗܕܐ ܠܐ ܡܟܡܫ ܠܝ
ܒܡܥܢܐ ܡܟܝܠ ܀

ܟܐ. ܫܟܠܡܝܐ ܡܢܦܠܐ : ܐܢ ܐܪܘܩ ܕܡܢ ܒܠܘܥܐ ܚܒܝܫܐ ܗܘ̇
ܕܙܐܐ܂ ܠܥܦ ܒܗܢܐ ܡܢ̈ܝܚܡܬܐ ܒܐܝܕܗ ܠܒܪ܂ ܘܠܐܠܐ ܠܐܝܟ
ܠܒܪ ܡܢ ܒܬܠ ܡܘܕܥܐ܂

ܦܢܝܐ ܡܩܒܠܐ : ܗܒܡܙܐ ܕܡܟܬܠܐ ܐܡܒܪܐ ܕܡܠܟܗܘܢ ܕܒܡܘ̈ܪܝܐ
ܒܒܥܒܬܐ[3] ܠܥܦ ܘܠܐܠܐ ܡܢ̈ܝܚܡܬܐ܂ ܐܝܟܢ ܒܢ ܕܗܡܒ ܐܟܡܝ

(1) De voculis ܐܘ and ܐܘ̇ disputabitur ad *Resol.* 38.

(2) ܡܢ̈ܓܗܐ Putaverim hoc vocabulum, quod adhuc desideratur in lexicis, significatione convenire cum voce ܢܓܗܐ *aurora*, idemque deducendum a verbo ܢܓܗ cujus forma *aclel*, interprete CASTELLO, significat

tur de hac re) divisæ sunt sententiæ. Consultius ergo est ut vel in linteolo mittatur vel in charta, et comburatur igne illa charta. Per sæcularem autem aut per mulierem mitti possunt consecrata, et præsertim ubi adest necessitas (VI).

9. Discipulus interrogat : An licet alicui, qui ante diluculum aquam biberit, sumere oblationem eo die?

Magister respondet : Si ante diluculum homo aquam biberit, jejunus tamen sit, existimo quod possit accedere et accipere consecrata, modo conscientia ejus non sit dubia (VII).

10. Discipulus interrogat : An fas est ut margaritam, qua calix consignatus est, sumat alius, præter eum, qui calicem consignavit?

Magister (respondet) : Margaritam, qua calix consignatur, quoties minister calicem ministrat, toties sumat; nec de illa re mandatum aliquod invenimus (VIII).

11. Discipulus interrogat : An fas est, ut ex mensa sancta mysteriorum efferat sacerdos margaritam in manu sua, et det illam homini extra sanctuarium?

Magister respondet : Convenit, ut propter honorem consecratorum efferat in capsula margaritam illamque præbeat;

*requiescere*, *illucescere*. Unde vocem ܡܫܪ̈ܝܗ interpretatus sum per voces *auroram*, *diluculum*. Voces ܟܪܝܐ ܕܗܘ ܨܐܡܐ tanquam spurias in versionem meam non admisi.

(3) ܩܘܦܣܐ *Capsula*. Hac voce designari putaverim discum seu aliud vas, in quo sacerdos reponebat sanctum corpus, ut extra sanctuarium

ܒܬ ܗܘܐ ܢܣܒ ܒܐܝܕܗ ܡܛܠ ܐܘܪܚܐ ܕܪܚܝܩܐ ܘܡܛܠ
ܡܗܝܡܢܘܬܐ : ܘܠܘܬ ܟܢܫ ܐܝܟ . ܟܠܗ ܟܪܝܣܛܝܢܐ ܀

ܡܒ . ܫܐܠܬܐ ܡܫܐܠ : ܐܢ ܠܫܘܬܦܘܬܐ ܕܡܬܦܪܫ ܠܥܠܡܝܐ
ܐܘ ܡܬܬܫܡܫ ܒܟܠܗܘܢ : ܡܢ ܓܒܠܬܗ ܠܐ ܡܬܬܗܒ . ܗܘܐ ܗܘ
ܕܫܡܗ ܕܠܥܠܡܝܐ ܠܗܦܝܟ : ܐܠܐ ܐܝܟ ܕܗܘ ܐܬܦܪܫ ܠܗ
ܘܐܬܬܫܡܫ : ܐܘ ܥܠ ܝܕܥܬܐ ܐܘ ܡܢ ܒܥܠܬܐ ܐܚܪܬܐ ܐܚܪܝܐ
ܐܝܟ ܕܡܬܚܫܒ ܕܠܫܘܬܦܘܬ ܐܚܪܢܐ ܚܫܝܒܐ ܠܗܦܝܟ ܀

ܦܢܝܐ : ܡܠܬܐ ܕܡܬܬܦܪܫ ܠܥܠܡܝܐ ܀ ܘܐܢ ܡܢ ܝܕܥܬܐ ܘܐܢ
ܡܢ ܒܥܠܬܐ ܐܚܪܝܐ ܕܗܘ : ܘܡܫܬܡܫܝܢ ܒܟܠܗܘܢ ܬܪܐܐ : ܠܐ ܡܬܚܫܒܐ
ܕܠܫܘܬܦܘܬܐ ܐܚܪܬܐ ܠܗܪܬܐ . ܒܡܬܥܒܪ[1] ܕܐܬܫܡܫ ܒܩܘܕܫܐ
ܩܕܝܫܐ . ܡܛܠ ܕܪܝܫܐ ܕܡܬܚܫܒܘܬܗ ܡܦܩܬ : ܐܝܟ ܒܫܘܠܡ
ܐܬܦܪܫ ܡܢܐ ܠܥܠܡܝܐ ܐܚܪܢ ܕܗܘ : ܠܐ ܕܝܢ ܐܚܪܢܝܬܐ
ܒܟܠܗܘܢ ܬܪܐܐ : ܡܪܝܐ ܗܘ ܕܢܬܒܥܝܗ ܐܝܟ ܡܢ ܡܪܝܥܐ :
ܠܫܘܬܦܘܬܐ ܐܚܪܬܐ . ܡܢ ܠܐ ܡܬܦܫܩܐ ܒܪܝܫܐ ܀

ܡܓ . ܫܐܠܬܐ ܡܫܐܠ : ܐܢ ܦܠܛܬܐ ܗܝ ܕܦܪܝܫܐ ܕܩܘܕܫܐ .
ܟܠ ܡܪܝܥܐ ܠܡܬܬܫܡܫܘ ܀

ܦܢܝܐ ܦܢܝܬܐ : ܦܪܝܫܐ ܕܩܘܕܫܐ ܥܬܝܕܐ ܐܠܘ ܀ ܘܡܬܩܕܫܝܢ .
ܘܦܪܝܫܝܢ ܚܝܠܐ ܘܡܬܚܫܒܝܢ ܒܐܦܐ . ܟܠ ܡܪܝܥܐ ܕܝܢ ܠܐ ܦܠܐ
ܕܠܡܬܫܡܫܘ ܀

ܡܕ . ܫܐܠܬܐ ܡܫܐܠ : ܐܢ ܐܝܟ ܐܠܗܐ ܕܐܚܪܐ : ܐܢ ܦܠܛܬܐ
ܗܝ ܕܝܗܒ ܡܢ ܡܫܡܫܢܐ ܕܡܫܝܚܐ ܠܢܩܕܫ ܐܝܟ ܗܘܐ ܀

deferret eucharistiam ad communionem præbendam laïcis, quibus vetitum erat ingressus in sanctuarium. Vox quidem ܩܘܡܣܐ hac significatione adhuc in lexicis desideratur, sed capsulam notare certum fit ex *Actis*

Digitized by Google

si autem festinanter agere coactus afferat cum calice margaritam in manu sua eamque det alicui, propter angustiam temporis, et quia solus est, non est culpa (IX).

12. Discipulus interrogat : An omnis res, quæ offertur altari aut super illud collocatur, quando ille qui eam posuit voluntarie haud paraverat, ut usui altaris addiceretur; ita nempe ut res, quæ oblata fuit, sive ex errore sive ex alia simili causa posita fuerit, an (inquam), potest (illa res) ad communem quemdam usum adhiberi?

Magister (respondet) : Quod altari oblatum fuit sive ex errore sive ex alia simili causa, ubi super illud mysteria perfecta fuerint, non potest amplius ad alium usum devenire. Profanus (?) autem, qui sacris utitur rebus, audaciæ suæ pœnam feret; si autem res aliqua altari tantum offeratur, mysteria autem super illam non perficiantur, potest aliquis illam ab altare auferre et ad alterum usum adhibere, nullam reprehensionem incurrens (*vid. annot.* II).

13. Discipulus interrogat : An fas est, ossa martyrum super altare collocari?

Magister respondet : Ossa martyrum sancta sunt et honoranda, virtutesque patrant et dolores sanant; at vero nefas omnino est, ea super altaria collocari (X).

14. Discipulus interrogat : Si adsit necessitas urgens, an fas est absque tabula consecrata consignare quis calicem?

*Martyrum Orientalium* t. II. p. 335 et 375, quam significationem hic postulat contexta oratio.

(1) ܡܟܠܗܡܝܕ. Quid significet istud vocabulum compositum adhuc certo definire non possum, quum nullibi illud invenerim.

ܦܢܝܐ : ܐܢ ܟܠܗ ܡܕܒܚܐ : ܘܟܠܗ ܕܠܬܦܝܣ ܥܡܐ : ܡܬܬܪܝܡ
ܗܘ ܕܠܐ ܦܘܠܚܢܐ . ܘܫܪܝܪ ܡܢ ܡܕܒܚܐ ✠

ܝܗ . ܫܘܐܠܐ ܡܛܠ : ܐܢ ܡܬܟܠܟܠܐ ܣܦܘܓܝܐ [1] ܗܘ
ܕܡܬܬܟܝܠ ܒܗ ܥܡܐ ܡܢܐ ܐܪܥ ܕܢܗܘܐ ܠܗ ܀

ܦܢܝܐ : ܐܘ ܬܬܘܩܕ ܒܢ ܠܡܗܝܪܐ : ܐܘ ܡܛܠ ܕܠܐ ܬܬܕܫ
ܕܬܬܛܡܐ ܬܐܡܪ ✠

ܝܘ . ܫܘܐܠܐ ܡܛܠ : ܐܢ ܐܪܥ ܕܬܬܚܡܝܢ ܦܬܘܪܐ ܕܩܘܕܫܐ .
ܐܘ ܕܬܬܓܡܪ ܡܢܝܢ ܒܥܘܡܩܐ ܡܛܠ ܐܢܫܐ ܕܒܝܬܐ ܀

ܦܢܝܐ : ܦܬܘܪܐ ܕܩܘܕܫܐ ܠܐ ܡܬܒܥܐ ܠܟ ܕܬܐ ܕܬܬܚܡܝܢ :
ܐܦܠܐ ܕܬܬܓܡܪ ܐܠܐ ܒܥܐܕܐ ܕܦܨܚܐ [2] ܡܛܠ ܕܡܬܬܟܠܝܢ
ܘܡܬܩܕܫܝܢ . ܡܢܐ ܕܗܘ̈ܢܐ ܒܥܡܘܕܝܐ ܡܢ ܚܕ ܒܪܢܫ . ܡܠܟܢܝܢ
ܠܟܠ ܒܟܠܗ . ܫܪܝܪ ܡܢ ܕܟܠ ܒܬܟܠܗ ✠

ܝܙ . ܫܘܐܠܐ : ܐܢ ܐܝܬ ܐܢܫܐ ܕܟܠܗ ܟܬܒܐ ܕܢܣܒ ܩܘܕܫܐ
ܡܢ ܐܢܫܐ ܠܗ . ܐܝܢ ܕܡܛܠ ܐܢܫܐ ܕܒܥܘܕܪܢܐ ܀

ܦܢܝܐ : ܡܛܠ ܐܢܫܐ ܕܒܥܘܕܪܢܐ . ܐܦ ܡܢ ܐܢܫܐ ܠܗ
ܠܒܪܢܫܐ : ܟܠܗ ܢܬܩܪܒ ܠܗ ܩܘܕܫܐ ܘܠܐ ܡܛܠ ܗܕܐ
ܢܬܒܥܐ ܡܢ ܕܪ̈ܓܐ ܩܘܪܒܢܐ ✠

ܝܚ . ܫܘܐܠܐ : ܐܢ ܡܬܡܣܟ ܠܐܢܫ ܕܢܣܒ ܡܢ ܩܘܪܒܢܐ
ܒܥܘܡܩܐ ܕܫܒܬܐ [3] ܐܘ ܒܥܘܡܩܐ ܕܫܒܬܐ ܕܪ̈ܓܐ . ܐܢ ܠܣܐܘ ܡܢܐ

(1) ܣܦܘܓܝܐ est ipsa vox græca *σπογγια spongia*, qua utuntur Syri in liturgia ad abstergendum calicem.

(2) Quem diem Syri vocant ܥܐܕܐ ܕܦܛܝܪܐ *festum azymi vel* [Syriac] ܕܪ̈ܐܙܐ. ܕܪ̈ܐܙܐ ܚܡܫܐ *diem mysteriorum, quintum mysteriorum*, illum nos

Magister (respondet) : Si deficiat altare, et necesse sit consecrari calicem, consignetur (calix) sine hæsitatione etiam absque altari (XI).

15. Discipulus interrogat : Si usu teratur spongia, qua calix ministratur, quid ex illa faciendum est?

Magister (respondet) : Aut custodita servetur, aut, ut nec contemnatur nec abjiciatur, comburatur.

16. Discipulus interrogat : An oportet lavare mensam sanctam, et eam unguento suavi ungere in honorem festi?

Magister (respondet) : Mensam sanctam ablui vel ungi oportere nobis non est traditum, sed in festo azymorum, quando sacra mensa spoliatur et excutitur, sacerdos aquis aromaticis spongia acceptis totum percurrit altare præter tabulam (XII).

17. Discipulus (interrogat) : An necesse habet aliquis sumere sanctum (corpus), ubi jam manducavit illud, propter adjutorii necessitatem?

Magister (respondet) : Propter necessitatem adjutorii, ægro sanctum (corpus) præbendum est, etiamsi illud jam manducaverit æger, neque propterea repellendus est a sanctis sacramentis.

18. Discipulus (interrogat) : An alicui fas est consecrata sumere, in die annuntiationis, aut in die nobili Mysteriorum, quando aqua in ejus guttur descenderit absque volun-

*feriam quintam in cœna Domini* appellamus.

(3) ܫܒܬܐ ܕܣܘܒܪܐ *dies annuntiationis*, id est, *sabbatum sanctum*, quod alibi vocatur ܫܒܬܐ ܪܒܬܐ ܕܣܘܒܪܐ *sabbatum magnum annuntiationis*. Vid. Clodii *Liturgiam septimanam passionis* Dni. Lipsiæ 1720. p. 42.

Digitized by Google

ܠܫܡܛܗ ܕܠܐ ܡܬܟܫܠܐ ܡܢ ܡܫܡܫܢ ܦܘܡܗ . ܐܘ ܡܢ ܟܟܬ
ܦܐܬܐ ܕܦܘܡܗ ܠܬܠܓܫ ܒܗ ܟܡܪܐ[1] . ܐܘ ܢܪܟܢܘܗ ܡܫܟܚ : ܡܢ
ܠܫܡܛܗ ܠܐ ܢܫܬ ܡܫܟܚ .

ܦܬܪܐ : ܡܩܘܪܒܬܐ ܕܪܐܙܐ ܘܕܣܦܘܓܐ . ܐܢ ܐܝܟ ܡܢ ܡܫܡܫܢ ܦܘܡܗ : ܢܫܠܘ ܡܟܝܠ ܠܫܡܛܗ ܕܠܐ ܡܬܟܫܠܐ : ܡܛܠ ܗܕܐ[2] ܠܐ ܢܬܚܪܡ ܡܢ ܡܩܘܪܒܬܐ ܕܚܝܐ : ܐܘ ܐܢ ܦܐܬ ܒܗ ܦܘܡܗ : ܢܦܘܩ ܡܠܘܐ : ܘܕܠܐ ܟܡܪܐ : ܘܕܠܐ ܒܘܪܟܢܐ ܡܬܐܡܪܐ ܒܗ . ܐܢ ܢܦܩ ܘܠܐ ܢܪܟܢ : ܡܛܠ ܡܥܙܐ ܕܡܘܪܝܐ .

ܢܛ . ܫܘܐܠܐ : ܐܢ ܐܝܬ ܟܘܪܗܢܐ : ܕܡܢ ܡܛܠܬܐ ܕܫܚܢܐ ܐܝܟ ܠܚܡ ܠܟܡܫ ܡܘܕܝܐ .

ܦܬܪܐ ܡܛܠܬܐ : ܕܡܢ ܡܛܠܬܐ ܫܚܢܐ ܠܚܡ ܠܟܡܫ ܡܘܕܝܐ : ܢܩܒ ܗܟܢܐ ܘܠܘܟܝܐ . ܕܗܠܝܢ ܓܝܪ ܕܐܬܩܕܫܘ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܕܠܚܡ ܕܩܘܪܒܢܐ ܐܝܟ ܟܠܗܘܢ ܠܐ ܡܫܡܫܝܢ .

ܣ . ܫܘܐܠܐ : ܐܢ ܐܝܟ ܢܦܩ ܡܩܪܒܢܐ ܘܠܡܫܡܫ ܟܗܢܐ : ܐܢ[3] ܐܝܬ ܐܢܫܐ ܕܟܠܝܐ ܠܗ . ܐܢ ܦܓܪܐ ܕܡܢ ܩܘܪܒܢ ܠܡܫܡܫ .

ܦܬܪܐ : ܐܢ ܒܚܣܕ ܟܗܢܐ ܡܫܡܫ : ܘܟܠܝܐ ܕܡܢ ܩܘܪܒܢ ܠܡܫܡܫ ܟܗܢܐ : ܦܬܩܡܝܢ ܗܘ ܟܠܗܘܢ ܕܕܠܐ ܒܥܠܬܐ ܗܘ . ܠܐ ܕܝܢ ܐܝܟ ܕܒܚܝܐ ܗܕܐ ܥܗܕܐ .

(1) ܟܡܪܐ *radix*. De quanam *radice* sermo sit in hoc loco mihi non innotescit. Neque AL. ASSEMANUS sufficientem hujus vocis explicationem dedit in præsentis Resolutionis translatione. Vertit enim : « cujus os ægrum est, si » communicare velit, non inseratur ei radix (*virga*) in os, neque eam man- » dat, etsi nihil descendat in ejus gulam.» Vid. BAR-HEBRÆI *Nomoc.* c. IV. s. 2.

(2) Vox ܗܕܐ deest in codice.

tate, dum os suum lavaret, aut quando, propter oris dolorem ex radice suxerit, vel aliquid gargarisaverit, dummodo in ejus guttur nihil descenderit?

Magister (respondet) : Si, in diebus Mysterii et Annuntiationis, dum quis os suum lavaret, aqua in ejus guttur descenderit absque ejus voluntate, propterea non prohibetur a dono vitæ, quod si dolore afficiatur os ejus, confidat in Deum, qui absque radice et absque gargarisatione eum sanabit, si a gargarisatione abstineat, propter honorem consecratorum (XIII).

19. Discipulus interrogat : An peccatum est rem gentilium sanctuario adhibere?

Magister respondet : Quod, rem gentilium sanctuario quis adhibeat, valde turpe et alienum est; nec enim, eorum, qui a Deo alieni sunt et perditi, memoriam coram Deo facere possumus (*vid. annot.* II).

20. Discipulus (interrogat) : Si quis oblationem sumpserit calicemque ministraverit, an, urgente necessitate, calicem postea consignare potest?

Magister (respondet) : Si calicem tantum ministraverit, et postea necessarium sit calicem consignare, fidelis est Deus, ut absque culpa sit; sed hoc ad consuetudinem non fiat (*vid. annot.* VIII).

(3) ܐܢ Hebraice אם particula est, quæ multas ut notum est recipit significationes, vimque habet nunc interrogativam, nunc conditionalem, nunc vero temporalem. Interrogationi præmissa latine valet : *an*, *num;* sensu conditionali sumpta redditur : *si*. Ubi autem de tempore adhibetur idem sonat ac Latinorum : *quum*, *quando*. Triplici hac significatione in præsenti quæstione sumitur.

Digitized by Google

ܟܐ. ܫܘܐܠܐ : ܐܢ ܐܝܬ ܐܢܫ ܕܟܕ ܕܚܝܠ ܢܦܫܗ ܕܡܛܐ ܠܥܒܕܘܬܗ
ܡܢ ܠܚܝܘܗܝ : ܐܢ ܡܫܟܚ ܠܗ ܕܢܚܘܒ ܡܘܪܘܢܐ ܀

ܦܢܝܐ : ܐܢ ܐܬܚܪܒ ܕܢܚܐ ܘܡܛܐ ܡܢ ܠܚܝܘܗܝ ܠܥܒܕܘܬܗ ܡܢ
ܕܚܝܠ ܀ ܘܠܒܪܝܐ ܡܬܚܙܝܐ ܗܘܐ : ܡܫܪܐ ܟܠܗܝܢ ܕܢܦܩ ܗܘ
ܡܘܡܬܐ . ܐܝܟ ܐܦܢܛܐܣܝܐ ܡܬܚܙܝܐ ܠܗ ܗܘܐ : ܠܐ ܢܬܥܟܒ ܡܢ
ܠܚܘܫܒܬܐ ܕܦܓܪܐ ܀

ܟܒ. ܫܘܐܠܐ ܡܟܝܠ : ܐܢ ܐܬܡܠܝ ܕܒܠܠܝܐ ܕܐܝܟ ܠܡܬܩܪܒ
ܠܐܪܙܐ ܕܩܘܕܫܐ ܀ ܡܢ ܒܬܪ ܦܢܛܗ ܢܬܚܙܝܗ ܦܢܛܣܝܐ [1] ܕܚܙܘܗ ܀

ܦܢܝܐ : ܡܟܝܠ ܦܢܛܣܝܐ ܕܚܙܐ ܕܒܠܠܝܐ ܡܬܚܙܝܐ ܠܐܝܟ
ܐܢ [2] ܕܠܡܬܩܪܒ ܠܐܪܙܐ ܀ ܒܡܘܬܐ ܗܠܝܢ ܕܒܫܠܝܘܬ ܡܫܡܫ
ܐܝܟ ܘܒܡܘܬܢܐ . ܘܚܠܦܘܗܝ ܕܟܠܗ ܥܠܡܐ ܐܝܟ ܀

ܟܓ. ܫܘܐܠܐ : ܐܢ ܐܝܬ ܐܝܠܢܐ ܕܡܨܐ ܠܗ ܠܥܠܡܝܐ [3]
ܕܠܐ ܢܒܠܥ ܀ ܡܢ ܠܗܠܝܢ ܠܫܡܥ ܩܪܘܒ ܡܘܕܝܢ ܐܝܟ ܕܡܢ
ܠܦܘܬܐ ܕܥܠܡܐ ܀ ܐܘ ܡܢ ܠܒܬܪ ܡܘܪܘܢܐ : ܕܠܐ ܡܫܬܘܕܝܢ ܀

ܦܢܝܐ : ܐܢ ܡܟܝܠ ܫܠܡܘܬܐ ܡܢ ܡܬܝܕܥܐ ܟܠܗ ܠܫܡܥ
ܩܪܘܒ ܡܘܕܝܢ ܠܥܠܡܝܐ : ܫܦܝܪ ܐܢܐ ܕܠܐ ܒܠܐ ܐܝܬܘܗܝ .
ܡܢ ܫܠܡܘܬܐ ܕܢܒ ܠܐ ܡܩܪܒ ܠܗ [4] ܀

ܟܕ. ܫܘܐܠܐ : ܐܢ ܡܫܟܚ ܠܒܪ ܐܝܠܢܘܬܗ [5] . ܕܢܒ ܗܘ

(1) ܦܢܛܣܝܐ est ipsa vox græca Φαντασία.

(2) Hic inserendæ sint voces ܡܫܟܚ ܕܗܘ ita ut ibi legamus : ܐܢ ܡܫܟܚ ܕܗܘ ܠܡܬܩܪܒ.

(3) ܥܠܡܝܐ sæcularis respondet voci græcæ λαικος. Vide *Reliquias Syriacas* D. De Lagarde p. 24 collatas cum *Constit. apostol.* lib. VIII. c. 28.

(4) Hic locus quomodo sit intelligendus lectori judicandum relinquo. Forte mendum in codice irrepserit. Quidquid sit obscuriora adhuc fiunt

Digitized by Google

21. Discipulus (interrogat) : Si cuipiam, in ejus guttur, dum dormiret, sanguis ex naribus descenderit, an licet ei sumere oblationem?

Magister (respondet) : Si animadvertit sanguinem, dum dormiret, ex naribus in guttur defluxisse, et raro hoc accidit, bene facit observando hunc diem. Sin autem continuo hoc ei accidat, non prohibeatur a sumptione mysteriorum (*vid. annot.* VII et XIII).

22. Discipulus interrogat : An est culpandus vir, qui mysteriorum sanctorum particeps fit, quando per somnum ei accidit phantasia corporis?

Magister (respondet) : De phantasia corporis, quæ in somno accidit alicui, an hic tunc mysteriorum particeps esse debeat, in quæstionibus Basilii et in canonibus invenies. Misericordiæ Dei magnæ sunt (XIV).

23. Discipulus (interrogat) : An est necessitas irreprehensibilem efficiens sæcularem, illa quæ (adest) quando in sanctum sanctorum intrat sæcularis tanquam ex fuga ignorantiæ, vel ex causa morbi, absque permissione?

Magister (respondet) : Si propter ignorantiam fugiens sæcularis intravit in sanctum sanctorum, censeo illum irreprehensibilem esse. Ab ignorantia autem non liberatur.

24. Discipulus (interrogat) : An fas est filio ministerii

ista verba prout a BAR-HEBRÆO referuntur in *Nomoc.* cap. 1. sect. 6. Ait enim ibi JOANNES TELÆ : « sæcularis, qui ob ignorantiam fugit ac intrat » ad altare, quamvis reprehensibilis non sit, ab ignorantia tamen non » liberatur. »

(5) ܒܪ ܬܫܡܫܬܢ *filius ministerii nostri*, id est, *clericus*, isque *monophysita*; sermonem fieri de clerico non de laïco patet ex responsione; quod autem agatur de clerico monophysita non autem orthodoxo, inde probatur quod scripti auctor sit monophysita.

Digitized by Google

ܥܡ ܥ̈ܠܡܝܐ : ܢܐܟܘܠ ܥܡ ܐܪ̈ܛܝܩܘ ¹ . ܐܢ ܢܒܥܐ ² ܠܟܠܗܘܢ
ܐܟܠܐ ܕܐܘܪܚܐ .

ܦܢܐ : ܘܠܐ ܡܢ ܗܘ ܐܝܟ ܕܥܡ ܥ̈ܠܡܝܐ : ܘܠܐ ܡܢ ܠܐ ܕܥܡ .
ܘܐܦܠܐ ܡܢ ܐܝܟ ܐܟܠܐ . ܡܛܠ ܡܠܘܐ ܕܢܩܘܦ ܡܟܢܫܘܬܗ ³
ܥܡ ܐܪ̈ܛܝܩܘ ܀

ܟܗ . ܫܘܐܠܐ : ܘܐܢ ܡܣܪܗ ܡܢ ܟܘܡܪܐ ⁴ : ܡܢ ܢܣܒ
ܡܠܘܗܝ ܡܛܠ ܡܛܠ ܫܠܡܘܬܗ .

ܦܢܐ : ܗܘ ܡܢ ܕܡܫܪܝܘܬܐ . ܕܠܐ ܢܣܒ ܡܠܘܗܝ ܡܛܠ
ܫܘܒܐ ⁵ . ܡܛܠ ܕܡܢ ܕܠܐ ܡܢ ܗܠܝܢ ܒܠܗܘܢ ܢܩܠܝܢ ܐܝܟܢ .
ܐܠܐ ܐܦ ܡܢ ܣ̈ܓܝܐܐ . ܡܛܠ ܐܝܟ ܠܗ ܠܡܬܒܥܘ . ܕܢܩܒܠܘܢ ܟܠܐ ܀

ܟܘ . ܫܘܐܠܐ : ܐܢ ܐܝܬܝܗ ܕܒܪܬܐ ܡܢ ܐܪ̈ܛܝܩܘ ܢܣܒܘܗܝ
ܡܟܝܐ ܠܡܥܡܘܕܝܬܐ ܐܝܟ ܕܡܢ ܣܘܟܠܐ ܫܠܝܡܐ . ܡܢ ܢܫ̈ܩܘܗܝ
ܡܢ ܒܪܗܘܢ ܠܐ ܢܟܠܐ .

ܦܢܐ : ܡܛܠ ܕܐܝܟ ܕܡܢ ܣܘܟܠܐ ܕ̈ܩܢܝ ܐܪ̈ܛܝܩܘ ܕܢܣܒܘܗܝ

(1) ܐܪ̈ܛܝܩܘ græce *αἱρητικοὶ hæretici.* Animadvertendum est omnes illos a Syris vocari hæreticos, qui fidei dogma tenent, quæ impugnat auctor, qui scribit. Hinc a Monophysitis hæretici vocantur non tantum Nestoriani sed etiam Catholici, et a Nestorianis vice versa Monophysitæ et Catholici reputantur hæretici. Eadem ratione Monophysitæ seu Jacobitæ ab illius sectæ fautoribus orthodoxi nuncupantur. Hinc fit ut, etsi revera catholici, iique soli orthodoxi appellandi essent, nihilominus tamen, ubi loquuntur Jacobitæ vel Nestoriani aliter se res habeat. Ex eodem errore factum est, ut canones, quos Sancti Patres adversus hæreticos tulerunt, arripuerint ipsi hæretici iisque adversus catholicos usi sint.

(2) In codice legitur ܢܒܥܝܢ.

nostri, ut, modo faciat signum crucis, manducet cum hæreticis, si cogat eum necessitas viæ?

Magister respondet : Neque quum facit ille vir signum crucis, neque cum non facit, neque etiam quando adest necessitas, permittit canon ut manducet clericus cum hæreticis (XV).

25. Discipulus (interrogat) : An tamen a reprehensione liber sit, quando ab illis accipit rem aliquam, propter ejus egestatem?

Magister (respondet) : Perfectio quidem expetit ut ab eis haud quidquam accipiat; propterea tamen quod non tantum ab illis, sed etiam a gentibus (aliquid) accipiunt quidam, quid mihi dicendum sit (ignoro); tacere oportet.

55. Adæus : An fas est monacho orthodoxo scribere pro hæretico res quasdam, uti quæstiones et responsiones, quæ sententiam ejus rectæ fidei oppositam corroborent, atque ab eo accipere mercedem, aut rem quampiam qua indiget?

Jacobus : Etiam hic est proditor fidei et christi, quamvis non sicut primus proditor triginta argenteis vendat Christum.

56. Princeps hæreticus presbytero orthodoxo secum prandere imperavit, eo quod potestatem habet damnificandi, verberandi, ac ligandi, et dixit illi : nisi prandium meum acceperis, juro per Deum quod jactura te afficiam. Illis autem manducantibus, jussit princeps afferri thuribulum, et

Sultanos. Sic Bar-Hebræus *in Chronico* : ܘܢܣܒ ܐܓܪܬܐ ܡܢ ܚܠܝܦܐ ܠܘܬ ܫܘܠܛܢܐ ܕܡܨܪܝܢ « et accepit epistolam a Calipha ad *Sultanum* » Ægypti. » Ap. Assem. *Bibl. orient.* t. II. p. 315; Cf. Bar-Hebræi *Chronicon* t. I. p. 216, 218 et passim. Quare hoc loco sermonem fieri de principe Mahumetano haud dubitaverim; nec obstat vox ܐܪܛܝܩܐ *αιρετικος*, quæ hic additur. Latius siquidem patet illa vox in usu Syrorum, et tam de hæreticis proprie dictis, quam de iis qui totam fidem rejiciunt adhibeatur. Hinc invenies varias Mahumetanorum sectas ܐܪ̈ܣܝܣ vocari a Bar-Hebræo in *Chronico* p. 103.

(4) In Codice mendose scribitur ܐܘܪܬܘܕܘܕܘܟܣܐ.

ܡܢܟܪܝܢܐ ܘܐܟܠܝܢ ܒܣܪ̈ܐ . ܘܐܡܪ ܠܗ ܕܥܒܕ ܗܘܐ ܒܫܒܬܐ .
ܘܐܝܟ ܠܐ ܫܦܝܪ ܥܒܕ . ܘܗܕܐ ܒܫܒ̈ܬܐ ܘܚܕ . ܘܡܢܗܘܢ ܐܝܟ
ܡܢܝܢܐ ܒܫܒܬܐ ܀ ܡܢ ܠܥܠ ܗܘܐ ܒܟܢܫܬܐ ܗܘ ܐܝܟ ܡܬܗܦܟܢܐ .
ܕܗܠܝܢ ܠܟܘܢ ܀ ܡܢ ܕܒܥܠܬܐ ܕܡܫܠܡܢܐ . ܐܝܟ ܕܡܫܝܚܐ ܗܘ
ܡܛܠ ܗܕܐ ܘܡܟܪܙ ܡܬܝܠܐ ܥܠ ܐܢܐ ܕܠܗ ܀

ܝܥܩܘܒ : ܕܡܢ ܡܬܝܠܐ ܡܢ ܐܬܝܗܘܢ ܀ ܕܝܠܗ ܐܬܝܗ̇ ܕܐܡܪ . ܕܐܢ ܡܫܝܚܐ ܗܘ ܕܝܢ ܐܘ ܠܐ ܀ ܕܠܗܐ ܗܘ ܕܐܝܬ ܘܠܗ ܕܝܠܗ . ܒܪܡ ܗܕܐ ܐܡܪ ܐܢܐ . ܕܡܢܚܢ ܡܬܝܠܐ ܠܒܪܗ ܡܬܝܠܐ : ܕܢܣܒܘܢ ܐܦ ܠܡܢܗܘܢ ܒܡܫܟܢܐ ܕܠܠܡܐ ܘܕܐܚܝܢ ܠܠܡܐ : ܘܡܬܠܡܕܐ ܐܝܟ ܠܬܪܡܝܢܐ ܘܠܐܚܝܕ ܡܫܠܡܢܐ ܕܠܠܡܐ . ܘܡܬܠܡܕܐ ܐܦ ܡܬܟܬܒܝܢ ܡܢܗܘܢ ܘܡܢ ܕܒܥܠܬܐ ܠܟܪܝܗ ܐܦ ܡܢܝܢܐ ܗܢܐ ܠܟܠ ܗܠܝܢ ܐܚܪܢܐ . ܘܠܗ ܗܕܐ ܠܐ ܀ ܐܦ ܕܠܐ ܡܫܝܚ ܐܡܪ ܗܘܝܬ . ܗܠܝܢ ܓܝܪ ܡܬܝܠܐ . ܐܝܟܢܐ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܐܦ ܦܐܪܫܐ ܐܦ ܡܫܠܡܢܐ ܠܠܡܐ ܕܐܘܪܬܘܕܘܟܣܘ ܀ ܚܒܝܒܝܢ ܗܘܘ . ܗܢܐ ܕܝܢ ܡܛܠ ܡܬܡܗܝܢ ܀ ܘܡܢ ܦܐܪܫܐ ܘܡܢ ܡܫܠܡܢܐ ܐܚܪ̈ܢܐ ܀ ܡܠܟܘܬܐ ܕܠܥܠܡܝܢ ܠܡܫܡܫ ܠܗ ܠܡܠܟܢ ܟܠ ܡܬܝܠܐ ܐܬܩܒܠܢ ܀

ܠܒ . ܐܕܝ : ܐܢ ܦܩܕ ܠܗ ܐܡܪܐ ܠܓܒܪܐ ܡܕܒܪܢܐ [1] ܕܒܝܬܐ ܕܢܐܦܠ ܠܡܠܗ ܒܟܢܫܐ . ܢܐܦܠ ܐܘ ܠܐ ܢܐܦܠ ܀

ܝܥܩܘܒ : ܠܗܢܐ ܐܢܐ ܡܢ ܠܐ ܦܩܕ ܐܢܐ . ܦܩܕܐ ܠܗ ܕܡܢ ܐܠܗܐ ܀

(1) ܓܒܪܐ ܡܕܒܪܢܐ ܕܒܝܬܐ *vir gubernator domus*, id est, *abbas* seu præfectus monasterii. Vox ܒܝܬܐ proprie domum notat, sed sæpissime

dixit ei : surge et pone aromata ; si autem renueris, cave tibi. Tunc presbyter posuit insensum et oravit, suavique unguento eos unxit, cum non esset in domo aliquis fidelis. Hæc autem ex timore Sultani fecit. Scire volo an propter hoc reus sit, aut canones violaverit?

Jacobus : Quod canones transgressus fuerit meum est declarare, an autem reus ille sit vel non, Dei est cognoscere non autem mei. Verum hoc dico : sacerdotes antea canones transgressos fuisse, et amavisse in rebus esse sæculi, aut quæ tenet sæculum, ideoque principibus et iis qui sæculi principatum tenent subjectos factos fuisse. Unde factum est ut mandata ab eis acceperint, et ex timore hunc canonem una cum aliis transgressi sint. Si autem hos canones transgressi non fuissent, non illos condemnarem. Hi enim canones, quando libertas et potestas populo orthodoxo adhuc remanebant, positi fuerunt. Nunc autem propter peccata nostra, et ex libertate et ex principatu dejecti sumus, illisque, qui potestatem habent nobis præcipiendi canonum transgressionem, sumus traditi.

57. Adæus : Si præcipiat Emirus præfecto monasterii manducare secum in paropside, manducabit-ne, an non manducabit?

Jacobus : Huic quidem licentiam ego non concedo, concedit autem necessitas.

de domo quam incolunt monachi, seu de monasterio, dicitur. Vid. Ebed-Jesu *Collect. canon.* p. 296.

Digitized by Google

ܠܚ. ܐܝܟ: ܐܢ ܫܐܠܐ ܠܟܗܢܐ ܕܢܐܟܘܠ ܥܡ ܡܗܓܪܝܐ [1] ܕܡܫܬܠܛܝܢ ܒܡܫܬܘܕܝܢܘܬܗܘܢ ܐܘ ܠܐ ܢܐܟܘܠ ܀

ܡܦܩܢ: ܒܟܠ ܗܘ ܕܐܠܨܐ ܡܟܝܠ ܠܗ ܐܦ ܠܟܗܢܐ ܀ ܐܠܐ ܐܡܪ ܐܢܐ܆ ܕܠܐ ܡܛܠ ܡܗܝܡܢܐ ܗܕܐ ܠܟܗܢ ܕܢܐܟܘܠ: ܘܐܦ ܠܐ ܠܡܫܬܠܛܢܘܬܐ܆ ܘܐܦܠܐ ܐܢ ܠܐ ܢܗܘܐ ܕܡܫܬܠܛܝܢ ܕܢܣܩܘܢ܆ ܡܛܠ ܕܐܝܟ ܗܟܢ ܫܦܝܪܬܐ ܥܡܐ ܐܚܝܢ ܕܩܫܝܫܝܢ ܡܘܬܪܢܐ ܕܬܢܝܢ ܀

ܠܛ. ܐܝܟ: ܐܢ ܙܕܩ ܠܗ ܠܟܗܢܐ ܕܢܐܟܘܠ ܠܚܢܦܐ ܥܡ ܚܪܢܝܐ [2] ܘܥܡ ܡܗܓܪܝܐ ܗܝܡܢܐ ܒܠܚܘܕ ܗܘ ܕܢܐܟܘܠ ܥܡܗܘܢ ܀

ܡܦܩܢ: ܘܐܦ ܗܕܐ ܕܡܟܠ ܥܡ ܕܐܢܐ ܠܐ ܡܗܝܡܢܐ ܐܢܐ ܕܐܬܩܝܡ. ܐܝܟ ܢܟܘܠ ܐܝܢ ܡܬܡܟܘܪܐ ܘܡܬܩܢܐ ܀

ܡ. ܐܝܟ: ܐܢ ܫܐܠܐ ܕܢܟܘܠ ܘܢܫܬܐ ܐܢܫܐ ܐܪܡܝܐ ܀

ܡܦܩܢ: ܐܝܢܘ ܦܠܓ ܕܡܣܪܢܘܬܐ ܐܘ ܡܬܓܪܢܘܬܐ ܕܐܝܬ ܠܗܘܢ ܡܬܝܪܝܢ ܥܡ ܥܒܘܕܝܗܘܢ ܐܠܗܝܗܘܢ܆ ܗܘܝܘ ܠܐ ܫܦܝܪ ܕܢܚܘܐ ܕܢܬܚܫܒ ܥܡ ܡܫܬܘܬܦܢܐ. ܠܐ ܙܕܩ ܕܢܬܠܐ ܥܡ ܐܠܐ ܥܡ ܥܒܘܕܝܗܘܢ [3]. ܐܢ ܕܝܢ ܫܦܝܪ ܢܬܠܐ

(1) ܡܗܓܪܝܐ *Hagareni*, id est, Mahumetani sic dicti ab ܗܓܪ ancill[a] Abrahami, a qua per Ismaelem originem ducunt Arabes. Vid. Ge[n.] XV[I]. 15 et XXI. 14. Hagareni per extensionem dicuntur non tantum Arabe[s], sed ii omnes, qui Islamiticam religionem profitentur. Vid. Bar-Hebr[æi] *Chronicon* a Bruns et Kirsch editum t. I. p. 118, 137, 609 et pass[im].

(2) ܚܢܦܐ ܚܪܢܝܐ *populi Charræ* seu *Haran*. Haran jam tempore Abra-hami nota (v. *Act. Apost.* VII. 2) urbs fuit in Mesopotamia idololatri[æ] addictissima. Bar-Hebræus refert urbem Haran a Caïnano condi[tam] fuisse : « Fertur, inquit, illum (Caïnanum) invenisse astrologiam; et » ejus eum sicut Deum adorarunt, illique simulacrum erexerunt.

Digitized by Google

58. Adæus : An licet sacerdoti docere filios Hagarenorum, qui possunt illum damnificare, si non doceat?

Jacobus : Etsi necessitas etiam hoc illi permittit, dico ego non nocere neque ei qui docet, neque etiam fidei, etiamsi non sit Hagareno potestas nocendi, quia sæpe ex similibus plurimæ utilitates proveniunt.

59. Adæus : An fas est sacerdoti docere gentiles, filios Haranitarum et filios Judæorum syllabas tantum et artem scribendi?

Jacobus : Hoc innoxii moris esse arbitror, etiamsi illos doceat psalmos et Scripturas (XXXIX).

60. Adæus : An licet exequias ducere hæreticis, eosque sepelire?

Jacobus : Si quidem in pago sint aut in civitate, in qua adsunt clerici eidem errori addicti, et ille qui defunctus est non petierit, vel rogaverit, vel desideraverit a fidelibus sepeliri, non deducendus est ab orthodoxis, sed ab iis qui

» exinde cæpit simulacrorum cultus. Ille autem ædificavit Haran urbem » secundum nomen filii sui Haran. » Tradit etiam ASSEMANUS in urbe Haran idolorum cultum initium sumpsisse, et testatur ABULHASSAN idololatriam in hac urbe adhuc sæculo X post christum natum perseverasse. Vid. BAR-HEBRÆI *Chronicon* p. 8 et 177; ASSEMANI *Biblioth. Orient.* t. I. p. 51 et 201.

(3) ܒܢܝ̈ ܬܪܥܝܬܗ verbotenus *filii sententiæ ejus*, qui eadem cum ipso sentiunt, qui eamdem doctrinam tenent. Eadem locutione a concilio Nicæno ܒܢܝ̈ ܬܪܥܝܬܗ vocati sunt ii, qui Arii hæresi adhærebant. Vid. D. HARRIS COWPER, *Analecta Syriaca* p. 2.

Digitized by Google

ܐܢܫܝܢ ܡܫܟܚܝܢ ܗܟܢ ܒܢܝ ܩܘܪܒܗ : ܘܐܝܬܝܗܘܢ ܠܗܪ̈ܛܝܩܐ
ܘܐܪ̈ܡܝܐ ܕܕܘܟܬܐ . ܐܘ ܠܒܥܝܪܐ ܐܘ ܚܝܘܬܐ : ܘܡܫܬܘܕܥܝܢ
ܡܛܠ ܕܝܢ ܐܘܪܬܘܕܘܟܣܘ ⁘ ܘܐܦ ܠܐ ܠܡܐܬܐ ܗܘ ܠܐ ܐܝܬܝܗ ܕܩܒܪܐ
ܕܢܬܩܒܪܘܢ ܩܒܘܪܬܐ ܚܡܪܐ [1] . ܐܠܐ ܘܐܦ ܡܢ ܟܠܗ ܕܟܢܫܐ ܡܢ
ܗܘ ܕܡܟܠܗ ܠܦܓܪܐ ܡܘܪܒܢܐ . ܐܦ ܕܠܡܩܒܪܘܢ ܠܗ . ܘܐܦ ܠܐ
ܠܦܓܪܐ ܗܘ ܡܢ ܠܥܡܗ . ܡܛܘܠ ܐܢܫܐ . ܐܦ ܕܠܡܣܝܡܗ ܡܢ
ܡ̈ܢܬܐ ܗܢܐ . ܘܠܟܠܗ ܠܟܘܡܪܐ ܘܠܕܝܪܝ ܦܘܪܫܢܐ ܕܫܘܘܝܐ .
ܘܠܡܬܒܪ ܕܝܢ ܡܟܝܠ ܗܘ ܕܪܫܝܡ ܗܘܐ ܒܫܡܝܗ . ܐܠܗܘ ܕܠܐ
ܢܣܒ ܠܟܘܪܐ ܡܟܝܠܗ ܡܢ ܐܚܪ̈ܢܐ ܘܐܥܒܕ ܘܐܟܠܗ . ܐܘ ܕܝܢ ܘܠܐ
ܐܟܠܗ . ܠܐܟܘܬܐ ܠܡܣܒܘܢ ܡܫܟܢܢܐ . ܐܘ ܗܘܟܢܐ ܚܕܐ ܡܘܪܒܢܐ
ܐܘ ܠܐ ܚܕܐ ⁘ ܠܡܟܬܒ ܐܦ ܘܠܡܩܒܪ ⁘ ܐܡܪ ܠܟܘܪܐ ܘܬܚܒܐ
ܕܐܝܬ ܠܟܪܣܛܝܢܐ [2] ⁘

ܫܐ . ܐܝܢ : ܐܢ ܐܦ ܕܠܐܢܬܐ ܡܠܒܫܢܐ ܐܘ ܕܡܢܫܐ ܐܘܪܬܘܕܘܟܣܐ[3]
ܟܠ ܟܗܢܐ ܕܐܬܡܢܝ ܡܠܡܩܘܠܢܐ [4] . ܩܕܡ ܟܫܡܫܢܐ ܡܢ ܠܐ
ܥܠܬܐ . ܐܘ ܕܢܦܩ ܚܠܦ ܠܡܟܬܒܢܝܘ ܡܠܡܩܘܠܢܐ ܕܠܐܢܟܘܢ
ܠܟܠܝܢ ܡܢ ܠܐ ܡܬܦܢܝܢ ⁘

(1) Eadem metaphora usa Synodus MAR-ABÆ dixit : ܩܒܘܪܬܐ ܚܡܪܐ ܢܬܩܒܪܘܢ ܐܝܟ ܒ̈ܥܝܪܐ ܘܚܝ̈ܘܬܐ « Sepultura asini sepeliantur tanquam » animalia et bestiæ. » Vid. EBED-JESU *Canon. Collect.* tr. 2. p. 219.

(2) Hanc Resolutionem abbreviatam refert BAR-HEBRÆUS *Nomoc.* c. VI. s. 1. « Hæretici qui decedunt, a propriis sacerdotibus deducantur et sepe- » liantur. Et si non adfuerint sacerdotes, eos deducimus. Et si postulent » oblationem, detur illis. » Hic mos, ut hæretici sacra Eucharistia et sepultura ecclesiastica donentur, cum doctrina et disciplina ecclesiæ catholicæ pugnat, nisi saltem antea ab errore resipuerint et pœnitentiæ signa dederint.

Digitized by Google

illius sententiæ adhærent. Si autem petierit, ejus exequiæ fiant. Si vero longe absint ii, qui eadem cum eo sentiunt, et accidat ut alienigena locique extraneus, aut viator, aut captivus obeat apud orthodoxos, quamvis non petierit, non est tamen iste sepultura asini sepeliendus. Imo quamvis non per se oblationem petierit, ea illi præbenda est. Et etiamsi ipse nihil petierit in ultimo instanti, nihilominus tamen a bestiis eripiatur oportet, et ovile ingrediatur et viatico muniatur ad salutem longinqui itineris, et mittatur ad Dominum cujus nomine signatus est. Sive autem recusaverit, quando rogabatur ut hoc non repelleret a se, sive non recusaverit, Deo res relinquatur. Sive igitur acceperit oblationem, sive non acceperit, ejus exequiæ fiant, et secundum consuetudinem et ritum christianorum sepeliatur (*vid. annot.* XVI).

61. Adæus : An fas est clericum, aut monachum orthodoxum ire cum comitatu hæreticorum Chalcedonensium inter sæculares, modo non psallat; aut (an fas est) nobis assentire clericis Chalcedonensibus ut eant, nobiscum, modo non psallant ?

(3) ܐܘܪܬܘܕܘܟܣܐ Hoc vocabulum punctis ribuï insignitum fuerit, quia referendum est ad clericum et ad monachum.

(4) ܟܠܩܝܕܘܢܝܐ *Chalcedonenses*. Hoc nomine designantur catholici. Quare autem sic nominentur catholici a Monophysitis, his verbis aperit Dionysius Bar-Salibi : ܟܠܩܝܕܘܢܝܐ ܠܘܬ ܟܠܩܝܕܘܢܝ ܩܪܝܢ ܠܬܪܝܢܘܬܐ ܡܛܠ ܕܬܪܬܝܢ ܟܝ̈ܢܐ ܐܝܟ ܡܠܦܢܘܬܐ ܚܕܬܐ ܕܣܘܢܗܘܕܘܣ ܐܘܟܝܬ ܟܢܘܫܝܐ ܕܟܠܩܝܕܘܢ ܡܕܝܢܬܐ « Chalcedonenses propter dualitatem, nimirum » quia duas profitentur naturas juxta novam doctrinam Synodi, id est » concilii Chalcedonensis. » Novam hæreticus appellat doctrinam, quam Christus revelavit, patres docuerunt, et universa tenet ecclesia.



Digitized by Google

ܡܦܢܝܢ : ܗܘܝܢ ܐܢܫܝܢ ܗܠܝܢ ܡܢ ܚܘܪܐ ܐܢܫܐ. ܘܠܐ
ܡܬܚܪܡܝܢ ܡܛܠ. ܐܠܐ ܒܡܠܐ ܙܕܩܝܢ ܐܘ ܡܬܟܬܫܝܢ [1]

ܫܘ. ܐܕܝ : ܐܢ ܘܠܐ ܕܢܐܟܠܘܢ ܠܚܡܐ ܒܬܫܡܫܬܐ ܟܠ ܟܗ̈ܢܐ
ܕܚܢ̈ܦܐ ܚܪ̈ܫܐ ܐܘ ܝܗܘ̈ܕܝܐ ܀

ܡܦܢܝܢ : ܘܐܦ ܗܕܐ ܡܢ ܚܘܪܐ ܘܚܟܝܡܐ ܐܢܫܐ ܝܕܝܥܐ ܀
ܠܐ ܡܬܒܥܝܢ ܠܡܬܚܫܒܘ ܚܫܝܟܘܬܐ ܒܝܕܐ ܟܗܢܐ ܀

ܫܘ. ܐܕܝ : ܐܢ ܙܕܩ ܠܝ ܕܠܢܦܩ ܐܘ ܠܚܢ̈ܦܐ ܐܘ ܠܝܗܘ̈ܕܝܐ
ܕܢܩܒܠ ܕܢܐܟܠܘܢ ܟܠ ܠܟܘܢ ܡܫܬܠܡܐ ܕܚܘܪܐ ܐܢܫܐ ܀

ܡܦܢܝܢ : ܠܐ ܡܛܠ ܡܫܬܚܠܦܐ ܠܝ ܗܕܐ [2] ܀

ܫܘ. ܐܕܝ : ܐܢ ܙܕܩ ܠܡܫܡܫܢܐ ܐܘܪܬܘܕܘܟܣܐ. ܕܟܕ ܡܫܬܟܚܝܢ
ܨܝܕ ܡܫܡܫܢܘܬܐ. ܘܐܦܩܝܢ ܠܗ ܕܢܦܩ ܠܗܘܢ ܡܢ ܡܕܒܪܢܐ
ܕܝܠܗܘܢ ܕܠܡܫܡܫܝܢ ܚܕ̈ܡܝܗܘܢ. ܘܡܫܡܫܢܐ ܠܟܠ ܠܗܘܢ.. ܕܢܦܘܩ
ܕܢܦܩ ܠܗܘܢ. ܟܕ ܠܡܫܡܫܘ ܠܐ ܡܬܚܫܒܝܢ ܘܡܫܡܫܢܐ ܕܝܠܗܘܢ
ܠܐ ܟܐܢ ܀

ܡܦܢܝܢ : ܠܐ ܙܕܩ ܕܢܫܡܫ ܡܛܠ ܕܐܝܟ ܗܕܐ ܟܠ ܡܢܗ.
ܐܠܐ ܕܝܢ ܕܡܬܬܚܫܒ ܠܡܫܡܫܢ ܗܕܐ ܀ ܐܝܟ ܡܫܬܠܡܐ
ܠܐܪ̈ܝܣܛܘ ܢܦܩܘܢ ܡܫܟܚ ܟܢܘܫܐ ܀

ܫܘ. ܐܕܝ : ܐܢ ܘܠܐ ܕܢܬܚܫܒ ܒܟܬܒ ܡܘܕܝܐ ܠܥܒܕܐ ܐܘ
ܡܥܒܕܐ ܐܘ ܒܟܘܬܐ ܡܛܠ ܐܚܪܬܐ ܀ ܡܢ ܟܠܗ ܕܟܬܒ ܕܟܠܬܐ
ܐܚܪܬܐ ܕܡܬܬܠܡܕܝܢ ܒܗ ܀

(1) Hæc non satis concordant cum disciplina ecclesiæ catholicæ. Nec etiam videntur consentire cum canone apostolorum 43, quem tamen Monophysitæ recipiunt. In hoc canone præcipitur : « Episcopus aut presbyter, » aut diaconus, qui cum hæreticis orarunt dumtaxat, segregentur; si

Jacobus : Sunt hæc φιλανθρωπιας opera, nec nocent ullo modo, sed e contra quandoque prosunt.

62. Adæus : An fas est mulieribus christianis ire cum comitatu Haranitarum et Judæorum?

Jacobus : Hoc etiam ex benevolentia et ex more humano accidit, nec possumus eo usque extendere diligentiam.

63. Adæus : An fas est nobis connivere Ethnicis et Judæis, ubi ex benevolentia humana ire volunt cum comitatu nostro?

Jacobus : Hoc nobis noxium non est.

64. Adæus : An fas est clerico orthodoxo, versanti apud Chalcedonenses, qui ab eo ex oblatione, quam apud se retinent, sibi dari postulant, et clericum proprium non habent, oblationem sumere et dare ipsis; si tamen non communicet cum Chalcedonensibus, et ad eorum altare non accedat?

Jacobus : Aliquid simile fieri, omnino non licet; qui autem hoc facere præsumpserit, tanquam communicans cum hæreticis puniatur.

65. Adæus : An licet ponere in sanctuario panem, vinum, aut aliam rem quampiam, deficiente loco alio, in quo hæc serventur?

» autem episcopus illis tanquam clericis aliquid operare permiserit, de-
» ponantur.» Vid. EBED-JESU *Epitome Canon. Apost.* p. 179.

(2) Hæc iterum est disciplina Jacobitarum, non autem catholicorum. Animadvertendum est tamen, Jacobitis vetitum esse a canone Apostolorum 63, ne introeant in synagogam Judæorum aut hæreticorum, orationis causa.

Digitized by Google

ܡܫܡܫܝܢ : ܠܐ ܙܕܩ ܥܠ ܡܕܒܚܗ . ܥܠܬܐ ܕܐܦ ܗܕܐ ܡܛܠܐ
ܗ̇ܝ ܒܩܢ̈ܘܢܐ [1] ܀

ܩܕ . ܐܕܝ : ܐܢ ܠܢܣܒܐ ܡܣܟܢܐ ܐܘ ܡܣܟܢܐ ܒܡܪܥܐ : ܘܐܡܪ
ܢܦܫܗ ܕܝܗܒܐ ܠܗ ܐܘ ܡܫܡܫܢܐ ܠܗ ܡܢ ܩܢ̈ܘܢܐ ܕܫܕܐ ܕܠܫܡܫܘܢ
ܠܗ : ܟܕ ܠܐ ܫܒܩ ܕܠܫܪܝܐ ܠܫܡܗ : ܘܠܐܡܫܡܫܐ ܠܐ ܠܘܬ
ܬܪܥܘܗܝ : ܐܠܐ ܠܟܠܗܘܢ ܒܟܠܟܠܐ ܡܢܗ ܣܠܩ ܡܢܗ : ܐܡܪܢܐ
ܐܢ ܠܗ ܐܝܟ ܠܟܠܢܐ ܕܥܡܗ : ܐܘ ܕܢܐܐ ܡܢ ܡܢܗ ܥܠ ܡܕܒܚܗ .
ܐܢ ܡܫܡܫܢܐ ܠܗ ܗܕܐ ܬܝܒܘܬܐ [2] . ܗܘ ܗܘ ܬܝܒܘܬ ܐܦ ܠܐܢܫܐ ܐܘ
ܠܟܠܡܕܡ ܀

ܡܫܡܫܝܢ . ܘܠܐ ܠܚܕܐ ܬܝܒܘܬܐ ܡܫܬܠܛܐ ܠܗܕܐ . ܬܝܒܘܬܐ
ܗ̇ܝ ܕܟܠܗܝܢ ܩܘܕܫܐ . ܐܦ ܗ̇ܝ ܕܗܘ ܠܗ ܠܟܪܘܒ ܐܝܟ . ܒܪܢܫ
ܐܢ ܕܥܠܝܢ ܗܠܝܢ . ܠܗܠܝܢ ܕܗܘܘ ܠܪܒܢܝܢ ܡܫܬܠܡܢܘܗܝ ܘܠܐ
ܢܦܩܝܢ ܕܡܢ ܐܟܢܐ ܐܘܟܝܠܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܡܟܠܝܢܗ ܘܡܫܡܫܢܐ ܘܡܫܡܠܝܢܗ ܀

ܩܗ . ܐܕܝ : ܐܢ ܐܡܬ ܐܝܟ ܠܟܠܡܢܐ ܕܩܘܕܫܐ ܗܝܟܠܐ ܐܬܩܪܒ
ܠܡܫܡܫܢܘܬܗ : ܐܡܪܢܐ ܕܐܦ ܗܘ ܐܦܢ ܒܪܢܫ ܐܝܟ ܐܝܟ : ܘܠܐ [3] ܒܗ
ܡܢ ܐܝܕܐ ܕܦܘܩܕܢܐ ܕܠܐ ܢܥܠ ܒܗ : ܘܒܟܠܟܠܐ ܘܒܟܗܢܐ :

(1) Inquirenti quinam sint canones, ad quos memoriam revocat Edessenus, se offert Apostolorum canon. 4, qui sic sonat : ܦܐܪ̈ܐ ܕܝܢ ܐܚܪ̈ܢܐ ܟܠܗܘܢ ܢܫܬܕܪܘܢ ܪ̈ܫܝܬܐ ܠܒܝܬܗ ܕܐܦܝܣܩܘܦܐ ܘܕܩܫ̈ܝܫܐ . ܘܠܐ ܢܬܩܪܒܘܢ ܠܡܕܒܚܐ . ܝܕܝܥܐ ܕܝܢ ܕܗܘ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܘܩܫ̈ܝܫܐ ܡܦܠܓܝܢ ܠܡܫܡ̈ܫܢܐ ܘܠܟܠܗ ܩܠܝܪܘܣ «Fructus autem alterius cujusvis primitiæ mittantur » ad domum episcopi, et ad presbyteros, neque offerantur altari. Nota » est autem, quod ipse episcopus, et presbyteri distribuunt diaconis » ac reliquis clericis. » Ebed-Jesu *Epitome Canon. apostol.* p. 9 et 12. Cf. D. Lagardii *Reliquias juris ecclesiastici antiquissimas* Syriace p. 4.

(2) ܬܝܒܘܬܐ (a ܬܐܒ *reversus est*) primario *reversionem* significat.

Jacobus : Omnino non licet : quia hoc prohibetur a canonibus.

66. Adæus : An quid peccat presbyter aut diaconus, qui, lectis vel auditis canonibus, intelligens se abscissionem mereri, operam impendit ut animæ suæ turpitudo non propaletur, et episcopo non manifestat actionem suam; sed varios nectit prætextus, ita ut nullus omnino sciat rem abscissionis ejus, aut eum a quopiam prohiberi? An reputatur illi hoc pro pœnitentia, similiter etiam fratri aut sæculari?

Jacobus : Nullam pœnitentiam rejicit Deus pœnitentia si quidem magna est etiam illa, qua se ipsum reprehendit homo. Verum ii similes sunt illis, qui curant vulnera sua, nec accedunt ad medicum sanationis promptæ et perfectæ operatorem (XL).

67. Adæus : si sit sæcularis quidam, qui, in errore suo, peccatis plurimis sese inquinaverit, ita ut etiam dicat coram omnibus, nullam remanere iniquitatis speciem, in qua et

translate autem notat *reversionem a via peccati per morum castigationem ad viam justitiæ.* Hinc constanti usu Syrorum ibi adhibetur, ubi Latini voce *pœnitentia*, græci *μετανοια* utuntur. Vid. D. Lagardii *Didascaliam Apostolorum*, Syriace p. 15, 16, 19, 24 et 27; S. Ephræmi *opera* t. III. p. 367, 376, 390, 391 et passim in *parænesibus de pœnitentia*; Ebed-Jesu *Margaritam* tract. IV. c. 7. Ex auctoribus indicatis perspicies ܬܝܒܘܬܐ non animi dolorem tantum complecti, sed vitæ præteritæ castigationem et novæ inchoationem. Generali itaque significatione ista vox sacramentum pœnitentiæ notat, strictiori autem sensu designat virtutem pœnitentiæ, vel tantummodo opera satisfactoria, quæ latini pœnitentiam publicam vocabant. V. Ebed-Jesu can. 23. p. 218 et can. 24. p. 236.

(3) Particula ܘ pro ܕ hoc loco posita fuerit.

ܘܒܬܪܟܢ ܚܒܝܫܐ ܐܠܗܐ ܡܐܪܐܝܬ ܘܠܡܩܕܘܢܝܐܝܬ : ܘܗܟܢ ܕܝܢ
ܠܥܡܗ ܘܥܡ ܡܢ ܕܟܠܗܘܢ ܡܫܬܘܕܥܝܢܗ ܘܐܬܬܘܒ : ܘܗܘܝܐ
ܡܬܕܪܢ ܟܠ ܟܢܫܘܗܝ ܡܕܝܢܬܐ ܘܐܦܝܐ ܠܗ ܡܢ ܠܥܡܗ :
ܘܐܡܪ ܪܒܐ ܘܡܟܠܐ . ܐܢ ܡܬܬܦܪܫ ܥܡ ܗܠܝܢ ܕܒܥܝܢ . ܥܡ ܠܐܢܫܐ
ܠܐ ܡܫܬܘܐ ܠܥܕܬܐ . ܡܛܠ ܕܝܢ ܗܟܢ .

ܝܥܩܘܒ : ܟܢܘܫܬܐ ܡܕܝܢܬܐ ܘܪܘܚܬܐ ܕܟܠ ܚܛܗܐ ܐܝܬܝܗ
ܕܗܘ ܐܝܬܝܗ . ܗܢܘ ܕܠܥܡܗ ܡܢܗ ܕܚܛܗܐ . ܐܝܟܢ ܕܬܟܫܦܬܐ
ܕܡܬܟܠܬܗ ܠܥܡܐ ܠܗܕܐ ܟܠ ܝܘܡܐ : ܟܠ ܟܢܘܫܬܐ ܕܥܡ
ܕܡܢܐ ܘܬܐܘܝܬܐ ܕܡܢ ܟܠܐ . ܐܦ ܟܠܗܝܢ ܡܟܫܦܢܘܬܐ ܕܡܢܗ
ܕܚܛܗܐ ܡܟܪܗܐ ܕܬܟܫܦ . ܐܝܟܢ ܘܡܟܪܗܐ ܡܫܪܝܐ ܠܬܬܘܒܘ ܠܗ
ܠܐܪܬܗ ܕܥܕܬܐ : ܥܡ ܡܬܘܗܬܐ ܕܐܡܪ ܚܛܐ ܕܟܫܦܬܐ . ܐܦ
ܠܚܛܗܐ ܡܕܝܢܐ ܡܟܪܗܐ ܕܬܫܦ . ܘܥܘܗܕܢܬܐ ܐܦܪܫ ܠܗܘܢ ܚܛܗܐ
ܕܫܘܢ ܠܬܝܒܘܬܐ . ܐܡܬܝ ܕܠܬܚܪܘܒ ܐܢܫ ܡܢ ܦܘܪܫܢܐ . ܐܢ
ܗܘ ܗܘ ܕܢܫܩܐ ܢܘܪܐ ܕܠܥܡܗ ܡܢ ܚܛܝܬܐ ܘܠܬܘܒܘ ܘܗܘܕܐ ܡܛܠ
ܬܝܒܘܬܐ ܕܒܝܫܬܐ ܕܥܒܕ . ܘܠܐ ܢܘܪܐ ܢܘܚܪܢܐ ܕܐܝܟ ܡܢ ܟܢܫܬܗ .

ܣܚ . ܐܕܝ : ܐܢ ܡܟܪܗܐ ܕܠܬܚܢܘܩ ܢܦܫܐ ܕܠܒܠܐ ܒܪܘܡܬܗ
ܘܟܠ ܡܩܪܒܬܐ ܕܡܠܠܗ ܕܝܢ ܐܦܠܗ ܐܡܪ ܕܝܢ ܐܠܬܗ .
ܝܥܩܘܒ : ܡܟܪܗܐ ܕܠܬܚܢܘܩ [1] .

ܣܛ . ܐܕܝ : ܐܢ ܥܒܐ ܡܫܬܟܚ ܒܪܝܫܐ ܕܗܘ ܕܝܗܒ ܒܫܠܡܘܬܐ
ܘܕܗܘ ܕܝܗܒ ܒܪܫܝܡܘܬܐ . ܐܦ ܕܐܠܗܐ ܢܬܒ ܕܝܢ ܚܠܦܐ
ܘܕܗܘ ܕܝܢ ܒܪܫܝܡܘܬܐ .

(1) Montanistæ et Novatiani gravioribus delictis, inter quæ *Tertullianus* mæchiam recenset, omnem etiam in fine vitæ veniam negandam voluerunt.

verbo et opere lapsus non fuerit; postea autem libere legitimeque uxorem duxerit, tunc ad se reversus ab omnibus stultitiis suis cessaverit et resipuerit; jam vero recordatur operum suorum præcedentium et detestatur illa ex corde suo, et jejunat et orat; an liberabitur per hanc agendi rationem, quando medico non ostendit dolorem suum, quia erubescit?

Jacobus : Pœnitentia prima et præcipua, de peccato, quodcumque illud sit, in eo est, ut ab eo peccato patrando cessetur, quod si isti cessationi adjungatur deprecatio, quæ propter peccatum fit, cum jejunio et labore lacrymarum cordisque gemituum, perfecta fieri potest peccati deletio. Si autem huic ulceratæ fœditati applicetur abstersio abundans per gratiam convenientem viribus egentium, ad ordinem primum poterit accedere. Breviter dicam : non est peccatum quod pœnitentiæ prævaleat, ita ut excludatur homo a salute, si ille ipse, qui peccavit, vult cessare a peccato et pœnitere; et hoc propter magnam misericordiam Dei, qui non vult ut aliqua pereat ex creaturis ejus.

68. Adæus : An salvari potest vir, qui sese inebriavit, et stolido hoc onere gravatus rem habuit cum matre quemadmodum rem habet cum uxore?

Jacobus : Potest salvari.

69. Adæus : An æqualis est pœna illius, qui cum ethnica, et illius qui cum christiana mœchatus est; an etiam æqualiter punienda est mulier, quæ rem habuit cum ethnico, et mulier, quæ rem habuit cum christiano?

et horum criminum reos ab omni spe salutis obtinendæ excidisse, pertinaciter docuerunt. Rejicitur hic error in præsenti loco.

Digitized by Google

ܡܦܢܝܢ : ܠܐ ܫܦܝܪ ܀ ܐܠܘܡܝ ܘܡܢ ܟܬܒܐ ܕܐܡܪ ܗܘܐ ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ
ܗܠܝܢ ܠܐ ܡܬܡܫܟܢܐ ܟܠܗ ܗܝܡܢܘܬܐ . ܕܠܗܘܐ ܗܘܐ ܐܢܫ ܐܘ
ܕܠܐܦܣܪ . ܗܘ ܕܡܢ ܕܐܬܓܢܒ ܟܠܗ ܗܝܡܢܘܬܐ . ܕܠܐ ܡܠܘܐܐ
ܠܥܡܕ ܡܢ ܒܬܪ ܦܘܪܩܢܗ ܐܘ ܡܢܝܐ ܗܘ ܐܘ ܐܠܗܐ ܀

ܓ . ܐܕܝ : ܐܢ ܗܘܐ ܡܠܘܐܐ ܕܗܘ ܢܛܪ ܒܐܠܗܐ ܕܡܥܡܕ ܠܗ
ܒܪܗ ܡܢ ܡܝܐ ܕܡܥܡܘܕܝܬܐ . ܠܗܘ ܢܛܪ ܒܐܠܗܐ [1] ....... ܀

ܡܦܢܝܢ . ܠܐ ܗܘܐ ܡܫܟܚ ܒܪܢܫܐ ܕ....... ܐܠܐ ܒܐܝܠܝܢ ܐܢܫ
ܕܠܗܘܐ . ܟܠ ....... ܢܣܒ ....... ܚܠܦ ܟܠܗ ܡܥܡܕܢܘܬܐ ܀

ܕ . ܐܕܝ : ܐܢ ܐܢܫ ܕܢܣܒ ....... ܐܠܗܐ . ܫܠܗ ܕܗܘ ܕ ...... ܠܗ
ܡܢ ܡܥܡܕܢܘܬܐ . ܐܘ ܠܒܪܗ ܕܡܠܟܗ . ܐܘ ܫܠܗ ܕܡܠܟܗ . ܐܘ
ܒܪܬܗ ܠܗܠܝܢ ܠܗܘ ܒܢܝܐ ܐܘ ܠܐܢܫܘܗܝ ܕܗܘ ܕܡܥܡܕ ܠܗ
ܐܘ ܠܐܢܫ ܩܪܝܒ ܚܠܝܦܗ : ܐܘ ܡܢ ܐܢܫܐ ܕܡܥܡܕܐ ܐܝܟ ܕܠܗ
ܠܗܘܐ ܠܡܬܘܪܬܐ . ܐܘ ܒܬܘܪܝ ܗܢܘܢ . ܐܘ ܐܢܫ ܕܠܡܥܡܕ ܕܒܪܐ
ܠܓܒܪܐ ܘܠܐܢܬܬܐ ܠܐܢܬܬܐ ܐܘ ܠܐ [2] . ܐܘ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܐܢܫ ܐܠܗܝܐ
ܒܢܝܐ ܕܐܡܪܝܢ . ܕܐܝܟ ܕܡܟܠܝܢ ܠܡܥܡܕܐ . ܗܟܢܐ ܟܪܘܙܐ
ܡܫܡܫܢܘܬܐ ܥܡܟܘܢ ܒܢܝܢܐ ܀

ܡܦܢܝܢ . ܟܗܢܐ ܡܢ ܕܡܥܡܕܐ ܐܘ ܕܐܒܗܬܐ . ܘܠܐ ܡܬܦܠܓ
ܠܥܡܕ ܡܢܗܘܢ ܫܘܠܛܢܐ ܗܢܐ . ܘܠܐ ܕܡܥܡܕ ܘܠܐ ܕܢܦܠ . ܘܐܦܠܐ
ܕܠܐ ܡܥܡܕܐ ܘܠܐ ܟܗܢܐ ܒܡܥܡܕܢܘܬܐ ܫܪܝܪܐ . ܒܟܝܢܐ ܕܡܢ ܦܘܡܩܐ ܐܝܬ
ܒܟܠܗ ܒܪܢܫܐ ܕܡܥܡܕܐ . ܐܝܟ ܫܠܝܚܐ ܡܥܡܕ ܐܦ ܘܠܐ

(1) In hac et in sequenti Resolutione nonnulla desunt, quæ quidem exstant in codice, sed atramento effuso ita obvelata, ut ea neque D. Lagardius discernere potuerit, neque ego.

(2) De hac re statuit Joannes patriarcha : « unusquisque baptizandus » susceptorem habeat, masculus quidem masculum, et feminam femina.

Digitized by Google

Jacobus : Non æqualis est pœna : si autem tali occasione attrahantur infideles ad fidem, pœna æqualis sit oportet, aut etiam minuatur. Infidelis autem, qui ad fidem vocatus est, post liberationem suam (ab infidelitate) absque canone relinquendus est, sive vir sit, sive mulier.

70. Adæus : An æqualis est canon illius qui mœchatus est cum muliere, cujus filium ex aquis baptismi suscepit, et illius qui mœchatus est cum muliere......

Jacobus : Non æqualis est pœna...... sed duplex sit oportet......

71. Adæus : An fas est alicui aut illius filio (?) in uxorem accipere sororem illius, quem e fonte baptismali suscepit; aut (an fas est ei) sororem suam vel filiam suam uxorem præbere illi, qui susceptus fuit, aut fratri ejus, aut ejus cognato? An a temporibus Apostolorum viget hæc consuetudo, an vero recentior est; an licet vel non licet masculo suscipere feminam aut feminæ masculum? An tandem verum est quod quidam zelantes dicunt, sicut fermentum totam massam, sic susceptionem baptizati totam inficere cognationem?

Jacobus : In canonibus quidem Apostolorum aut Patrum nihil scriptum est de hac re, nec quod permissum sit, nec quod prohibitum; quod autem nec permittitur, nec prohibetur, in medio relinquitur. Ex consuetudine tamen, præsertim in omni regione Syriæ, multi ex christianis zelan-

» unus unum, nec duo aut plures suscipiant.» Idem docet GEORGIUS : « Masculus masculum suscipiat, et feminam femina.» Addit EDESSENUS : « Masculum suscipi a femina, et feminam a masculo, non permittitur.» Ap. BAR-HEBRÆUM in *Nomoc.* cap. II. sect. 2 et 3.



Digitized by Google

ܡܬܐܡܪܐ . ܠܡܥܡܝ ܠܗ ܫܒܝ̈ܐ ܡܢ ܦܪ̈ܫܓܢܐ ܚܕ̈ܬܐ .
ܠܗܢ ܕܢܫܒܘܩ ܐܠܗ ܐܠܦܐ ܡܢ ܐܡܐ ܕܗܘ̇ܐ ܠܗ ܫܡ ܠܒܢ̈ܝܢܫܐ
ܠܟܠ ܫܪܒܐ . ܠܐܣܛܘܟܣܐ ܗܘ ܕܡܢ ܡܟܬܒܢܘܬܐ . ܘܡܫܬܡܠܝܢ
ܐܝܟ ܡܫܬܡܫܢܢ ܥܒܘܕ ܕܐܡܪ ܗܘܢ . ܠܗ ܟܠܐ ܐܠܘܪܐ . ܘܗܢ
ܕܗܘܐ ܟܠܐ . ܘܡܢ ܡܫܝܚܐ ܡܪ̈ܝܡܐ ܡܟܝܠ ܘܐܦ ܡܢ
ܐܚܪ̈ܬܐ . ܘܐܦ ܡܟܠܗ ܕܡܢܝ ܡܬܡܟܗܘܬܐ . ܘܐܦ ܐܢ ܟܡܠ̈ܬܐ ܠܐ
ܫܡܥܐ [1] : ܡܟܝܠ ܟܡܐ ܕܚܕܪܐ ܟܠܐ ܟܟܠܗ ܕܡܢܝܐ : ܠܗ
ܝܗܒ ܡܟܠܗܝܢ ܐܟܡܐ ܠܟܠܗܘܢܐ ܘܐܬܩܠܒ ܟܡܠ̈ܬܐ : ܗܝܕܝܢ
ܕܟܠܐ ܡܟܝܠ ܘܦܫܝܛܐ : ܘܠܐ ܐܦ ܕܬܗܘܐ . ܡܟܝܠ ܐܦ ܗܕܐ
ܡܟܝܠ ܗܘ ܘܦܫܝܛܐ . ܘܐܦ ܡܢ ܗܢ ܕܡܟܝܠ ܟܠܐ . ܘܐܦ
ܡܟܠܗ ܕܟܝܪܐ ܕܐܫܝܢ . ܗܘ ܕܐܡܪ ܕܠܡܐܡܪ ܐܝܟܘܬܗܘܢ ܕܩ̈ܠܘܬܐ
ܐܬܠܗܘܢ ܫܡܠܝܐ . ܠܗܠܝܢ ܡܘܡܬܐ ܕܡܣܡܪܢ ܕܫܠܡܬܐ . ܡܟܝܠ
ܠܐ ܟܠ ܟܠܗ ܐܦ ܕܡܟܝܠ ܕܐܡܪ ܗܘܢ ܠܗܘܐ . ܗܢ ܡܢ ܗܟܝܠ
ܥܠ ܐܡܠܬ ܗܘܐ ܠܡܣܪܬܐ ܗܕܐ . ܡܟܝܠ ܕܠܐ ܟܫܡܥܐ [2] ........

(1) In verbis quæ statim sequuntur quædam transpositio facta fuerit. Legitur enim apud D. Lagardium : ܠܐ ܝܗܒ ܡܟܠܗܝܢ ܐܟܡܐ ܠܟܠܗܘܢܐ

tibus peccatum grave et insanabile reputant, si in uxorem ducat vir mulierem, postquam cum ea contraxit affinitatem quæ ex baptismo oritur, et scandalizantur scandalo non parvo, si audiatur aliquid hujuscemodi. Scandalum autem fieri vetitum est et ab apostolis sanctis, et a patribus, et nominatim ab ipso Domino; quamvis in canonibus scriptum non sit de scandalo, quod in populo Dei fit. Non enim omnia ad memoriam venerunt, aut in canonibus scripta sunt; si autem scandalum expresse vetitum est, nefasque est scandalum ponere, igitur hoc etiam expresse prohibitum est, tum propter scandalum tum propter vigentem consuetudinem, quæ, ut ita dicam, æque ac canones vim habet ad stabiliendam pietatem. Igitur aliquid hujuscemodi fieri, omnino non licet. Quando autem cœperit ista observantia, quum non sit scriptum..... (XLI.).

ܘܐܬܟܬܒ ܒܩܢܘܢܐ : ܡܛܠ ܗܘ ܕܢܟܦܐ ܡܠܐ ܒܟܬܒܐ ܕܢܡܘܣܐ.

(2) Codex mutilus est.

Digitized by Google

# ANNOTATIONES

## AD

# JOANNIS TELENSIS et JACOBI EDESSENI

## RESOLUTIONES CANONICAS.

---

### I. *De Joanni Telensi ejusque Resolutionibus canonicis.*

Annot. I ad pag. 63.

---

Joannes ecclesiam Telensem regebat anno Græcorum 823, Christi 512, quo eum Sidoniæ synodo interfuisse refert Dionysius in chronico. Anno 519 in exilium, Justini jussu, pulsus fuit, quod Synodum Chalcedonensem recipere detrectaret, ut idem Dionysius narrat, qui ejus nomen, inter quinquaginta quatuor episcopos monophysitas in exilium actos recensens, hæc addit: *et martyrio functus est Antiochiæ per Ephræm Amidensem*, tunc Orientis comitem, qui in rebelles Ecclesiæ catholicæ episcopos, qualis erat Joannes, latas sacrorum canonum pœnas religiosissime executus est. Ejusdem tanquam martyris memoria occurrit in calendario Jacobituram die 6 februarii. Ita Jos. Sim. Assemanus in *Biblioth. Orient.* t. II. p. 53.

Conditos fuisse a Joanne canones, sæpius testatur Jacobitarum lumen, Gregorius Bar-Hebræus, in suo Nomocanone, cui titulum fecit: *Liber Directionum.* Hujus operis latinam versionem ab Al. Assemano scriptam edidit Em. Card. Maï in *Nova Scriptorum Veterum Collectione* t. X. Romæ 1838. Ex iis autem Joannis Telæ *Resolutionibus canonicis*, quas nunc primum publici juris fecimus, Bar-Hebræus recitavit Resolutiones 2, 3, 5, 8, 9, 10, 13, 16, 19, 23, 27, 28, 30, 33-36, 44 et 45. Non tamen integrum textum refert Bar-Hebræus, sed, interrogationibus neglectis, verbis autem auctoris quantum fieri potuit servatis, et nomine *Joannis Telæ*, vel *Joannis Telæ Mauzalat*,

Digitized by Google

vel *Joannis episcopi* ubique præmisso, præcipuam responsionis decisionem præbet.

Ex his apparet, nos scriptum edidisse ab auctore hæretico profectum. Quamvis autem maxima aversione, uti Catholicum decet, ejus prosequamur errores, nihilominus tamen, multa ex illo auctore ad illustrandam ecclesiæ Syriacæ disciplinam utilia, nos accepturos speravimus. Sicut olim multa acceperunt ex Origine et Eusebio, quamvis errore infectis, Hieronymus, et ex Tertulliano Cyprianus, et recentius ex Nestorianis et Monophysitis tota Assemanorum familia, nostrisque diebus Em. Card. Maï, qui hoc secuti sunt Augustini consilium: « Utamur ergo etiam hæreticis, non ut eorum approbemus errores, » sed ut, Catholicam disciplinam adversus eorum insidias asserentes, » vigilantiores et cautiores simus, etiamsi eos ad salutem revocare » non possumus (S. Augustinus *de vera Religione* c. VIII. Edit. Migne » *Patrol. lat.* t. XXXIV. coll. 129). »

---

## II. *De vasibus et vestibus sacris.* Annot. II ad pag. 65.

---

De sacra suppellectili agunt Joannes Telensis, *Resol.* 1, 2, 3, 12 et 19; et Jacobus Edessenus, *Resol.* 28 et 29. Ad has Resolutiones elucidandas sequentia sunt notanda.

1. Antequam res aliqua, sive vestis, sive vas, sive instrumentum sacro cultui adhiberetur, precibus ad id ordinatis consecranda erat. Qui mos ab antiquissimo tempore non tantum in Occidente, sed etiam in Oriente viguit. In hanc rem varios profert canones Bar-Hebræus in suo *Nomocanone* cap. I. sect. 2.

Canon Apostolorum: « Si quis vas argenteum, sive aureum, aut » indumentum, *quod sanctificatur*, rursus in proprium usum re- » vocet, excommunicetur. »

Canon Rabulæ: « Nullus presbyter aut diaconus audeat ponere » vasa profana cum *vasis sanctificatis* in arca aut paradisco. »

Canon Jacobi Edesseni: « Non oportet omnino poni in sanctuario » quidquam ex rebus sæcularibus ex quovis loco sumptis. »

« Ex vestibus nobilioribus, in quibus depictæ sunt historiæ gentilium deorum et dearum, non conficiantur indumenta mensæ » sanctæ: et, si confecta fuerint, scindantur. »

Digitized by Google

Prohibet Bar-Hebræus, ne conficiantur indumenta mensæ sanctæ « ex phainis (cucullis), aut ex velis, aut ex illis, super quæ scripta » est confessio agarenica. » Permittit autem ut : « instrumenta ar- » genti, quæ offerunt Agareni et alii, etiamsi superscribant eis » nomina sua, recipi possint. » Idem permittit Cyriacus circa res ab hæreticis oblatas : « instrumenta nova, si offerantur ob ministerium » altaris, omni tempore et a quocumque recipiantur. Etiam instru- » menta, in quibus ministrarunt hæretici, jussu episcopi reci- » piantur. »

Contrarium tueri videtur Joannis Telensis quoad res gentilium ; nam *Resol.* 19 prohibet, ne res gentilium in usum sanctuarii adhibeantur.

2. Joannes Telensis sentire videtur *Resol.* 12, vasa vel vestes consecrata fuisse eo ipso, quo Missæ sacrificio offerendo inserviissent; et hæc etiam fuit olim opinio nonnullorum in Occidente.

Ubi autem res aliqua sacra, usu detrita, reficienda est, eam renovari permittunt Joannes Telensis, Jacobus Edessenus, et Cyriacus, qui, in isto casu, novam benedictionem non requirit, ut patet ex his verbis : « Capsulæ, et calices, in quibus ministratur sacrum, si corrupti » fuerint, et sint ex auro, aut argento, aut stamno, possunt com- » minui, et novi constitui; verum ad ipsum ministerium. Potest » etiam materia eis addi, neque tamen expedit, ut *orationibus* » *mysticis, aut unctione perficiamus eos.* » Ab hac Cyriaci Resolutione differre hodiernam Latinorum disciplinam haud est monendum.

3. Syrorum canones prohibent, ne res, quæ sacro cultui addicta fuit, rursus ad usus profanos adhibeatur. Sed vasa fracta in loco honorabili collocanda sunt; velamina autem consumpta sanandis infirmorum vulneribus adhiberi possunt. Ob causam urgentis necessitatis permittit Telensis, sacram suppellectilem vendere ; sed in hoc casu, res sacra alteri tantum ecclesiæ vendi potest, ut ex Jacobo Edesseno discimus : « Suppellex ministerii altaris, inquit, » aurum aut argentum, non adhibeatur ad alium usum, neque cu- » dantur ex ea drachmæ, aut denarii; sed, si egeat ecclesia, alteri » ecclesiæ vendatur; et similiter alia suppellex. »

Ex hactenus disputatis apparet, quanta fuerit sacræ suppellectilis reverentia apud Syros. Quamvis enim multum a Latinis differant Syri, tum in usu, tum in forma sacrorum vasorum, tamen eodem utrique res sacras prosequuntur honore, eadem colunt reverentia. Concludendum igitur est, Novatores sæculi XVI, ubi hanc Ecclesiæ Romanæ praxim vilipenderunt, non minori injuria affecisse Orientales populos, quam Latinas nationes.

Digitized by Google

## III. *De vocibus* ܐܪ̈ܙܐ ܩܘܕ̈ܫܐ. Annot. III ad pag. 67.

---

Istæ voces, si latiori sua significatione sumantur, omnia ecclesiæ sacramenta designant; strictiori autem sensu, illud notant sacramentum, quod ceteris, dignitate antecellit, quodque Eucharistiam vocamus. Hæc est illarum vocum significatio in Resolutione 4 Joannis Telæ. Cur autem corpus et sanguis Christi ܐܪ̈ܙܐ ***mysteria, sacramenta*** nuncupentur, præclare explicat S. Joannes Maro, Patriarcha Antiochenus, in sua ***Expositione Ministerii oblationis D. Jacobi apostoli*** c. 31 : « Mysteria, inquit, appellantur corpus et sanguis, quia non » sunt id quod præ se ferunt : in specie enim sunt panis et vinum, » sed vere et non typice, Domini Dei nostri Jesu-Christi corpus et » sanguis intelliguntur et sunt. Quemadmodum enim Jesus filius » hominis videbatur, et Deus erat; ita et illa, licet panis, et vinum » videantur, vere ac reapse corpus sunt, et sanguis Salvatoris nostri » speciebus panis et vini contecta. Mysteria quoque appellantur, » quia abscondita sunt a sæculis, et ab humanæ mentis intelligentia, » quam longissime remota. »

Paulo ante dixerat : « Mysteria dicuntur, quia Christus illa mystice » commendavit discipulis suis in cœnaculo. Si autem quærat quis, » cur, cum mysterium absolute dicimus, corporis et sanguinis Do» mini nostri mysterium intelligamus, quandoquidem mysteria » quoque appellantur, et revera sunt, Baptismus, Confirmatio, Ordo, » Pœnitentia et Matrimonium juxta christianam legem initum, nec» non Lampas, unctio scilicet cum oratione super infirmos; huic » respondemus, quod licet et hæc revera sint mysteria, hoc tamen, » quia cæteris præstantius est, ***mysterium mysteriorum*** sancti pa» tres illud appellarunt, ideoque cum mysterium absolute audimus, » hoc mysterium mysteriorum intelligimus. » Ap. Al. Assemani ***cod. Liturg. Eccles. Univ.*** t. V. p. 232 et 357.

---

## IV. *De defectibus circa sacramentum Eucharistiæ contingentibus.* Annot. IV ad pag. 67.

---

Inter varia rationum momenta, quibus fides Syrorum comprobari

Digitized by Google

sit, non infimum tenere locum debet eorum erga sacramentum :haristiæ reverentia, quæ ex hac quæstione et ex sequentibus spicua fit. Ad quid enim tanta cura, ne mica ex corpore Christi ideret? cur cultro abradendus, cur carbonibus exsiccandus locus, quo ceciderit corpus, vel sanguis Domini? Quæ culpa, quod nen reos et puniendos constituat, illos, qui negligenter se habeant sacramentis tractandis, si præter panem et vinum meramque ram, aliud nihil agnoscendum sit in sacramentis corporis et guinis Christi? Aliud ergo, idque magnum quid, ibi Syri crede- t; et quid illud, nisi realis Christi in Eucharistia præsentia? Hanc isti præsentiam in mente habebat TERTULLIANUS, cum diceret (lib. *orona militis*, c. 3): « *Calicis et panis nostri aliquid decuti in rram, anxie patimur.* » Et expressius ORIGENES (*hom.* 13 *in dum*) : « *Nostis*, inquit, *qui divinis mysteriis interesse consue- istis, quomodo, cum suscipitis corpus Domini, cum omni cautela veneratione servatis, et cavetis ne ex eo parum quid decidat, ne nsecrati muneris aliquid dilabatur. Reos enim vos esse creditis, recte creditis, si quid inde per negligentiam decidat.* » In eam- sententiam loquitur S. CYRILLUS HIEROSOLYMITANUS, *catech.* !. 5. Cf. MARTENNE *de antiquis Ecclesiæ Ritibus* l. 1. c. V. art. 5. uæ cum ita sint, apparet quantum a veritate aberrent Protestan- ubi affirmant veteres Christianos, præsertim Orientales, non a cura et veneratione etiam minimas Eucharistiæ particulas fuisse ecutos, sicuti hodie faciunt Catholici, qui transubstantiationem ugnantes, etiam sub minima panis particula Christum inesse unt. Quam pessime in hoc erraverint Novatores, docte, pro : suo, ostendit RENAUDOTIUS in notis ad *Liturgiam copticam asilii* (*Liturg. Orient. collect.* t. I. p. 268-271.)

;, quæ asseruit vir clarissimus, maxima accedit auctoritas tum ex enti loco, tum ex *Resol.* 6 et 7, atque ex JACOBI EDESSENI *Resol.* 16, et præsertim ex canonibus, quos in hanc rem profert BAR- ÆUS in suo *Nomocanone* c. IV. sect. 6. ap. Em. Card. MAÏ *Script. Nov. collect.* t. X.

os canones, et quia recenter vulgati, et quia textum nostrum dant, disciplinamque Syriacam illustrant, referre juvabit :

non RABULÆ : « Fragmentum, quod cadit de corpore sancto super rram, accurate quæratur; et si inveniatur, eradatur locus ejus terreus sit, et ipsa illa terra aqua confundatur, et *Hanana* detur elibus : et si non inveniatur, scalpatur locus, ut diximus. Eodem odo, et si e sanguine effunditur, si lapideus sit locus, carbones

» superimponantur ei. » Addit Bar-Hebræus : « Aliis non placet ignem » ponere, sed aquam projicere, et scalpere; hoc quoque mihi » videtur. »

Canon Theodosii patriarchæ : « Si contingat dejici sanctificationem » supra vestes sæcularium, adcurate laventur, et denuo abscondan» tur a dominis suis. »

« Oblatio quæ maneat tamdiu donec corrumpatur, ita ut non » possit homo sumere eam, in ignem projiciatur. »

Canon Jacobi Edesseni : « Corpus illud, quod ob negligentiam » presbyteri corruptum est, vino mixto attrectetur, et clerici, remotis » sæcularibus, ministrent ipsum; neque fas est, ipsum tale projici » in lacum aquæ; et si contigerit, ille qui projicit, canonem sus» cipiat, et aqua lacus ad potum fidelium conservetur; et lutum » ejus, cum abstergitur, in agrum in loco mundo projiciatur. Si abs» que voluntate hominis effundatur sanguis sanctus, cultro abradatur » ille locus, si terreus est, aut ligneus, et ramentum in ignem » projiciatur; et si lapideus est, carbones super illum ponantur. » Addit Bar-Hebræus : « Illud religiosissimi Jacobi convenientius est » peragere. »

In *collectione canonum* Ebnassali cap. 13 statuitur : « Ne calix » usque ad labra impleatur, ita ut effluat aliquid et in terram effun» datur. » In canonibus, qui vocantur *Præcepta Apostolorum secunda*, legitur : « Unusquisque summam curam adhibebit, ne quis » infidelis ad communionem sacramentorum admittatur : ut etiam ne » mus, aut aliud animal ad ea accedat, aut aliquid inde decidat : et » peccet, cum sit corpus Christi et sanguis ejus. Omnis igitur fidelis, » qui sacramentis communicat, non debet circa illud negligens esse, » neque enim oportet aliquid effundi ex calice postquam in Dei » nomine benedictus est. » Ap. Renaudot. *Liturg. Orient. collect.* t. I. p. 269.

---

## V. *De communione præbenda energumenis et vomitu laborantibus.* Annot. V ad pag. 69.

---

Hic paucis agendum de disciplina Ecclesiæ Syriacæ, circa communionem præbendam energumenis et vomitu laborantibus. Unde iterum patebit quantam adhibuerint curam Orientales, ne Eucharistia profa-

Digitized by Google

-etur. Ad energumenos quod attinet, illis communionem præbebant
-i, quando rite dispositi inveniebantur, et abesse periculum irreve-
-itiæ existimabatur. Ubi autem periculum irreverentiæ aderat, tunc
-ı licebat energumenis eucharistiam præbere. Quapropter statuit
-BULAS : « Sacerdotes ne dent oblationem tentatis, ut res sanctæ non
-ıfficiantur irreverentia (ap. BAR-HEBRÆUM *Nomoc.* cap. IV. sect. 2). »
-Γ IMOTHEUS autem Alexandrinus in *Responsis canonicis* ap. MIGNE
-rol. græc. t. XXXIII col. 1298 ita loquitur : « *Interrogatio.* Si
-ȷuis, cum sit fidelis a dæmone corripiatur, debet-ne esse sancto-
-'um mysteriorum particeps, an non ? »

-ı *Responsio :* Si mysterium non enuntiet, nec ullo alio modo
-)lasphemet, sit particeps, sed non singulis diebus. Sufficit enim
-i statis solum temporibus. » De hac re doctrinam catholicam
-ıonit S. THOMAS *summa theol.* p. 3. q. 80. a. 9.

-)e infirmis vomitu laborantibus statuitur in *Responsis juridicis :*
-Qui eam vomuerit casu et absque culpa sua, nihil aliud facere
-enetur præter prostrationes centum : et post triduum communi-
-:abit : post biduum vero, si sacerdos sit, et nullus alius in ipsius
-oco reperiatur; sed post expletas prostrationes. De eo quoque
-ȷuod vomitu egestum est cura habebitur, et in profluentem proji-
-:ietur, aut in loco mundo sepelietur cum honore, propter Eucha-
-istiam. Si per ebrietatem et intemperantiam vomitus contingit,
-ive sponte, sive alio cogente vinum meracius hauserit, pœnitentia
-ȷjus ad quadraginta dies producetur. »

-n eumdem sensum loquitur MICHAEL Melichæ Episcopus : « Homini
-ıerpetua pituitæ molestia laboranti, licere quidem communionem
-'olunt ; modo sit invaletudo perpetua. Cum vero accidit, ut post
-:ommunionem pituitam egerat, caveat ne in terram projiciat, sed
-ısservet donec in mare projecerit, aut in loco mundo sepelierit. »
-ı. RENAUDOT. *Liturg. Orient. collect.* t. I. p. 269.)

-)e casu autem, quo hostia ex ore in terram deciderit, quid statuat
-NNES, non ita liquet. Illius Resolutionem ita intellexerim, ut,
-undum TELENSEM, debeat sacerdos hostiam elapsam accipere
-ıque in loco decenti reponere, donec corrumpatur, et tunc mitta-
in piscinam, ut statuit Michaël Melichæ. Aliam tamen agendi
-ionem non improbat Telensis, sed permittit, ut sacerdos hostiam
-psam accipiat, eamque servet in alterum diem ad communionem
-:bendam illi, qui pituita laboravit.

Digitized by Google

## VI. *De communione infirmorum.* Annot. VI ad pag. 71.

---

De communione infirmorum agunt JOANNES TELÆ *Res.* 8, et JACOBUS EDESSENUS *Res.* 9, 10, 12 et 17. Ad elucidationem eorum, quæ ibi dicuntur, tria nobis sunt inquirenda 1. Quis communionem infirmis impertiret; 2. Quo ritu; 3. Sub qua specie.

1. Etsi mos fuerit antiquus, ut sacra Eucharistia per clericos non autem per laïcos cum debito honore ad infirmos mitteretur, recteque pro Syris statuerit RABULAS EDESSENUS, *ut nemo presbyteratu aut diaconatu destitutus auderet oblationem homini dare;* quandoque tamen, urgente necessitate, laïcis hoc munus permissum fuisse ex JOANNE TELENSI et JACOBO EDESSENO colligitur. Eamdem consuetudinem in Occidente diu invaluisse, multis testimoniis probant BONA *Rerum Liturg.* l. II. cap. 17 et MARTENIUS *De antiquis Ecclesiæ Ritibus* lib. I. cap. 5. art. 2. Hic autem usus viam aperiebat multis abusibus, qui illico exorti sunt. Quare a sæculo IV plurima concilia in Occidente gravibus pœnis prohibuerunt, ne quis laïcus, vel mulier extra Ecclesiam Eucharistiam deferret. In Oriente vero mos antiquus diutius perdurasse videtur.

2. De ritu, quo Eucharistia ægrotis deferenda est, discrepant Syri Nestoriani ab aliis. Omnes tamen conveniunt in eo, quod Eucharistiam debito cum honore deferendam et tanquam corpus Christi venerandam esse præcipiant. Idcirco statuit JACOBUS EDESSENUS (ap. BAR-HEBR. *Nomoc.* c. IV. sect. 4) : « Non licet dare partem ex sanctificatis cuivis petenti illam deferre in domum suam, sed si fuerit » infirmus, clerici afferant ei, et si non possint introïre in locum » ubi ille versatur, per sæculares pios, aut per feminam fidelem » mittantur ei mysteria cum charta, aut panniculo puro lineo, quæ » postea comburantur; aut cum folio vineæ, aut cum pane puro » quæ postea comedantur. » Permittit etiam JOANNES TELÆ : « Ut per » sæcularem aut per mulierem mittantur consecrata ad infirmos » præsertim ubi adest necessitas. » Aliqui autem Eucharistiam deferebant in canistro, quem morem nec laudat, nec reprehendit JOANNES, sed consultius ducit, ut sæculares in linteolo, vel in charta Eucharistiam deferant. Ubi vero ægrotus longius distat, permittit JACOBUS EDESSENUS sacerdotibus, ut equo uti possint, modo Eucharistiam in mantica non includant; præcipit itaque ut corpus Domini sacerdos super humerum deferat.

Digitized by Google

Alius est in hac re Syrorum Nestorianorum ritus, quem sic describit Jesuiabus Arzunita:

ܐܠܘܕܝܢ ܐܢܫ ܕܡܪܝܥ ܐܘ ܐܢܢܩܐ ܕܗܘܐ ܐܠܨܐ: ܢܣܒܝܢ ܡܢܬܐ ܚܕܐ ܘܡܛܡܫܝܢ
ܠܗ ܒܟܣܐ: ܘܣܐܡ ܠܗ ܟܗܢܐ ܒܡܟܦܪܬܐ ܕܟܣܐ ܘܐܙܠ ܡܩܕܡܐ ܟܕ ܚܫܘܟ ܠܘܬ
ܡܪܝܥܐ ܘܡܬܡܢܝܢ ܒܠܚܘܕ ܡܙܡܘܪܐ ܕܢܛܥܢ ܠܓܡܘܪܬܐ ܘܡܩܪܒ ܠܓܡܘܪܬܐ:
ܟܕ ܠܐ ܝܬܒ ܠܓܡܪ ܘܗܦܟ ܟܕ ܗܘ ܒܡܬܢܝܢܘܬܐ ܕܡܙܡܘܪܐ ܠܥܕܬܐ ܀

« Si quis autem infirmus est, aut aliqua necessita sid cogat, sumunt » unam particulam, eamque in calicem mergunt, et ponit eam » sacerdos in abstersorio calicis, et pergit diluculo, quum adhuc » tenebræ sunt, ad infirmum, psalmos secreto recitans, quamdiu » carbonem gestat, et porrigit; interim non sedet. Mox psalmos » eadem ratione recitans ad Ecclesiam regreditur. » (Ap. Asseman. *Bibl. Orient.* p. I. pag. 244.)

3. Syros aliquoties præbuisse infirmis Eucharistiam sub utraque specie, colligitur ex eo, quod Jacobus Edessenus permittit *calicem servari propter infirmos.* Attamen infirmus regulariter solius corporis particeps fiebat. Hoc demonstratur ex *Resolutionibus* supra indicatis. Etenim ibi mentio nulla fit de vino consecrato, de sola specie panis sermo habetur, de solo corpore Christi fit quæstio et responsio; et revera solus panis in linteolo aut in charta poni potest, nullomodo vinum. Nisi forte velit quis ita Syros insipientes esse, ut eos sanguinem Christi in linteolo vel in folio vitis detulisse putet. Assertio nostra confirmatur ex libro *Constitutionem* Ecclesiæ Orientalis, in quo hæc leguntur: « *Non licet sacerdoti præbere corpus sine sanguine, exceptis* » *ægrotis, et qui longe distant ab ecclesia, et qui impedientibus sunt* » *distracti negotiis; ut sunt pastores in montibus degentes, et agri-* » *colæ, qui incolunt villas, nec habent ecclesias, nec ecclesiam remo-* » *tam adire possunt; similiter quoque mulieres, præsertim cum* » *timetur, ne hinc accidat eis ignominia aliqua propter itineris* » *distantiam : deferre autem ad hos calicem, periculosum est valde;* » *ideoque corpus sine sanguine detur illis.* »

Testatur Abraham Echellensis, in Epistola ad Nihusium, Maronitas, Jacobitas, Nestorianos, Cophtitas, Armenos, communionem sub sola specie panis ægrotis præbuisse. Sic enim ait: « Non solum Maronitæ, » vetustissimo ritu, sed reliquæ etiam nationes, superius a nobis » enumeratæ, *sub unica panis specie communionem præbent ægrotis*, » pastoribus, rusticis, ac pluribus hujusmodi, quoties ipsam exigit » personarum necessitas, *calicem autem deferre non solent ad ægrotos.* »

Digitized by Google

Hoc loco refellenda est falsa illa sententia, qua contenderunt Novatores erravisse Concilium Tridentinum quum statuit : « Si quis » dixerit, ex Dei præcepto vel necessitate salutis, omnes et singulos » Christi fideles utramque speciem sanctissimi Eucharistiæ sacra- » menti sumere debere, anathema sit (*Conc. Trident.* sess. XXI. » can. I). » Dico Lutheranos, cum necessariam asserunt communionem sub utraque specie, a via veritatis prorsus aberrare, quod a clarissimis theologis, ita fuit demonstratum, ut necessarium non sit aliquid superaddere, Sed confugerunt Callixtus et alii ad praxim veteris ecclesiæ et ad populos Orientales, inter quos adhuc viget mos sub utraque specie communicandi. De praxi veteris Ecclesiæ hic non est agendum. Ad Orientales autem quod attinet quam infeliciter ad eos provocaverint reformatores, ostendit Nihusius in *Dissertatione de communione Orientalium sub unica panis specie*, et sufficienter colligi potest ex iis, quæ supra relata sunt de communione infirmorum.

Si enim Orientales ecclesiæ infirmis et morituris communionem sub unica panis specie largitæ sunt, utique hanc solam speciem sufficere ratum habuerunt, et praxim sub una tantum specie communicandi laudabilem judicarunt. Alioquin, si ex Dei præcepto vel necessitate salutis utramque speciem sumere necessarium autumassent, utique infirmis et morti proximis utramque speciem præbuissent.

---

## VII. *De jejunio ante communionem requisito.* Annot. VII ad pag. 71

---

Syri, sicut græci ac Latini, participem corporis et sanguinis Christi fieri neminem volunt, qui rite dispositus et præparatus non sit. Requirunt igitur dispositiones ex parte animi, et ex parte corporis; et ex parte quidem animi conscientiam mundam; ex parte autem corporis, jejunium naturale et munditiem. De jejunio naturali agit Joannes Telensis in *Resol.* 9, 18 et 21. Ad elucidationem eorum, quæ in tribus hisce resolutionibus dicuntur, notamus :

1. Variis canonibus probatur Syros, jam inde ab antiquissimis temporibus, in iis, qui sacram Eucharistiam erant suscepturi, requisivisse jejunium naturale, quod scilicet abstinentiam ab omni cibo potuque importabat. In antiquis Apostolorum canonibus præci-

Digitized by Google

pitur : « Omnis fidelis operam dabit, ut sacramentis communicet, » antequam aliquid gustaverit. » Audiatur JACOBUS EDESSENUS : « Nemini licet cibum aliquem, aut potum quemcumque capere ante » sacramentorum sumptionem, nisi, urgente morbi necessitate, aut » in mortis periculo. Et si quis ex errore biberit potum simplicem » in aliquo majori festo ac petierit communione donari, sacerdotis » jussu communicet, accepto prius canone. » TIMOTHEUS ALEXANDRINUS statuit : « Nisi necessitas urgeat, non licet edere quidquam aut » bibere, quod vulgo homines usurpant in cibo vel potu, ante » sacramentorum perceptionem, neque nisi ex causa gravissimæ » infirmitatis, cum vitæ periculo. Si quis vero imprudenter potum » communem hauriat in aliquo ex festis majoribus, et communicare » desiderat, cum sacerdotis licentia communicabit, sed accepta » pœnitentia. » SEVERUS episcopus Aschmonim eamdem sententiam propugnat : « Non oportet, inquit, accipere corpus Christi, nisi cum » oris amaritudine, quæ ex jejunio nascitur, et abstinentia etiam » a pane et aqua, atque ita ut lingua sancta sit, et in os nihil eo » die prius ingressum fuerit, quam corpus Christi : neque enim licet » in os, in quod intrat corpus Christi, quidquam prius ingredi. »

Cur autem a jejunis Eucharistia sit sumenda explicat S. JOANNES MARO in *Expositione Ministerii oblationis* S. JACOBI c. 48 : « Jejuni » autem mysteria sumere debemus, quia propter gulam et cibum e » ligno vitæ excidimus, et per jejunium gulam vincimus; præterea » jejuni participamus ob mysteriorum honorem. »

2. Ab hac lege jejunii, ut patet ex canonibus citatis, semper exempti fuere infirmi, quos etiam non jejunos, ob mortis periculum adjutoriique necessitatem, Eucharistiæ participes fieri, ubique semper voluit ecclesia. Nonnullas alias exceptiones faciunt canones supra recitati. Hinc non impeditur a communione percipienda, qui ex errore aquam biberit ante diluculum, vel potum simplicem hauserit in præcipuis solemnitatibus, aut casualiter aquam, os lavando, deglutiverit. Duas priores exceptiones reprobat disciplina Ecclesiæ Occidentalis.

3. In Ecclesia latina jejunium ad communionem prærequisitum incipit a media nocte. In hac re Syri inter se consentientes non reperiuntur. Idcirco videbis MICHAELEM Melichæ episcopum nunc jejunium a media nocte, nunc jejunium a solis occasu requirere. Sic enim statuit in suis *quæstionibus* et *Responsionibus canonicis* N. 21. « Qui nocte siti fatigatus bibit, licet-ne ei ut mane sequenti communionem accipiat ? R. Si id ante mediam noctem contigerit, licet :

Digitized by Google

» si deinde, non licet. » Et in iisdem : « Si matutino tempore communio celebrabitur, cavebit unusquisque ne post occasum solis, edat aut bibat : quando vero edit aut bibit, non licet ei eodem die Eucharistiam accipere. » BAR-HEBRÆUS autem dicit : « Si quis post potum dormierit, antequam sol oriatur; et ob necessitatem morbi licet ægrotus comederit, necesse est, ut detur ei sanctificatio, neque fraudetur. » Vid. BAR-HEBRÆI *Nomoc.* cap. IV, sect. 2. ap. Em. Card. MAÏ *Scriptor. Vet. Nov. collect.* t. X. RENAUDOTII *Liturg. Orient. collect.* t. I. p. 266, ASSEMANI *Bibl. Orient.* t. II. p. 184, et t. III. part. 1. p. 248.

—

## VIII. *De consignatione calicis.* Annot. VIII ad pag. 71.

—

Ad intelligendum hunc locum, pauca dicenda sunt de *consignatione* calicis, quæ, etsi ab omnibus Orientalibus frequentetur, non eodem tamen ritu olim peragebatur. In ordine communi Liturgiæ S. Jacobi, recitata Spiritus sancti Invocatione, absolutisque commemorationibus variis, antequam deveniatur ad orationem dominicam, *consignatur* calix hoc modo : Sacerdos in manus accipiens hostiam consecratam, frangit ex ea particulam unam, eamque intingit in calicem, dicens : *credidimus* etc. Deinde cum ea particula hostiam, quæ in patena requiescit, signat; statim autem duas illas hostiæ partes simul conjungit, et consociat; tunc particulam ex hostia decerpens inmittit in calicem, et si sint plures calices unam in singulos immittit. His vero peractis, ipsam hostiam in plures particulas seu *carbones* frangit ad communicandos fideles. Antiquitus sacerdotes particulas calicibus immissas non sumebant, sed in calicibus ad fideles educebant; ubi vero ad altare calices retulissent, has particulas ii sumebant, qui ministerium ipsis calicibus exhibuerant, nempe presbyteri vel diaconi. Ex his autem facile intelligi poterit, quod præsenti loco dicitur. Solus sacerdos calicem consignabat, diaconi vero calicem quandoque ministrabant; quæritur, an possint diaconi sumere particulam, qua sacerdos calicem consignavit; cui quæstioni affirmativam JOANNES dat responsionem. Eodem sensu loquitur scriptor ejusdem fere ætatis, S. JOANNES MARO, in *Expositione Ministerii oblationis D. Jacobi apostoli*, cujus verba, quia perspi-

Digitized by Google

ue totum consignationis ritum ejusque mysticas rationes explicant, hic subjicimus.

« Cum autem in manus suas hostiam accipit sacerdos et frangit, » verbum in carne vere passum et immolatum ac fractum fuisse » in cruce, demonstrat. Rursus cum de corpore particulam accipit, » eamque intingit in sanguinem, et ipsa super corpus signat, cum » antea particulam, seu dimidium, quod est in patena, ea, quam » præ manibus habet, particula transfixerit in ipsius latere, Chris- » tum in latere suo lancea transfixum significat. Postmodum vero » totum corpus signando, declarat hunc occisum proprio sanguine » respersum fuisse in cruce, cum ejusdem latus lancea transfixum » fuit, ex quo fluxerunt sanguis et aqua, quibus fuit respersus....

» Cum vero, postquam corpus sanguine signavit, duas illas hostiæ » partes simul conjungit et consociat, mystice demonstrat eo facto, » quod unus sit Emmanuel e duobus, una nimirum persona et » duabus naturis....

» Et quare accipit deinde e corpore carbonem, eumque in calicem » mittit?

» Dicimus hoc ideo fieri, ut hunc hujusce corporis esse sanguinem, » et hoc illius sanguinis corpus, et non alterius esse dignoscatur.... » Postquam autem corporis carbonem in sanguinem misit, ipsum » corpus in plures frangit carbones, quo facto Christum imitatur, » qui suum corpus fregit, atque in cœnaculo divisit. Præterea corpus » in plures margaritas seu carbones frangit, ut omnibus fidelibus » eas impertiat, ac communicet. Illud etiam pro sua prudentia » debent animadvertere sacerdotes, ut cum fideles Domini nostri » corpore communicant, unum carbonem in duas vel tres particulas » minime frangant, sed integrum unum carbonem uni tribuant; ac » in uno carbone crux integre detur, neque signaculum crucis, quod » super carbonem exstat, per fractionem corrumpatur, uti sacer- » dotes illi facere assolent, qui christiana mysteria minime callent, » eaque sarta tectaque habere nequaquam student. Antiqui etiam » sacerdotes corporis carbones, qui in calices inmittebantur, non » accipiebant, sed illos in ipsis calicibus educebant ad fideles, qui » eos videbant, ut ex eis argumentum caperent hunc scilicet, qui » in calicibus est, sanguinem illius esse corporis, quod ante sump- » serunt : adhæc alias adjunge significationes, de quibus supra » diximus. Ac postea sanguinis calices ad altare reducebant et illos » carbones ii sumebant, qui ministerium ipsis calicibus exhibebant. » Qui sane mos laude dignus, mysterioque plenus apud fratres nos-



Digitized by Google

» tros græcos adhuc obtinet. » Ap. Asseman. *cod. Liturg.* t. V. p. 372-379. Cf. etiam p. 388-392. De consignatione calicis agunt Jacobus Edessenus in Epistola de *antiqua Syrorum Liturgia*, ap. J. Sim. Assemanum in *Biblioth. Orient.* t. I. p. 471; Dionysius Bar-Salibi; Gregorius Bar-Hebræus in *Nomocanone* cap. IV. sec. VIII, et inter recentiores Renaudotius in *Liturgiarum Orientalium collectione* t. I. p. 238 sq., et t. II. p. 108-112.

---

## IX. *De Communione.* Annot. IX ad pag. 75.

---

De Communione agunt Joannes Telæ, *Resol.* 11 et 34; et Jacobus Edessenus, *Resol.* 3, 8 et 9. Ut simul diversæ istæ Resolutiones elucidentur, hic successive dicendum est de Communionis ordine, loco, ministro et ritu.

1. Communionis ordo is erat apud Syros, ut primum episcopi, deinde presbyteri, postea diaconi cum aliis ministris, et ultimo laici, viris incipientibus, mulieribus subsequentibus, Communionem acciperent. Huc refertur Concilii Nicæni canon 18, quem sic recitat Bar-Hebræus, in suo *Nomoc.* c. IV. sect. 5 : « Diacono non licet dare » oblationem presbytero, neque sumere ante episcopum, sed post » presbyterum sument diaconi, cum episcopus aut presbyter dabit » eis. »

2. Clerici intra cancellos ad altare Eucharistiam accipiebant, reliqui vero fideles, quum eis aditus intra cancellos non permitteretur, extra sanctuarium mensæ sanctæ participes fiebant.

3. Quum Eucharistia fidelibus communicantibus infra liturgiam præberetur, minister Communionis distribuendæ, is erat qui liturgiam celebrabat, nempe episcopus vel presbyter, ministrante diacono. Ubi autem extra missam Communio danda erat, absente aut impedito presbytero, non solum diaconi, sed etiam reliqui clerici Eucharistiam præbere poterant. Imo quandoque ob gravem causam laïcis permissum fuit, ut sibimetipsis Eucharistiam præberent. Nam, etsi, ut loquitur Concilium Tridentinum, sess. XIII. c. VIII, *in sacramentali Eucharistiæ sumptione, semper in Ecclesia Dei mos fuerit, ut laici a sacerdotibus communionem acciperent*, olim tamen, grassantibus persecutionibus, ex benigna Ecclesiæ dispensatione, permissum fuit

Digitized by Google

s et mulieribus, urgente causa, et absente presbytero vel
ono, Communionem accipere ex particulis consecratis, quæ in
siis servabantur. Hujus rei insigne testimonium subministrat
SILIUS, cujus auctoritas passim a Syris etiam Jacobitis invocatur.
tus igitur Doctor, in *Epist.* 93 *ad Cæsarem Patriciam*, ait :
od autem persecutionum temporibus cogitur quis, absente sacer-
te aut diacono, communionem sua ipsius manu accipere, id grave
n esse supervacaneum est ostendere : quia hoc diuturna con-
etudo ipsis rebus confirmat. Omnes enim in solitudinem monachi,
i non est sacerdos, communionem domi servantes, suis ipsorum
nibus sumunt. Alexandriæ autem et in Ægypto unusquisque
am de plebe, ut plurimum habet domi communionem, et quando
lt, per se ipse fit illius particeps.» In actis S. Eudoxiæ legimus :
tequam traderet ultro se lupis agna Christi, brevi mora impe-
ta prodeundi, accurrit in sacram ædem, reserataque illic
cula, in qua divinum donum reliquiarum sancti corporis Christi
rvabatur, inde particulam acceptam sinu recondidit, et sic sta-
u cum militibus abiit (Ap. BOLLAND. in *actis sanctorum*, *mens.*
*rt.* t. I. p. 19. c. 12. n. 44). » Hanc consuetudinem sæculo VII
c viguisse apud Edessenos colligitur ex JACOBI EDESSENI *Resol.* 3;
mirum, quum tunc Christiani a sævis Mahumetanis, sicut olim
tibus, continua persecutione exagitarentur.

Communionis ritus multiplex est apud Syros. Etenim Nestoriani
yteris sub unica specie, diaconis vero cum reliquis clericis, et
s sub utraque specie communionem præbent. Monophysitæ vero
yteros utramque speciem sumere jubent, et, ubi adest ma-
populi multitudo, communionem intinctam præbent. Fideles
in manu Eucharistiam recipiebant, qui mos videtur diu perdu-
apud Syros; attamen jam sæculo VII, in nonnullis casibus
aristia in ore recipiebatur, ut patet ex his JACOBI EDESSENI ver-
« Ægrotus, qui communicat, si velit, ore suo illam (oblationem)
cipiat, et si malit, manu sua illam sumat, et ponat in ore suo;
si is non possit, ille qui defert, manu sua illam apprehendat
mque participem faciat (Ap. BAR-HEBRÆUM in *Nomoc.* c. IV.
ct. 4). »

o Nestorianis præcipit JOANNES BAR-ABGARUS : « Qui venerabile
rpus sumit, satagat particulas suscipere cum sumptione particu-
rum phialæ, aut abstersione calicis, aut omnino palmis manuum,
ve corporis particulam manu ori inferat, sed ore capiat, quia
elestis est cibus (Ap. ASSEMAN. *Bibl. Orient.* t. III. part. 1. p. 246). »

Age vero usitatos a Monophysitis in Communione ritus distinctius definiamus. Præcipit Bar-Hebræus : « Presbyteri calicem bibant, et » bibendum porrigant invicem ac sæcularibus. Sacerdos autem non » potest sine calice, corpori solum communicare; sed si fieri potest, » cum ipse corpus dat, diaconus calicem bibendum tradat : hoc » justum est et canonicum, nam dixit Dominus : *comedite de corpore* » *meo, et bibite de sanguine meo.* Et si fieri non possit, sacerdos » intingat corpus in calice, quem ad ipsius dexteram gestat diaco- » nus, et communicet quemadmodum facimus in Occidente. »

« Et si neque hoc fieri possit propter multitudinem populi, sigilla, » antequam secernat margaritas, sacerdos intingat in calice tempore » fractionis, et postea communicet, quemadmodum faciunt Orien- » tales. Presbyteros autem et diaconos cum patena communicet » episcopus, et similiter sacerdos. »

« Et quando presbyter offert, et vult communionem accipere epis- » copus, hic per se ipsum ascendat ad gradum, cum descenderit » presbyter, et Communionem accipiat, non autem presbyter com- » municet illum. Abbates autem monasteriorum, et archipresbyteri » a sacerdote, qui offert, Communionem accipiant (ap. Bar-Hebræum » *Nomoc.* cap. IV. sect. 5). »

Qui attente consideraverit quæ ex Bar-Hebræo recitavimus, perspiciet duplicem Communionis distribuendæ modum, apud Monophysitas, sæculo XIII, fuisse usitatum. Unus modus, isque antiquissimus, est ut sacerdos, in manum communicantis, sacrum Christi corpus tradat, diaconus autem calicem bibendum præbeat. Hic autem animadvertendum est, nullam apud Orientales inveniri mentionem calami illius, quo olim usi sunt fideles in ecclesia Occidentali, ad sacrum sanguinem e calice sugendum. Alter modus is est, ut Communio intincta præbeatur. Juxta istum ritum calix non traditur bibendus, at sacerdos, liturgia durante, sacras particulas tempore fractionis in calicem immittit, ubi autem Communio tribuenda est, sacerdos, diacono calicem tenente, ope alicujus instrumenti, quod cochlear vocant, educit e calice particulas vino madefactas, unamque particulam singulis communicantibus in os immittit. Hæc est *Communio intincta*, quæ etiam in Occidente olim frequentata fuit.

Nestoriani usum cochlearis non agnoscunt, ut contra Renaudotium affirmat Jos. Sim. Assemanus; neque cochlearis mentio fit apud alios veteres Syros, v. g. apud Joannem Telensem, Jacobum Edessenum, Sanctum Joannem Maronem, qui tamen totum communionis ritum perspicue describit. Quid diaconissis liceret olim circa Eucharistiæ

distributionem dicemus infra. De Communione agunt RENAUDOTIUS, *Liturg. Orient. collect.* t. I. p. 261-266 et t. II. p. 118-125; MARTENE, *De antiquis Ecclesiæ Ritibus* l. 1. cap. IV. a. 10; ASSEMANUS, *Biblioth. Orient.* t. III. part. 1. p. 246, 250, 305, 535 et 608, et part. 2. p. 309-314. Vide etiam S. JOANNIS MARONIS *Expositionem Ministerii oblationis D. Jacobi* c. 40 ap. AL. ASSEMANUM in *Cod. Liturg.* t. V; BAR-HEBRÆI *Nomocanonem* cap. IV. sect. 5. Ap. MAÏ *Scriptor. Vet. Nov. collect.* t. X.

—

## X. *De cultu sanctorum, deque veneratione Reliquiarum ipsorum.* Annot. X ad pag. 73.

—

Sanctos esse colendos, eorum imagines venerandas, reliquiasque honorandas, permulti docuerunt Syri, quorum testimonia refert J. S. ASSEMANUS in sua *Bibl. Orient.* t. III. p. 2. p. 349, sqq. Ex *Epitome Canonum* EBED-JESU sequentem canonem exscripsimus :

ܥܠ ܐܝܩܪܐ ܕܡܬܚܝܒ ܠܣܗܕܐ. ܗܘܐ ܨܒܝܢܐ ܠܣܘܢܗܕܘܣ ܬܐܘܩܘܡܢܝܩܝܐ
ܕܐܝܠܝܢ ܕܥܠ ܐܦ ܡܫܝܚܐ ܐܬܟܠܠܘ ܒܣܗܕܘܬܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܫܪܝܪܬܐ ;
ܓܪ̈ܡܝܗܘܢ ܒܟܪ̈ܝܬܐ ܘܒܡܫܚܬܐ ܢܬܚܫܡܬܘܢ ܐܝܟ ܕܢܗܘܘܢ ܡܢܛܪܝܢ ܠܕܪ̈ܐ
ܠܚܘܣܝܐ. ܘܕܘܟܪܢܐ ܡܬܥܒܕ ܒܟܠ ܫܢܐ ܡܢ ܒܬܪܗ ܓܝܪ ܢܗܘܐ ܠܗܘܢ
ܘܠܐ ܐܝܟ ܡܝܬܐ ܕܒܥܠܡܐ ܢܬܚܫܒܘܢ. ܐܠܐ ܐܝܩܪܐ ܡܝܬܪܐ ܢܗܘܐ ܠܗܘܢ.
ܡܛܠ ܕܡܟܝܠ ܐܢܘܢ ܕܥܕܬܐ ܥܡܠܗ ܥܠ ܬܐܓܪܝܢ ܘܡܬܥܡܠܝܢ ܘܡܬܪܡܝܢ ܗܘܢ
ܐܬܬܣܝܡܘ ܡܛܠܗ ܕܥܕܬܐ. ܕܫܘܪܐ ܓܝܪ ܡܬܚܫܒܝܢ ܗܢܘܢ ܚܝܠܐ ܘܗܢܘܢ ܫܘܪܐ
ܕܐܝܬܝܗ ܡܛܠ ܕܒܬܪܝܨܘܬܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܕܟܠܗ ܥܠܡܐ ܢܩܕܝܢ ܒܗܘܢ ܐܝܟ ܕܒܟܠܝܠܐ
ܢܨܝܚܝܢ. ܘܡܛܠܗܘܢ ܐܦ ܡܫܝܚܐ ܕܡܪܢ ܡܫܬܒܚ. ܐܠܐ ܓܝܪ ܕܡܝܩܪ
ܠܡܠܟܐ ܓܪ̈ܡܝܗܘܢ ܕܡܬܩܪܒܢ ܠܡܫܝܚܐ. ܘܐܠܐ ܕܝ
ܡܝܩܪ ܠܗܘܢ ܗܘܝܐ ܐܢܬܘܢ ܘܫܡܫܬܐ ܕܗܠܝܢ ܕܡܩܪܒܝܢ ܠܡܫܝܚܐ
ܘܡܩܪܒܝܢ ܠܦܘܠܚܢܗܘܢ. ܘܟܠܝܢ ܐܝܟ ܗܠܝܢ ܕܡܫܝܚܐ ܠܫܡܝܢܐ. ܘܐܝܠܐ
ܕܡܩܪ ܠܗ ܘܟܠܝܢ ܣܘܢܗܕܘܣ ܬܐܘܩܘܡܢܝܩܝܐ ܠܫܡܗ ܫܪܝܪܐ ܫܡܥܐ ܠܗ ܀

« De honore martyribus debito. Placuit Synodo œcumenicæ, ut » illorum, qui pro Christo coronati sunt martyrio veræ fidei, ossa

Digitized by Google

» collocentur in ecclesiis et monasteriis, quo indigentibus opem » conferant. Insuper memoria eorum, sacerdotali ritu, a tota communitate quolibet anno recolatur, neve ut reliqui defuncti censeantur, sed magis honor eis exhibeatur, quia sunt corona ecclesiæ » inter omnes hominum gradus, et populos, et eorum sanguine » exaltatum est cornu ecclesiæ; in hoc enim discernimur ab ethnicis, » ac reliquis sectariis, qui ossa sanctorum, in quibus Deus vivus » inhabitat, pro rebus fœdissimis habent, et quidam eorum etiam » corporum resurrectionem negant. Porro quicumque honorat thesaurum (sepulcrum) ossium sanctorum, una cum sanctis Christum » honorat. Et quicumque illos non honorat, socius est et particeps » illorum, qui Christum negant, et sanctos ejus contumelia afficiunt. » Hæc secundum canonem Apostolorum definivimus, et qui hæc » transgressus fuerit, eum synodus œcumenica anathemati subjicit. » Ebed-Jesu *collect. canonum* tr. V. c. 12, apud Maï *Scriptor. Vet. Nov. collect.* t. X.

Canonem Apost., de quo mentio fit supra, refert idem Ebed-Jesu:

ܬܘܒ ܗܘܘ ܠܘܬ ܫܠܝܚܐ. ܕܟܠ ܐܝܠܝܢ ܕܢܦܩܝܢ ܡܢ ܥܠܡܐ ܗܢܐ
ܒܣܗܕܘܬܐ ܛܒܬܐ ܕܗܝܡܢܘܬܗ ܕܡܫܝܚܐ ܘܒܐܘܠܨܢܐ ܕܡܛܠ ܫܡܗ.
ܗܘܘ ܥܒܕܝܢ ܠܗܘܢ ܕܘܟܪܢܐ ܒܝܘܡܐ ܕܩܛܝܠܬܗܘܢ ܀

« Constituerunt rursus Apostoli, ut omnium illorum, qui per bonum » fidei Christi martyrium, et per tribulationem pro nomine ejus » passam exeunt ex hoc mundo commemorationem faciatis in die » occisionis eorum. » Ibid. p. 171. Vid. etiam Lagardii *Juris Eccles. reliquias* Syr. p. 37.

Quamvis autem Syri reliquias sanctorum, maximo in honore haberent, tamen illas super altaria non collocabant. « Ea enim » erat, inquit, Martenius, *De Antiquis Ecclesiæ Ritibus* lib. 1. » p. 305, veterum religio, ut, exceptis iis, quæ ad sacram oblationem » spectant, nihil omnino super altare deponi sinerent. »

Idcirco Syri, etsi sanctorum reliquias maxime venerarentur, eas tamen super altaria non collocabant, sed appendebant muro, quo prothesis a sancto sanctorum separabatur. Unde cum instauraretur templum castri Severini, inventa sunt in pariete, quo sanctuarium ab altari separabatur corpora sanctorum Dadæ, Asiæ, et Achæ in thecis recondita. Vid. Asseman. *Biblioth. Orient.* t. III. p. 2. p. 146. In hac materia affert Bar-Hebræus in suo *Nomocanone* c. 1. sect. VI resolutiones Jacobi Edesseni cum præsenti canone omnino concordes:

Digitized by Google

« Super altare sanctificato aqua non benedicatur, neque ossa sancta » martyrum abluantur... Ossa sancta martyrum, quæ reperiuntur » in templis dirutis, manifeste accipiantur, et deducantur cum » honore ad ecclesias, et non furtim. »

—

## XI. *De Voce* ܪܫܡ Annot. XI ad pag. 75.

—

Vox ܪܫܡ in lexicis Castelli et Bernsteini redditur : ***signavit, designavit, descripsit, notavit.*** Neutra ex his significationibus præsenti loco convenit. Alias autem habet hæc vox significationes, quæ adhuc in lexicis desiderantur. Stylo enim ecclesiastico de ***sanctificando, consecrando*** frequenter adhibetur, ut v. g. de ***consecratione altaris*** apud Asseman. ***Bibl. Orient.*** t. III. p. 1. p. 251, de ***consecratione*** seu ***ordinatione psaltæ*** apud J. Morinum, ***De sacris Ordinationibus*** p. 489. Ed. Antwerp., de ***ordinatione presbyteri*** ap. Al. Asseman. ***Cod. Liturg.*** t. X. præf. p. 50. Specialius autem de ***consignatione calicis,*** de quo ritu jam diximus ad ***Annot.*** VIII, sed pauca hic addenda.

Jacobitas in eo fuisse nonnullorum errore, ut crederent vinum consecrari ex contactu corporis Christi, ex Bar-Hebræi *Nomocanone* c. 4. sect. VIII satis apparet. Sic enim ibidem loquitur Jacobus Edessenus : « Relinquitur autem calix aut propter aliquos infirmos » angustia pressos, quos viaticum sumere oportet, antequam decedant : aut propter jejunantes, qui ad profundam usque vesperam » jejunant : præter hos autem casus calicem servari in crastinum » nefas est. Cum enim ***sacrum corpus aderit pronum est ei calicem » consignare***, et si voluerit homo, ter una hebdomada, cum vocant causæ necessariæ. »

In eumdem sensum loquitur Severus Patriarcha Antiochenus :

ܟܶܢ ܢܳܣܶܒ ܦܰܬܽܘܪܳܐ ܘܪܳܫܶܡ ܒܶܗ ܟܳܣܳܐ ܒܨܠܺܝܒ̈ܐ ܬܠܳܬܳܐ ܟܰܕ ܐܳܡܰܪ. ܐܰܝܟܰܢܳܐ
ܕܢܶܚܰܕ ܘܢܩܰܕܶܫ ܘܢܫܰܚܠܶܦ ܠܡܶܙܓܳܐ ܕܰܒܟܳܣܳܐ ܗܳܢܳܐ ܠܦܰܓܪܳܐ ܘܕܡܳܐ ܕܡܫܺܝܚܳܐ
ܦܽܘܪܩܳܢܳܐ ܕܡܫܰܡܫܳܢܶܐ ܠܟܽܠܗܽܘܢ ܠܡܩܰܒܠܳܢܶܐ ܕܩܽܘܕܫܳܐ ܘܡܫܰܢ ܀

« Tum accipit hostiam, eaque calicem consignat tribus crucibus, » inquiens : ut uniat et sanctificet et transmutet mistum, quod in hoc

Digitized by Google

» calice est, in salutarem ipsius Christi Dei nostri sanguinem, in » remissionem peccatorum etc. »

Juxta hanc opinionem explicandam putaverim præsentem Joannis responsionem. Dixerit igitur : etsi ad offerendum incruentum Missæ sacrificium, tabula consecrata necessario requiratur, ubi tamen urgebit necessitas, poterit absque tabula non quidem sacrificium offerri, sed cum hostia prius consecrata calix consignari; seu licebit absque altari consecrato celebrari quædam veluti Missa præsanctificatorum.

---

## XII. *De altarium ablutione.* Annot. XII ad pag. 75.

---

In hoc conveniunt Syri Monophysitæ cum Latinis, quod unica tantum vice in anno, nempe feria quinta in cœna Domini, altaria abluunt; una tamen observatur differentia, in eo quod mensam altaris dumtaxat abluunt, non autem tabulam, sicuti Latini faciunt. In ecclesia Syrorum Malabarica altarium denudatio et ablutio ritu Romano peragitur. Vid. *Ordinem Chaldaïcum Rituum et Lectionum juxta morem ecclesiæ Malabaricæ*, Syriace p. 203. Romæ 1775.

---

## XIII. *De jejunio ante communionem requisito.* Annot. XIII ad pag. 77.

---

De jejunio communioni præmittendo, fuse diximus supra annot. VII. Ad præsentem autem Resolutionem quod attinet, non videtur hæc Telensis Resolutio multum abesse a sententia illa, qua Doctores catholici docent, hominem, qui os lavando, vel tempore pluvioso incedens, aliquas aquæ stillas casualiter absorbuerit, propterea non impediri a communione. Unde iterum planum fit Syros etiam Jacobitas jejunium ante communionem omnino requisivisse, immeritoque a Jesuiabo Nisibeno reprehendi, quasi non requirerent jejunium ante communionem.

---

Digitized by Google

XIV. *De munditie corporis requisita in eo, qui sacram communionem suscepturus est.* Annot. XIV ad pag. 79.

---

De hac re agunt Joannes Telensis *Resol.* 22, 32 et 37, et Jacobus Edessenus *Resol.* 5. Munditiem autem corporis tollunt cum illusiones, quibus in somno corpora maculantur, tum naturalis ille mulierum defectus, quem menstrua vocant, atque etiam carnale viri et uxoris commercium. De tribus hisce immunditiis pauca dicemus :

1. De pollutione nocturna nihil statuit Joannes Telæ, sed lectorem invitat, ut videat S. Basilii et Canonistarum sententiam. Quid circa hoc punctum senserit S. Basilius, ex ejus *Regulis Brevioribus* N. 309, accipe : *Interrogatio.* « Si consueta et quæ secundum naturam sunt » contingant cuipiam, debet-ne is ad sanctorum communionem ac» cedere ?

» *Responsio.* Superiorem natura et consuetudine docuit Apostolus » esse eum, qui in baptismo una cum Christo sepultus fuit. Nam » aliquando, nimirum eo in loco, ubi de aquæ baptismate agitur, » aliis quibusdam præmissis, ait : *hoc scientes, quia vetus homo » noster simul crucifixus est, ut destruatur corpus peccati, ut ultra » non serviamus peccato....* Quam autem metuendum sit judicium » proferendum in eum, qui in immunditia degens ad sancta acce» deret, discimus etiam ex veteri Testamento. Quod si amplius » templo hic est, nos utique modo magis formidando docebit apos» tolus, qui dixerit : *qui manducat et bibit indigne judicium sibi » manducat et bibit.* » Docuerit, ni fallor, S. Basilius illusiones illas, quæ ex peccato mortali proveniunt, vel cum eo conjunguntur impedire hominem a communione. De iis autem illusionibus, quas homo patitur absque peccato, nihil statuerit. Vid. S. Basilii *opera* ap. Migne *Patrol. græc.* t. XXXI. col. 1302, cf. col. 1098 et 1583.

Clariora in hanc rem profert Timotheus Alexandrinus in suis *Responsis canonicis*, quæ in *Nomocanone* Bar-Hebræi interdum citantur. Ait Timotheus : « Si laïcus, qui somniavit, clericum inter» rogaverit, an debet ei permittere communicare, an non? *Responsio.* » Si subest quidem desiderium mulieris, non debet : sin autem » tentat eum Satanas, ut per hanc occasionem a divinorum myste» riorum communione alienetur, debet communicare. Neque enim » cessabit tentator eo tempore, quando debet communicare. »

Ad quæ verba notat Balsamon. « De iis, quibus visa se in somniis



Digitized by Google

» offerunt, quibus etiam fit fortasse fluxus seminis, dicit hic Pat.
» quod si mulieris desiderium in eo, qui somniat, cogitatio ante
» accenderit, et mens in desiderio perstiterit, eique assensus est, e
» ex eo illi visio oblata est, et fluxio seminis est consecuta, non debet
» communicare. Et merito, assensio enim ejus, qui somniavit, men-
» tem polluit, et quomodo cum hac cogitatione ad sancta accedat?
» Sin autem nihil tale præcessit, est diaboli, inquit, tentatio; ut se
» eum alienet a divina communione : et oportet eum communicare.
» Si enim sciverit Malus se per somnium efficere, ne sit sacramenti
» particeps, non cessabit homini insidiari, quoties eum velle com-
» municare cognoverit. » Ap. MIGNE *Patrol. græc.* t. XXXIII,
col. 1303-1306. Cf. BAR-HEBRÆI *Nomoc.* cap. IV. sect. 2.

In eumdem sensum loquitur JOANNES, scriptor Nestorianus, ap.
EBED-JESU *collect. Canon. Synodicor.* tract. V. cap. XVI :

ܥܠ ܩܪܝܢܐ ܕܚܠܡܐ ܘܡܬܪܓܫܢܘܬܐ ܕܪܥܝܢܐ .

ܢܫܠܝ . ܡܫܪܐ ܓܝܪ ܠܪܘܚܐ ܕܥܘܕܪܢܐ ܘܡܩܝܡܐ . ܕܠܐ ܐܝܟ ܡܢ
ܬܟܠܬܐ ܓܒܪܐ ܐܘ ܐܢܬܬܐ ܗܘܝܐ ܡܬܩܪܝܐ ܘܡܬܚܫܫܢܐ . ܐܝܟܢܐ ܕܡܫܬܡܠܝܢܘܬܐ
ܡܫܕܐ ܐܬܡܠܟ ܘܐܬܡܢܥ ܡܕܘܕܐ ܘܡܪܘܚܐ ܡܫܬܐܠ . ܬܗܘܐ ܟܠܗ ܢܦܫܗ
ܟܠܐ ܘܢܬܟܠ ܡܬܩܢܘ ܡܢ ܡܫܒܚܐ ܕܐܪܐܪ ܡܬܪܡܐ : ܘܗܘ ܘܩܠ ܩܕܡܗ
ܥܒܕܐ ܕܩܪܝܢܐ ܘܕܚܫܐ ܢܦܩܐ ܕܠܐ ܡܢ ܪܚܡܐ ܘܡܬܚܫܒܐ ܕܡܢ
ܡܬܥܒܕܐ ܗܠܝܢ ܕܪܚܡܬܗ ܡܬܡܠܟܢ : ܐܠܐ ܡܢ ܚܡܬܐ ܕܡܬܟܠܡܬܐ
ܡܠܐ ܐܢܫܝ ܢܦܩܝܢ ܥܡܬܗ . ܦܘܪܫܐ ܓܝܪ ܗܘܐ ܕܫܟܝܢܐ ܡܫܡܫ
ܠܐ ܓܝܪ ܟܣܝܐ ܡܢ ܬܟܠܬܐ ܡܢܬܬܐ ܘܡܬܡܠܟܐ ܐܪܟ ܕܬܗܘܐ
ܠܐ . ܘܬܬܠܘܐ ܡܢ ܡܫܒܚܐ ܕܐܪܐܪ ܡܬܪܡܐ . ܗܟܢܐ ܓܝܪ ܩܠܝܗܘܢ
ܗܘ ܠܡܢܝܢ ܠܗܝܢ ܕܟܠܡܐ ܘܐܫܬܪܝ ܡܢܝܢ ܐܟܠܝܢ ܕܠܐ
ܠܗܘܢ ܡܢ ܡܢܬܐ ܘܪܘܚܐ . ܘܠܐ ܐܬܪܚܡܘ ܡܕܘܕܐ ܢܦܫܝܐ
ܕܐ . ܡܬܠܚܡܢܝ ܕܝܢ ܕܡܢ ܫܠܝܬܐ ܪܚܡܬܐ ܢܪܕܘܦ ܐܢܫܝܢ .
ܓܝܪ ܫܬܝܐ ܡܬܢܬܐ ܕܠܐ ܢܬܟܫܦ ܐܝܟ ܠܟܠܝ . ܐܝܟ ܕܡܢ ܟܠܗ ܫܡܝܢ
ܢܫܠܡܢܘܬܗ ܐܬܦܬܚܘ ܡܢ . ܠܟܠ ܗܟܢܐ ܗܟܠ ܪܚܡܬܐ
ܕܡܬܚܫܐ ܡܬܚܫܒܐ ܡܬܟܠܡ ܐܡܪܢܝ . ܕܐܝܢܐ ܕܡܬܠ ܡܢ ܩܪܝܗ
. ܡܬܐ ܡܢ ܩܫܗ ܡܢ ܠܐ ܡܕܐ ܠܗ ܡܫܡܫ ܗܘ ܠܩܘܪܒܐ ܕܡܪܝܐ
ܩܪܝܗ . ܕܠܐ ܩܪܒ ܩܪܝܗ ܕܡܪܝ ܘܕܡܬܗ . ܡܬܚܫܒ ܗܘܝܐ ܬܗܘܐ ܐܝܟ ܡܬܐ

ܢܦܩܘܢ܃ ܘܫܪܝܢ ܐܦܠܐ ܡܢ ܠܡܣܒ ܗܢܐ ܘܡܛܠ ܡܢ ܡܐ ܗܢܐ. ܐܘ ܡܢ
ܕܡܢ ܗܠܝܢ ܣܡܝܢ ܕܗܘܐ ܠܠܝܐ ܕܩܪܝܐ ܘܕܡܥܬܐ ܥܠܘ ܡܢܫܘܠܬܐ ܕܥܡ
ܐܢܫ ܕܠܒܘܫܐ ܕܢܦܫܗ ܠܐܢܬܬܐ. ܢܦܪܘܫ ܠܗܝܢ ܠܕܘܟܬܐ ܘܢܬܩܪܒ ܡܢ ܐܪܙܐ ܠܟܘ

De nocturnis pollutionibus et menstruo.

*Johannis*. Placuit Spiritui sancto et præcepit, ut nemo ex Chris-anis, sive vir fuerit sive femina, membrum sanctificatum et rristianum, quod in sancto baptismate lotum est, et Spiritu, ac ne occulte mundatum est, animam suam ab oratione removeat, que ipsum contineat a sumptione sanctorum mysteriorum, et uidem penitus et absolute propter pollutionem et menstruum nmundum, quæ non ex voluntate, et immundis cogitationibus, meditatione voluntaria generantur, sed sponte ob repletionem orpoream sæpe accidunt naturaliter : consilium quippe hoc est atanæ invidentis pulchritudini nostræ. Porro indecens est, nos bstinere ab oratione, et arceri a perceptione sacramentorum ob liquam ex causis naturalibus, quibus irretiuntur et detinentur mnes populi, qui sæcularibus negotiis impliciti sunt, ii inquam, ui ex aqua et spiritu nati non sunt, neque baptismi spirituali ne mundati fuere. Consilium vero damus, ut homines a peccatis oluntariis caveant, non autem ab accidentibus naturalibus, quæ ine lege sunt apud nos, veluti a Deo (cujus majestati adoratio) gitime ordinata in nobis. Ad ista igitur voluntaria referimus erbum Pauli cœlestis Apostoli : *quicumque sumit de corpore omini nostri, et de calice ejus bibit, cum dignus non sit, reus est orporis et sanguinis Domini, eo quod non dijudicaverit corpus et anguinem Domini nostri. Quamobrem probet seipsum homo, et unc comedat de pane hoc, et bibat de hoc calice.* Et si aliquid orum persenserit fuisse causam pollutionis et menstrui, post urificationem per aquas factam, seu ad emundationem, quæ pro onscientia sit, accedat ad orationem, et pertractet divina sa-ramenta. »

ion est hujus loci exponere sententias Theologorum Catholicorum a hoc punctum. Videri possunt S. Thomas, *summa theol.* p. 3. q. 80. . 7; S. Alph. de Liguori *de Euchar.* tract. 3. c. 2. sub. 2. n. 272 etc. . De menstruis agunt Joannes Telensis *Resol.* 32 ac 37, et Jacobus ssenus *Resol.* 5. Horum auctorum sententias refert Bar-Hebræus noc. cap. IV. sect. 2, ubi in eamdem materiam sequentes canones gerit. *Canon Severi* : « Mulier menstruata ne communicet myste-iis, donec omnino sistatur sanguis ejus. » *Canon Timothei* : « Mu-

» lierem fidelem tempore menstrui non debet accedere quoad mun-» detur. » Cf. Timothei *Responsa canonica*, græce ap. Migne *Patrol. græc.* t. XXXIII. col. 1299. Constitutiones Concilio Nicæno adscriptæ et apud Syros vigentes idem statuunt : « Omnes fideles et christianæ » mulieres continere se debent ab ingressu ædium Dei, quæ sunt » ejus templa, quamdiu menstrua patiuntur. Item a communionis » sumptione , quousque adimpleantur earum dies. » Vid. Labbe *concil. collect.* t. II. p. 368. Quid hac de re sentiant theologi Catholici, vide ap. S. Alphonsum de Liguorio *de Euchar.* tract. 3. c. 2. d. 2. n. 275.

3. De commercio carnali viri et uxoris, atque etiam de muliere quæ parturivit, hos canones accipiunt Syri.

*Canon Severi.* « Mulier, quæ cum viro recubuit, non accedat usque » ad reditum diei. Oportet enim ut illa in antecessum præparet » animam suam, et a concubitu legitimo abstineat, in honorem » mysteriorum sanctorum. »

*Canon Timothei.* « Vir et mulier, si fuerint in copula, non decet » ut oblatione donentur eadem die. Dixit enim Apostolus, ne fraudetis invicem, nisi quando ambo vacare debetis jejunio, et ora-» tioni, et iterum in idipsum revertimini, ne tentet vos Satan, » propter concupiscentiam corporis vestri. » Cf. Migne *Patrol. græc.* t. XXXIII. col. 1299 et 1306.

*Canon Jacobi Edesseni.* « Mulier, quæ parit biduo aut triduo ante » feriam quintam mysteriorum, si se ipsam abluere possit a suo » sanguine, potestatem habet communicandi sacris mysteriis, etc. » Vid. Bar-Hebræi *Nomoc.* cap. IV. sect. 2. »

Ex his omnibus iterum apparet, quantum Syri Eucharistiam semper venerati sint. Ex eadem veneratione factum est, ut illicitum declararent colloquium cum ethnico habitum, antequam sumeretur Eucharistia , et ut prohiberent balneum ingredi post communionem acceptam.

---

## XV. *De vitanda hæreticorum societate.* Annot. XV ad pag. 81.

---

Monita Pauli (*Epist. ad Tit.* III. 10), et Joannis (II *Epist.* II. 10 et 11) semper præ oculis habens Ecclesia , simulque errori aditum præcludere satagens , fidelibus constanter prohibuit , societatem cum hæreticis inire. Hinc variis canonibus , prout circumstantiæ exigebant,

Digitized by Google

vetitum fuit, ne fideles infidelibus, judæis, hæreticis, aut excommunicatis sociarentur, non tantum in rebus divinis, sed etiam in humanis. Non est hujus loci antiquam Ecclesiæ Catholicæ disciplinam, circa hanc rem, exponere. Illud autem monendum est, Syros tum Nestorianos tum Monophysitas, cum cæteris, quæ ab Ecclesia Catholica mutuati sunt, etiam antiquos ejus canones de vitandis hæreticis accepisse, et retinuisse. Hinc factum est, ut eosdem ipsos canones, quos antiqui Patres et prima Concilia tulerant adversus hæreticos, arripuerint Monophysitæ et Nestoriani, iisque usi sint, non tantum contra se invicem, sed etiam contra Catholicos, maxima sane cum Catholicorum injuria. Igitur abs re non erit, ad elucidationem eorum, quæ hic et in sequentibus Resolutionibus dicuntur, referre eos antiquos canones, quos Syri omnes recipiunt.

ܩܢܘܢܐ ܕܫܠܝܚܐ : ܝ : ܐܢ ܐܢܫ، ܥܡ ܗܘ ܕܠܐ ܡܫܬܘܬܦ ܒܐܪ̈ܙܐ : ܐܦܢ
ܒܒܝܬܐ ܐܟܚܕܐ ܢܨܠܐ ܀ ܗܢܐ ܢܬܦܪܫ ܀

ܩܢܘܢܐ ܕܫܠܝܚܐ . ܝܐ : ܐܢ ܐܢܫ ܡܩܠܝܪ̈ܘܣܐ ܕܟܗܢܐ ܡܢ ܬܫܡܫܬܗ ܕܢܦܠ
ܐܝܟ ܕܥܡ ܡܩܠܝܪ̈ܘܣܐ ܐܟܚܕܐ ܢܨܠܐ : ܢܗܘܐ ܡܢ ܬܫܡܫܬܗ ܐܦ ܕܢܦܠ ܀

« *Canon Apostolorum* 10 : Si quis cum illo, qui non fit particeps » mysteriorum, licet domi, oraverit, separetur. »

« *Canon Apostolorum* 11 : Si clericus cum clerico deposito, » tanquam cum (legitimo) clerico oraverit, deponatur etiam ipse. » Vid. Lagardii, *Reliq. Juris Eccles. antiquiss. Syr. p.* 46; Cf. Ebed-Jesu, *Epitome canonum Apostolicorum*, *ap.* Mai, *Script. Vet. Nov. collect.* t. X. p. 10 et 176.

*Concilii Laodiceni can.* 32 : « Quod non oportet hæreticorum » benedictiones accipere, quæ sunt potius maledictiones. »

*Ejusdem can.* 33 : « Quod non oportet una cum hæreticis orare. »

*Ejusdem can.* 37 : « Quod non oportet, quæ a Judæis vel hæreticis » mittuntur festiva accipere, vel eorum impietatibus communicare. »

*Ejusdem can.* 39 : « Quod non oportet cum gentibus festum agere, » et eorum impietati communicare. » Vid. Labbe, *Concil. collect.* t. I. col. 1535-38. Alia dabimus ad Jacobi Edesseni *Resol.* 53-59, in Annot. XXXIX.

Digitized by Google

## XVI. *De Exequiis Defunctorum.* Annot. XVI ad pag. 83.

De exequiis defunctorum agunt JOANNES TELENSIS *Resol.* 27-30, et JACOBUS EDESSENUS *Resol.* 60-63. Operæ pretium erit, quædam hic annotare de ritibus apud Syros receptis, circa defunctorum funera.

« Obsequia defunctis statim post obitum, præsertim quatuor » exhibebant veteres. Simul enim ac efflaverat aliquis animam, » clausis ejus oculis, corpus ipsius lavabant, pretiosis unguentis » delibutum condiebant, congruis sibi vestimentis induebant, ac » tandem, fusis ad Deum precibus, hymnorum et psalmorum decan- » tatione Deo commendabant. » Ita MARTENIUS, *De antiquis Ecclesiæ Ritibus*, lib. III. c. 12.

Quod de veteribus MARTENIUS dixit, idem de Syris affirmandum. Jacobitæ tamen a Nestorianis in hoc dissentientes, corpora defunctorum non abluunt. Hoc colligitur ex JACOBO EDESSENO : « Non est, » inquit, canonicum abluere defunctos. Neque S. Dionysius quidquam » simile præcepit. Sed ulceratos Domini eorum sæpe laverunt, et » aliquando aromate purificarunt corpora eorum. Et in locis multis » usurpata fuit hæc consuetudo. Initio autem evangelicæ prædica- » tionis, cum exigui essent fideles, in Ecclesia peragebantur minis- » teria super defunctos. Hodie autem, quum multiplicati sunt, » necesse non est, ut deportentur in ecclesiam, sed in domibus ac » vicis sæpenumero fiunt super eos ministeria. Verumtamen die » secunda aut tertia consueverunt domestici eorum ad ecclesiam » convenire, et oblationem facere, et sacerdotes, qui sepelierunt, » honorare. »

Alia etiam cernitur discrepantia inter Jacobitas et Nestorianos. Nam Jacobitæ corpora defunctorum episcoporum, sacerdotum, diaconorum, et monachorum deferunt ad ecclesiam cum hymnis, psalmis et luminaribus, eaque ante altare in sanctuario collocant. Nestoriani e contra sacerdotum cadavera non introducunt in sanctuarium, sed super gradibus in ecclesia deponunt, excepto tamen Patriarcha, cujus mortales reliquæ intra cancellos altaris admittuntur. Sæcularium autem exequiæ, sive apud Jacobitas sive apud Nestorianos, domi perficiuntur, indeque ad sepulcrum itur. In sepulcro autem cadavera, facie ad orientem versa, conduntur, et pulvis loco unguenti, quo clericorum et monachorum dumtaxat corpora liniuntur, in eis projicitur.

Digitized by Google

Postea diebus tertia, nona, trigesima et anniversaria, memoriam defunctorum celebrant Jacobitæ, prout præscribitur in *Canonibus Apostolorum* :

ܢܬܥܒܕ ܕܝܢ ܗܘ ܕܬܠܬܐ ܕܗܢܘܢ ܕܫܟܒܘ ܒܡܙܡܘܪ̈ܐ ܘܒܨܠܘ̈ܬܐ : ܡܛܠ
ܗܘ ܕܒܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ ܩܡ . ܘܗܘ ܕܬܫܥܐ ܠܕܘܟܪܢܐ ܕܚ̈ܝܐ ܘܕܥܢܝ̈ܕܐ
ܕܡܝ̈ܬܐ . ܘܗܘ ܕܬܠܬܝܢ ܐܝܟ ܥܝܕܐ ܕܥ̈ܬܝܩܐ . ܠܡܘܫܐ ܓܝܪ ܗܟܢܐ ܥܡܐ ܐܒܠ
ܢܬܥܒܕ . ܘܕܫܢܬܐ ܡܛܠ ܕܘܟܪܢܗ ✠

« Celebretur dies tertia illorum, qui dormierunt, in psalmis et » orationibus, propter eum, qui die tertia resurrexit ; et (celebretur) » dies nona in memoriam eorum qui vivunt, et eorum qui defuncti » sunt, et dies trigesima secundum morem antiquum. Moysem enim » sic populus luxit. Celebretur dies anniversaria in memoriam ipsius » defuncti. » Vid. Lagardii, *Jur. Eccles. Relig. Syr.* p. 28; Ebed-Jesu, *Epitom. can. Apost.* p. 186. Cf. *Constitut. Apost.* l. 8. cap. 41 et 42. Nestoriani vero, loco diei nonæ, diem septimum usurpant. Memoriam autem infidelium defunctorum peragere prohibent canones Apostolorum. Idem statuit Eustathius his verbis : « Prorsus et sine » dubio pro catechumenis nondum baptizatis, aut pro hæreticis, » oblationem offerre non oportet. »

De hæreticis statuit canon Lisii : « Nefas est sacerdotes orthodoxos » celebrare pro hæreticis memorias; sed si receperint pro eis quid» quam, dicant solum : *Deus parcat illi, qui obdormiit, et quiete* » *eum donet.* »

Minus rigidum se præbet Jacobus Edessenus : « Filii fideles dum » volunt facere memoriam parentum suorum hæreticorum, siquidem » hi fuerint antistites hæreseos, hoc facere non debent; at si e simplici » populo fuerint, voluntati ipsorum relinquitur. Et S. Dionysius, ac » Johannes de ethnicis, et non de hæreticis, locuti sunt, dicentes » quod non oporteat memoriam eorum fieri a fidelibus. An autem » hujusmodi defuncti utilitatem capiant ex oblatione, an non, Deus » solus scit. Machabæi autem pro fratribus suis, qui coacti, ethnicos » se fecerant, et Pheladius episcopus pro puella, quæ decessit, » cum esset inter cathecumenos, oblationem obtulerunt. » Permittit etiam Jacobus Edessenus, ut, in quibusdam casibus, Monophysitæ celebrent exequias et comitentur funera eorum, qui Monophysitarum doctrinam non tenent, ut videre est *Resol.* 60-63. Ut finem huic annotationi faciamus, restat monendum, varios canones prohibere, ne mulieres conducentur, ad plangendum modo gentili. Tandem

Digitized by Google

canonibus etiam cautum fuit, ut, in funeribus celebrandis, clerici neque intemperantiæ neque cupiditati inservirent. Vid. Bar-Hebr. *Nomoc.* c. VI. sect. 1 et 2; Cf. Ebed-Jesu *Epitome Can. Apost.* et *collect. can. Synod.* tr. V. cap. 23 et 24, ap. Em. Card. Mai *Script. Vet. Nov. Collect.* t. X. p. 187, 255 et sqq.; D. Lagardii *Jur. Eccles. Reliq.* Syr. p. 28.

—

## XVII. *De Confirmationis sacramento.* Annot. XVII ad pag. [?]

—

Hujus loci non est fidem Syrorum de Confirmationis sacramento exponere. Nam hæc materia prolixiorem exigeret disputationem. Quædam tantummodo annotabimus, quæ necessaria sunt, ut Joannis Telensis Resolutiones 30 et 31 perspicuæ fiant.

Et primo quidem inquirit Telensis : An perfici possit Baptismus absque Chrismate? Hoc autem fieri posse negat. Quare? Ratio ex praxi et disciplina Monophysitarum eruenda est. Sciendum est enim, Monophysitas, a primis suæ sectæ initiis, Confirmationis sacramentum cum Baptismo semper conjunxisse. Qui mos primitus apud omnes Christianos obtinebat. Idcirco, apud Monophysitas, statim atque baptizati e fonte baptismali ascenderunt, sacerdos tribus vicibus frontem eorum sacro Chrismate ungit in modum crucis dicens :

ܒܡܘܪܘܢ ܩܕܝܫܐ ܒܒܣܝܡܘܬ ܪܝܚܐ ܕܡܫܝܚܐ ܠܐܠܗܐ : ܚܬܡܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ
ܫܪܝܪܬܐ : ܘܡܫܡܠܝܢܘܬܐ ܕܡܘܗܒܬܐ ܕܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ : ܡܬܚܬܡ ܦܠܢ ܒܫܡܐ
ܕܐܒܐ : ܐܡܝܢ . ܘܕܒܪܐ : ܐܡܝܢ . ܘܕܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܠܚܝܐ ܕܠܥܠܡ
ܥܠܡܝܢ : ܐܡܝܢ ܀

« Chrismate sancto, suavitate odoris Christi Dei, signaculo veræ
» fidei, complemento donorum Spiritus sancti, signatur talis N. in
» nomine Patris, amen; et Filii, amen; et Spiritus sancti, in vitam
» sæculorum, amen (Ap. Al. Asseman. *cod. Liturg.* t. III. p. 176 ».
Simulque omnia baptizatorum membra sacerdos perungit. Illi baptizati vestibus albis induti ad altare ducuntur, participesque fiunt corporis et sanguinis Christi. Post hæc, coronam capite gestantes, lumbisque zona præcinctis, domum revertuntur. Transactis septem diebus, fit cæremonia, quæ vocatur *Solutio Coronæ*, [?]

Digitized by Google

leponuntur coronæ, quæ in die baptismatis capitibus baptizatorum mpositæ fuerant.

Igitur ex mente TELENSIS baptismus perfici nequit absque Chrismate, id est absque sacramento Confirmationis, cujus materia est Chrisma. Et ratio ob quam absque Chrismate baptismus perfectionem suam non habeat, ex ipsa forma a Monophysitis usitata, desumitur. Sacramentum enim Chrismatis est : signaculum veræ fidei, *complementum donorum Spiritus Sancti*, cujus quidem gratia jam in baptismo habetur per regenerationem; sed ista gratia ut augeatur, roboretur, compleatur, perficiatur, indiget sacramento Chrismatis, quod est *complementum donorum Spiritus Sancti.*

Secundo loco aperiendum est, quid sit Chrisma, et quomodo conficiatur. Chrisma apud Jacobitas ex oleo olivæ variisque aromatibus conficitur, ut docet BAR-HEBRÆUS his verbis : « Cinnamomi » quinquaginta drachmæ; spicæ, sexaginta drachmæ; cariophylli, » nucis myriacæ, croci, zingiberis, piperis, ex unoquoque viginti » drachmæ conterantur, et purificentur, et commisceantur 400 » drachmis unguenti puri olivæ. Et mittatur id in ollam magnam » vitri, ac igni superponatur olla magna ænea, quæ plena sit aqua, » et collo ollæ alligetur rutabulum ferri, et appendatur intra aquam, » quin pertingat ad fundum ollæ, et succendatur ignis, ac ebulliant » aquæ tribus horis : tunc demittantur in ollam stactis humidi » sexaginta drachmæ, et coquatur una hora. Deinde totum ignem » removeant de sub olla, et cum frigent aquæ, tollant ollam, et » relinquant unguentum, donec eliquetur, ipsumque fundant in » amphoram sanctificationis. » Tradit deinde BAR-HEBRÆUS totum ritum benedictionis sacri Chrismatis. Benedicitur Chrisma feria quinta magnæ hebdomadis; soli Patriarchæ vel Catholico fas est illud consecrare, potest tamen Chrisma consecrari ab episcopis in urbibus, et etiam in pagis, ubi necessitas id expostulat; possunt etiam episcopi Chrisma imminutum augere Oleo orationis. Hoc non permittitur presbyteris, qui etiam excommunicantur si Chrismate ungant infirmum (ap. BAR-HEBRÆUM, *Nomoc.* c. III. sect. 1-5).

Postremo loco pauca dicenda sunt de *Solutione aquarum.* Sacerdos postquam Baptismum, Confirmationem et Eucharistiam suscipientibus contulit, ac reliqua quæ facienda sunt perfecit, manus suas a chrismate abluit, vel in ipso fonte baptismali, ut præcipit Stephanus Aldoensis (ap. AL. ASSEMAN. *cod. Liturg.* t. III. p. 189), vel in alia aqua, ut innuere mihi videtur JOANNES TELÆ. Deinde recitat Ordinem *Solutionis aquarum*, quas e fonte baptismali in locum mundum

26

Digitized by Google

emittit. De Confirmationis sacramento fusius agunt Al. Assemani *cod. Liturg.* t. III. p. 136-237; J. Sim. Assemanus *Bibl. Orient.* t. III p. 2. p. 271-284. Vid. etiam G. Fabricii Boderiani *De Ritibus Baptismi.* Antverp. 1572. p. 90, et sqq.

—

## XVIII. *De Diaconissis.* Annot. XVIII ad pag. 87.

—

Diaconissarum officia et potestatem in res sacras definiunt Joannes Telensis, *Resol.* 33-42; Jacobus Edessenus, *Resol.* 23-24; Bar-Hebræus, *Nomoc.* cap. VII, sect. 7; *Synodus Maronitarum Libanensis*, part. III, cap. 2; alii. Ex quibus de Diaconissis hæc notamus.

1. Diaconissas frequenter memorari ab antiquis Ecclesiæ scriptoribus, atque earum mentionem jam fieri in Epistolis Paulinis ad *Rom.* XVI. 1, 2, et I. ad *Timoth.* V. 9.

2. Legibus ecclesiasticis cautum fuisse, ut ad officium Diaconissarum non eligeretur, nisi mulier cujus virtus explorata foret, quæque annos 40 prætergressa esset, si virgo, 60 si vidua.

3. Anathemate damnandam esse Diaconissam, quæ post professionem nuptias iniisset.

4. Jam diu ante sæculum XII institutionem Diaconissarum apud Syros cessavisse, et in monasteriis monialium dumtaxat permansisse. Quæ enim monialis abbatissa eligitur, ea Diaconissa episcopi benedictione constituitur.

5. Quamvis Diaconissæ simili fere ritu ac diaconi ordinarentur, earum tamen ordinationem inter ordines sacros minime fuisse recensitam.

6. Diaconissarum officia hæc potissimum fuisse, ut mulierum honestati ac pudori in ecclesia consuleretur. Nam Diaconissarum opera necessaria erat: 1° ut sanctæ portæ, per quas mulieribus ad ecclesiam patebat aditus, ab iis custodirentur, et quo unaquæque sederet loco statueretur; 2° ut baptizandas mulieres exuerent vestibus, baptizatasque et ex baptisterio eductas susciperent; 3° ut chrismate vel oleo nuda earum corpora tam in Baptismo et Confirmatione, quam in Extrema-Unctione ungerent; 4° ut rusticis et imperitis mulieribus principia fidei vel Baptismi ritus exponerent; 5° ut in negotiis urgentibus mulieres episcopum, presbyterum vel diaconum alloqui volentes,

Digitized by Google

nissæ tanquam honestatis illarum testes deducerent; 6° ut, de amissa integritate virgo deo sacrata in suspicionem veniesta Diaconissarum examini et sententiæ relinqueretur explo-; 7° ut earum curæ tota sacra suppellex, præsertim in mo-riis monialium, committeretur; 8° ut apud Monophysitas, in tia presbyteri et diaconi, altare verrerent, lampadem sanctuarii derent, Eucharistiam ex theca in sanctuario reposita accipe-eamque in monasteriis sororibus et parvulis præberent, vel ad mulieres ægrotantes et parvulos annum quintum haud præ-ctos deferrent, aliaque peragerent quæ a Joanne Telensi deter-ntur. De Diaconissis vid. Morinum, *De Sacris Ordinationibus* III. exercit. 10; Jos. Sim. Assemanum, *Bibl. Orient.* t. II. *in Dis- de Monophysitis*, et t. III. part. 2. p. 847-56; Al. Assemanum, *Liturg.* t. X. p. 124.

s re tamen non erit ex Codice Parisino antiquum de Diaconissis ımentum in confirmationem eorum, quæ dicta sunt, proferre :

ܡܛܠ ܗܢܐ ܐܘ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܗܘܐ ܡܬܩܝܡ ܠܗ ܡܢܫ̈ܐ ܕܐܪܡܠܘܬܐ : ܡܢ
ܕܡܕܒܪ̈ܝܢ ܒܫܒܝ ܠܒ̈ܢܬܐ : ܐܝܟ ܕܢܦܪܫܢ ܠܗ ܡܢ ܒܝܬ ܥܠܡܐ : ܠ
ܘܬܩܝܡ ܡܩܝܡܢ̈ܐ . ܗܟܢܐ ܦܫܝ ܐܝܟ ܕܠܡܫܡܫܢܘܬܐ ܕܩ̈ܫܝܫܬܐ ܡ̈
ܘܡܬܬܩܢܢ . ܐܠܐ ܕܝܢ ܐܝܟ ܕܠܡܫܡܫܢܘܬܐ ܕܢ̈ܫܐ . ܐܝܟ ܗܟܢ ܩ̈ܕܡ .
ܕܠܐ ܡܫܡܫ ܐܝܟ ܠܡܫܡܫܢܐ ܠܡܫܡܫܘ ܠܗܘܢ ܢ̈ܫܐ ܡܛܠ ܡܢ̈
ܠܡܫܡܫܢܝܬܐ ܕܝܢ ܡܫܡܫ ܐܝܟ ܡܛܠ ܕܐܦ ܩܕ̈ܝܫܬܐ ܐܚܪ̈ܢܝܬܐ ܗ̈
ܕܗܘܬ ܕܐܠܐ ܡܫܡܫܢܝܬܐ ܡܬܬܚܝܢ . ܠܗܘܢ ܡܢܐ ܕܢ̈ܫܝ ܢ̈ܫܐ ܠܗ
ܡܬܬܚܝܢ ܕܡܢ ܡܫܡܫܢܝܬܐ ܠܡܬܩ̈ܢܢ ܒܥܕܬܐ ܕܡܫܡܫܢܘܬܐ ܐܦ
ܕܢ̈ܫܝ ܠܥܠ̈ܡܐ . ܘܐܦܠܐ ܕܠܐ ܡܫܬܘܬܦܐ ܐܠܐ : ܘܡܬܚܙܝܐ ܡܫܡܫܢ
ܐܠܐ ܠܗܘ ܕܡܬܒܥܐ . ܕܗܘ ܠܡܫܡܫܘ ܠܗܘܢ ܕܠܥܠܡܐ . ܐܦܠܐ ܕܝܢ ܕܐܝܟ ܐܠ
ܘܡܬܚܙܝܐ ܡܫܡܫܢܝܬܐ : ܠܐ ܙܕܩܐ ܠܢ̈ܫܐ ܕܢ̈ܩܪܒܢ ܡܬܩܪ̈ܒܢ ܡܢ ܒ̈
ܐܠܐ ܒܫܡܫ ܐܢܫ ܗܘܝܐ ܡܢܗܘܢ ܐܢܫܐ ܥܠܡܢܝ . ܐܝܟܢܐ ܕܡܬܬܩܢܢ
ܡܬܬܚܙܝܐ . ܒܬ̈ܠܐ ܘܡܬܬܚܙܝܐ ܒܐܝܬܪܘܬܐ . ܐܦ ܐܠܐ ܒܗܘ ܒܗܘܢ ܕ
ܒܫܡܫ ܐܢܫ ܗܘܝܐ ܡܢܗܘܢ ܐܢܫܐ ܕܐܠܗܐ ܕܢܩܪܒ ܡܬܬܩܢܝܢ
ܕܗܟܢܐ ܐܘ ܕܢ̈ܫܐ . ܘܡܢ ܒܗܢܐ ܐܢ ܐܠܐ ܡܬܬܚܙܝܐ ܐܠܐ ܐܘ ܠܡܬܩܢܢܐ
ܐܠܐ ܠܡܬܬܚܙܝܘ ܐܘ ܠܡܩܒܠܐ . ܐܠܗܐ ܡܫܡܫܢܝܬܐ . ܐܝܟ ܕܦܩܕܢ ܐ
ܬܗܘܐ ܦܩܕܐ ܠܢ̈ܫܐ . ܗܟܢܐ ܕܝܢ ܠܗܘܐ ܦܩܕܢ ܠܡܫܡܫܘ . ܡܩܕܫܐ ܕܦ

ܕܐܠܗܘܬܐ ܒܡܝ̈ܐ. ܘܡܐ ܕܣܠܩܐ ܡܢ ܡܝ̈ܐ ܗܝ ܕܥܡܕܐ : ܬܩܒܠܝܗ ܡܫܡܫܢܝܬܐ . ܘܬܠܦܝܗ ܘܬܪܒܝܗ...... ܐܦ ܠܟ ܡܬܒܥܝܐ ܗܝ ܠܟ ܬܫܡܫܬܐ ܕܡܫܡܫܢܝܬܐ : ܠܣܘܥܪ̈ܢܐ ܫܚܠ̈ܦܐ . ܒܒ̈ܬܐ ܓܝܪ ܕܚܢ̈ܦܐ . ܐܝܟܐ ܕܐܝܬ ܢܫ̈ܐ ܡܗܝܡܢ̈ܬܐ : ܡܫܡܫܢܝܬܐ ܡܬܒܥܝܐ ܕܬܗܘܐ ܥܐܠܐ ܘܣܥܪܐ ܠܐܝܠܝܢ ܕܟܪ̈ܝܗܝܢ ܀

« Propterea, o episcope, elige tibi operarios justitiæ, adjutores, » qui tecum vitæ allaborent, quos dignos probaveris ex universo » populo. Elige et constitue diaconos, viros idoneos gerendis multis » iis negotiis, quæ gerenda sunt. Mulierem autem (elige) ad minis- » terium mulierum. Sunt enim domus, ad quas non possis diaconum » mittere ad mulieres, propter infideles; Diaconissas igitur eo mittes, » præsertim etiam quia res aliæ multæ mulierem Diaconissam requi- » runt. Primo, quando mulieres in aquas (baptismi) descendunt, » requiritur Diaconissa, a qua ungantur oleo unctionis illæ, quæ » descendunt in aquas. Et ubi non occurrit mulier, et præsertim » Diaconissa, necesse est eum, qui baptizat, ungere baptizandam; » ubi autem adest mulier, et præsertim Diaconissa, non oportet » feminas aspici ab hominibus, sed in impositione manus ungat » (baptizans) solummodo caput earum. Sicut olim ungebantur sacer- » dotes, et reges in Israël, sic etiam tu eodem modo in impositione » manus ungas caput eorum, qui accipiunt baptismum, sive sint » viri, sive feminæ. Et postea, sive tu ipse baptizes, sive diaconos » aut presbyteros baptizare jubeas, mulier Diaconissa, ut supra » diximus, ungat mulieres; vir autem super eas recitet verba invo- » cationis divinæ (dum manent) in aquis; et quando egressa est ex » aquis, illa, quæ baptizatur, suscipiat eam Diaconissa et edoceat et » instituat, ut signaculum infragile baptismi servetur in puritate et » sanctitate.... Adhuc tibi necessarium est Diaconissæ ministerium » ad res alias; pro domibus enim infidelium, in quibus habitant » mulieres fideles, requiritur Diaconissa, quæ ingrediatur et visitet » infirmas. » Vid. *Didascaliam apostolorum* Syriace editam Lipsiæ 1854, p. 70; et *Constitut. Apostol.* l. 3. c. 15 et 16, cum notis Cotelerii ap. Migne *Patrol. græc.* t. I. coll. 794 sqq.

—

Digitized by Google

## XIX. *Ministerium altaris Diaconissis interdictum.*

Annot. XIX ad pag. 89.

—

ım ab antiquissimo tempore canones prohibuisse, ne Diaconissæ ıltare ministrarent, probatur ex Constitutionibus, quæ in Oriente nomine Apostolorum circumferuntur.

ܡܫܡܫܢܝܬܐ ܠܐ ܡܒܪܟܐ . ܐܠܐ ܐܦܠܐ ܡܕܡ ܡܢ ܗܠܝܢ ܕܥܒܕܝܢ ܩܫܝܫܐ
ܘܡ̈ܫܡܫܢܐ ܡܫܡܠܝܐ . ܐܠܐ ܐܢ ܢܛܪܐ ܬܪ̈ܥܐ : ܘܡܫܡܫܐ ܠܩܫܝܫܐ
ܕܡܥܡܕܝܢ ܢܫܐ : ܡܛܠ ܗܘ ܕܫܦܝܪ ܦܐܐ ܀

Diaconissa non benedicit, sed nec quidquam ex iis, quæ faciunt resbyteri, aut diaconi, facit; nisi quod custodit portas, et minisrat presbyteris, quando baptizant feminas, quia hoc valde decet.» . Lagardii *Reliquias Syriacas* p. 24; Ebed-Jesu *Epitom. Can. Apost.* 185, *Constitution. Apost.* lib. 8. cap. 28.

Jbi tamen presbyter aut diaconus non aderat, Diaconissis permitatur apud Monophysitas, quædam agere circa ministerium Euchaiæ, ut colligi potest ex Joanne Telensi, et Jacobo Edesseno. Has em exceptiones reprobarunt Maronitæ in Synodo Libanensi his bis : « ad altare tamen accedere, aut communionem monialibus ɔræbere, etiam in absentia presbyteri, aut diaconi, nullatenus diaconissæ) permittuntur. » Ap. Al. Assemanum *Cod. Liturg.* t. X. 126.

—

## ‹. *Quid possint facere Diaconissæ in Ordine generali Liturgiæ.*

Annot. XX ad pag. 89.

—

Hic animadvertendum est, Syros suam Liturgiam in duas partes æcipuas dividere : *Ordinem generalem* et *Anaphoram*. *Ordo genelis* ea omnia complectitur, quæ ab initio usque ad *orationem pacis* citantur. Sicut plures *Anaphoras* habent Syri, sic pluribus *Ordini*ıs *generalibus* utuntur. In *Ordine generali*, quem secundo loco in ıis Liturgiis Syriacis posuit Renaudotius, postquam sacerdos obla-

Digitized by Google

tam in disco disposuit, et aquam in calice cum vino miscuit, incipit *Ordinem pœnitentiæ*, in quo elicitur actus contritionis, petitur venia peccatorum, thusque adoletur. Ad has cæremonias attenderit Joannes Telensis, statueritque posse quidem Diaconissam incensum ponere, orationemque contritionis submissa voce recitare, non autem proferre illam orationem, quæ alta voce a sacerdote dicitur, dum thus adoletur. Declarat etiam Telensis Diaconissam posse cum permissione episcopi infundere vinum et aquam in calicem, quæ cæremonia fit statim ab initio missæ apud Monophysitas.

---

## XXI. *De Jacobo Edesseno, ejusque Resolutionibus canonicis.*

Annot. XXI ad pag. 99.

---

Magna viget controversia de Jacobi Edesseni fide. Alii eum inter Catholicos, imo quidam inter sanctos, alii vero eumdem inter Monophysitas annumerant. Antequam difficilem hanc quæstionem solvere aggrediamur. Jacobi Edesseni ortum et gesta ex Bar-Hebræi Chronico accipe :

« Circa eadem tempora claruit Jacobus, *Edessenus* nuncupatus, » quoniam postea eidem urbi præfectus est ab isto Athanasio Pa- » triarcha. Natus est religiosissimus Jacobus Indabæ, in castello » regionis Gumiæ in agro Antiocheno; et in monasterio Aphtonii, » quod Kenserinense dicitur, græcam linguam et sacrorum librorum » lectionem perfecte didicit. Inde Alexandriam profectus, ibique » eruditus, in Syriam post liminio revertitur. Tandem Edessam » delatus, illius Ecclesiæ Episcopus creatus est. Eam tamen sedem, » improborum quorumdam clericorum factione exagitatus, quum » eorum insolentiam ferre non posset, sponte reliquit. Sed et cum » Patriarcha Mar Juliano cœterisque episcopis pro ecclesiasticorum » canonum observantia acriter pugnavit. Quum autem nemo ei aures » præberet, sed omnes, ut res tempori accommodaret, eum adhorta- » rentur, sacrorum canonum collectos codices ante monasterii val- » vas, ubi Patriarcha morabatur, concremavit, alta voce proclamans : » Canones a vobis conculcatos atque minime custoditos, quasi » supervacaneos et inutiles flammis devoveo. Indeque simul ad » monasterium Mar Jacobi de Chisuma se proripiens, ibidem mansit.

Digitized by Google

» Ejus in locum Edessæ consecratus est Episcopus Habibus senex, » vir mitis, ingenioque aperto et candido, et ob morum suavitatem, » comitatemque gratissimus. Jacobum vero monachi Eusebonæ ad se » arcessivere, apud quos per undecim annos psalmos et scripturarum græcam lectionem docuit, græcumque sermonem fere jam » exoletum restituit. Quam ob causam a Fratribus in Græcos pes» sime animatis vexatus, ad magnum cœnobium Telædæ migravit, » ibique novennio commoratus, Veteris Testamenti libros emendavit. » Interea Habibus mortuus est. Quamobrem Edesseni Patriarcham » adière, eique supplicarunt, ut Jacobum ad suam Ecclesiam redire » pro potestate juberet. Paruit Jacobus. Sed post quatuor a recepta » sede menses in Occidentem profectus, ut libros et discipulos suos » ad suam ecclesiam asportaret, quum ad monasterium pervenisset, » librosque suos præmisisset, vita functus est, anno Græcorum » millesimo decimo nono, die quinta junii (ap. Assemanum, *Biblioth.* » *Orient.* t. II. p. 336). »

Ex hoc Bar-Hebræi testimonio colligitur Jos. Sim. Assemanum errravisse (*Bibl. Orient.* t. I. p. 468), quando asseruit, Jacobum anno græcorum 962 (Christi 651) episcopum Edessæ creatum fuisse. Jacobus enim unctionem episcopalem ab Athanasio Baladensi Patriarcha accepit. Ille autem Athanasius, tribus tantum annis, nempe ab anno Græcorum 995 (Christi 684) ad annum 998 (Christi 687), sedem occupavit, quo anno e vita migravit. Ordinatus igitur fuerit Jacobus intra annos Christi 684-687, non autem anno 651. Quæ diximus, confirmantur ex Chronico Edesseno ubi hæc leguntur : « Anno Græ» corum 998 (Christi 687), obiit Maavias Arabum rex, cui subrogatus » Jazides regnavit annos tres cum dimidio. Edessæ autem pro Cy» riaco factus est Mar Jacobus. » Igitur ordinatus fuerit Jacobus, juxta chronicon Edessenum, circa annum Christi 687 et, ut putaverim, ipso hoc anno.

Nunc ad quæstionem valde exagitatam de Jacobi Edesseni recta fide veniamus. Alii orthodoxum, quinimo et sanctum, eum pronuntiant; alii vero eum Jacobitarum seu Monophysitarum sectæ doctorem affirmant. Utriusque opinionis argumenta paucis exponam : et quid sentiendum sit, stabilire conabor.

« Ut in nomine, ait Assemanus, ita in re, circa Jacobum, multi » decepti sunt. Andreas Masius, *præf. in Barceph.*; et ex eo Hottin» gerus in *Biblioth. Orient.*, affirmant eum sancti Ephremi præcep» torem fuisse, atque Nisibis episcopum. Idem de Jacobo scribit » Britius, in *Epitome Annalium Ecclesiasticorum Baronii* p. 75, et

» quem *Orrhoïtam* latine dixerat, eum سروجى *Sarugensem* arabice » vertit : quasi unus idemque sit Nisibenus, Sarugensis, et Edessenus. Naironus, in Chronologico auctorum indice *Evopliæ* suæ præ- » misso, eum a Nisibeno, non tamen a Sarugensi, distinguit, dum » asserit, hymnos ejus in breviariis occurrere. Naironum transcribit, » ut solet, Guillelm. Cave, in *Hist. litt.* t. II. p. 110. »

Ita Jos. Sim. Assemanus, in *Bibliotheca Orientali* t. I. p. 470. Ibidem clarissimus hic auctor multis vindicare, et stabilire conatur rectam Edesseni fidem (a pag. 468-494). Postea tamen, in tomo secundo ejusdem operis pag. 336, ita se correxit : « Quod de Ortho- » doxa ejusdem (Edesseni) fide ex Edenensi, et Naironо a p. 470. » affirmavi, res ab eo sub Jacobitis Patriarchis in locis et cœnobiis » monophysitico errore infectis gestæ, et perpetua ejusdem cum » gente Jacobitarum ad mortem usque communio, (si quidem vera » sunt quæ ex Bar-Hebræo recitavi) contrarium suadere videntur. » Stephanus Edenensis, in *Exposit. Missæ Syr.* candelabro 7, tract. 3. c. 2. Jacobum Edessenum, cum insigni probitatis et doctrinæ laude, inter catholicos Anaphorarum auctores reponit. P. Benedictus, qui Jacobi Edesseni Commentaria Commentariis S. Ephræmi immiscuit, sanctum eum ubique nominat.

E contra Renaudotius, *Liturg. Orient.* t. II. p. 380, Jacobum Edessenum erroris Monophysitarum arguit; Renaudotii argumenta corroboravit Steph. Evod. Assemanus, in *Catalogo Biblioth. Laur. Medic.* p. 108; cui sententiæ etiam nos subscribimus.

Age vero nostræ sententiæ argumenta proferamus, et opinionis oppositæ difficultatibus respondeamus.

Jacobum Edessenum *Monophysitam fuisse, patet tum ex ejus gestis, tum ex ejus scriptis.*

1. *Ex ejus gestis* : pauca ex rebus a Jacobo gestis cognovimus, ea solum innotuerunt, quæ Bar-Hebræus in chronico retulit, et a nobis superius recitata sunt. Ex his autem manifestum est, Jacobum Edessenum Monophysitarum hæresi laborasse Scientias enim theologicas Alexandriæ, ubi Monophysismus vigebat, didicit, episcopus Edessæ a patriarcha Jacobitarum creatus est, et in continuo cum Jacobitis commercio usque ad finem vitæ permansit. Hinc fateri cogitur doctissimus Jos. Sim. Assemanus, necessario esse delenda, quæ pro vindicanda Jacobi fide attulerat, si hæc Bar-Hebræi relatio vera sit. Relationem vero Bar-Hebræi, scriptoris diligentissimi, falsi arguere difficile videtur, cum ex una parte non adsint testimonia opposita, et ex altera parte hæc relatio cum scriptis Jacobi plane conveniat, ut statim ostendemus.

Digitized by Google

ponit quidem Jos. Sim. Assemanus, exinde colligi, Jacobum rectam sse fidem, quia Heraclius imperator episcopum Orthodoxum, resecta Jacobitica, Edessæ restituerat. Sed hæc observatio manca Nam Heraclius hæc egit anno 628, Jacobus autem episcopus us est circa annum 685, cum Heraclius non superesset amplius, eque perturbationes in rebus Edessenis accidissent, mortuusque episcopus ab Heraclio constitutus, et duo alii episcopi jam in loco successissent.

*Ex ejus scriptis :* asserit quidem Jos. Sim. Assemanus, se in oms Jacobi scriptis, quæ legere potuit, errorem Monophysitarum deprehendisse, e contra Jacobum, ubi de Christo disserit, veram divinitatem, et humanitatem confiteri, Verbumque carne, non te, passum tradere. Sed nihil mirum si hæreticus passim sibi radixerit; quod autem doctissimus Assemanus labem Monophyi in scriptis Jacobi non repererit, hoc inde provenit, quod omnia oi scripta, ad manum non habuit; nec legit *quæstiones canonicas*, acobus Chalcedonenses rejicit, nec *sermonem adversus Armenos*, luas *Christi naturas negat* his verbis :

[illegible]

[illegible]

[illegible]



Digitized by Google

ܐܢܫ ܕܡܐܬ ܡܟܝܠ ܕܒܚܝܢ ܚܠܦܘܗܝ ܕ̈ܒܚܐ ܘܒܗܕܐ ܝܬܝܪܐܝܬ ܡܪ̈ܓܙܝܢ
ܠܐܠܗܐ ܡܛܠ ܕܠܐ ܫܠܝܛ ܠܗ ܠܡܗܝܡܢܐ ܡܢ ܐܠܗܐ ܕܢܟܘܣ ܢܟܣܬܐ
ܥܠ ܡܝܬܐ ܒܝܘܡ ܡܘܬܗ ܐܘ ܢܐܟܘܠ ܒܣܪܐ ܒܝܘܡ ܕܘܟܪܢܗ . ܡܛܠ
ܕܢܡܘܣܐ ܚܢܦܝܐ ܐܝܬܘܗܝ ܘܢܘܟܪܝܐ ܗܘ ܠܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ✣

« *Ex sermone Mar* Jacobi Edesseni : Qui hodie in azymo sacrificium
» Missæ peragit, Patrem sane abnegat, qui filium suum pro nobis
» obtulit in holocaustum.

» *Ejusdem sermo adversus Armenos :* Armenorum populi ab initio
» mundi sine lege vixerunt : neque ex illis doctores, aut monachus,
» aut vir scientiæ exiere. Extranei idcirco doctores in eos potestatem
» exercuerunt, eosque a vera fide separarunt. Isti doctores fuere
» Judæi et Aggæi. Et Judæis idcirco adhærent, quia offerunt agnum
» cum azymo et vino, salque benedicunt, et contaminatas declarant
» creaturas Dei, et in hoc mali sunt præ Judæis, qui spreverunt
» Deum : velut ac si Filius aliquid contaminatum declarasset, quando
» dixit : non quod intrat in os coinquinat hominem. Chalcedonensi-
» bus autem consentiunt *in eo, quod duas naturas invocant et con-*
» *fitentur*. Cum Nestorianis consentiunt in eo, quod in omni manu
» faciunt ex dextra sinistram. Arabis autem assentiunt in eo, quod
» circumcidunt se et faciunt tres genuflexiones ad dexteram, quando
» offerunt greges, et alia hujusmodi mala, quæ faciunt. Gentibus
» autem consentiunt in eo, quod omnino, quando quis moritur,
» offerunt pro eo victimas, et in hoc potissimum ad iram Deum pro-
» vocant, quia non permissum est fideli a Deo, ut immolaret victi-
» mam pro mortuo in die mortis, aut manducaret carnem in die
» commemorationis ejus; quia hæc est ethnica lex, et aliena ab
» ecclesia sancta. »

His verbis relatis recte addit Stephanus Ev. Assemanus : « Quamvis
» nonnulli doctissimi rerum orientalium scriptores hunc Jacobum
» Orthodoxæ fidei professorem fuisse censeant, ex genuino tamen
» ejus sermone adversus Armenos, *quos arguit ut supra annotatum*
» *est, quod duas in Christo naturas juxta definitionem concilii Chal-*
» *cedonensis profiteantur, liquet eumdem Monophysiticæ seu Jacobiticæ*
» *sectæ fuisse addictum.* » Vid. Steph. Ev. Assemani *Catalog. Biblioth.*
*Medic. Laur.* p. L. Florentiæ 1752.

Eadem sententia probatur ex Resolutionibus canonicis Jacobi Edes-
seni, quas supra edidimus. Sic enim ait *Resol.* 61.

ܐܢ ܙܕܩ ܕܢܬܠ ܡܗܝܡܢܐ ܐܘ ܕܝܪܝܐ ܐܪ̈ܬܕܘܟܣܐ ܥܡ ܥܡܐ ܕܐܪ̈ܡܢܝܐ

ܟܠܩܕܘܢܝܐ܇ ܒܡܨܥܬ ܕܥܠܡܝܐ ܟܕ ܠܐ ܡܙܡܪܝܢ. ܐܘ ܕܢܫܒܘܩ ܫܠܝܛ ܠܩܠܝܪܝܩܐ
ܟܠܩܕܘܢܝܐ ܕܢܐܙܠܘܢ ܥܡܢ ܟܕ ܠܐ ܡܙܡܪܝܢ܀
ܝܥܩܘܒ: ܗܠܝܢ ܐܝܟ ܗܠܝܢ ܕܡܢ ܚܘܒܐ ܐܢܫܝܐ܇ ܘܠܐ ܡܕ
ܡܚܒܠ. ܐܠܐ ܟܕܐ ܙܒܢܝܢ ܐܦ ܡܘܬܪܝܢ܀

n fas est, clericum, aut monachum Orthodoxum, ire cum comi-
ı *hæreticorum Chalcedonensium* inter sæculares, modo non
llat; aut (an licet) nobis assentire clericis Chalcedonensibus, ut
t nobiscum, modo non psallant?

ACOBUS : Sunt hæc φιλανθρωπιας opera, nec ullo modo nocent,
e contra quandoque prosunt. »

rius adhuc mentem suam prodit Edessenus *Resol.* 64 :

ܐܢ ܙܕܩ ܠܩܠܝܪܝܩܐ ܐܘܪܬܕܘܟܣܐ܇ ܕܟܕ ܡܬܗܦܟ ܠܘܬ ܟܠܩܕ
ܘܡܬܒܥܝܢ ܠܗ ܕܢܬܠ ܠܗܘܢ ܡܢ ܩܘܪܒܢܐ ܕܡܚܣܢܝܢ ܕܠܟܗܢ ܕܝܠ
ܘܩܠܝܪܝܩܐ ܠܝܬ ܠܗܘܢ܇ ܕܢܣܒ ܘܢܬܠ ܠܗܘܢ܇ ܟܕ ܥܡܗܘܢ ܠܐ ܡܫܬ
ܘܠܡܕܒܚܐ ܕܝܠܗܘܢ ܠܐ ܩܪܒ܀
ܝܥܩܘܒ: ܠܐ ܙܕܩ ܕܢܗܘܐ ܡܕܡ ܕܐܝܟ ܗܢܐ ܟܠ ܟܠܗ. ܐܝܢܐ
ܕܡܬܡܪܚ ܠܡܥܒܕ ܗܕܐ܇ ܐܝܟ ܡܫܬܘܬܦ ܠܗܪܛܝܩܐ ܢܩܒܠ
ܕܝܢܐ܀

ın fas est clerico Orthodoxo, versanti apud *Chalcedonenses*, qui
eo ex oblatione, quam apud se retinent, sibi dari postulant, et
ricum proprium non habent, oblationem sumere et dare ipsis;
tamen non communicet cum *Chalcedonensibus*, et ad eorum
are non accedat?

ACOBUS : Tale quid fieri omnino non licet; qui autem hoc facere
esumpserit, tanquam communicans cum *hæreticis* puniatur...»

i vides *Chalcedonenses*, hæreticos a Jacobo reputari. Nec dicat
hic agi de secta aliqua hæreticorum, qui Chalcedonenses de-
nati fuerint; nam vox *Chalcedonensis* apud Syros de iis solis
fuit, qui concilio Chalcedonensi adhærebant, duasque in Christo
ras profitebantur, ut testatur Dionysius Bar-Salibæus :

ܟܠܩܝܕܘܢܝ̈ܐ ܠܗܘܢ ܩܪܝܢܢ ܟܠܗܘܢ ܠܐܢܫܐ ܡܘܕܝܢ ܟܝ̈ܢܐ
ܬܪ̈ܝܢ ܕܥܒܕ ܫܘܬܦܘܬܐ ܥܡ ܣܘܢܗܕܘܣ ܕܟܠܩܝܕܘܢ ܡܢ

« *Chalcedonenses* vocantur propter dualitatem, nimirum qu
» profitentur naturas, juxta novam doctrinam Synodi, id est,
» *lii Chalcedonensis.* »

Itaque, nisi probetur testimonia allata esse corrupta et falsa
dum est Jacobum Edessenum *Monophysitam* fuisse. Jam autem
tiones canonicas, quas edidimus, proprium Jacobi Edessen
esse, non autem alius cujusvis scriptoris, statim probabitur
igitur demonstratum, Edessenum labe Monophysismi infectu
Quod confirmatur ex gestis Edesseni supra relatis. Præterea
ab Edesseno conscripta maximo in honore habetur apud Ja
cum tamen, post Concilium Chalcedonense, nullam nova
sciamus, Catholicorum Liturgiam receperint.

Objicit J. Sim. Assemanus : Jacobus Edessenus inter sancti
nitur a Maronitis et Melchitis, Jacobitarum perpetuis hostib
autem, nisi fides Jacobi recta omnino fuisset, a Maronitis ut
non coleretur. Multi siquidem exstant alii celebriores hær
Severus, Xenaias Mabugensis, Dionysius Bar-Salibi, Bar-H
quorum scriptis quandoque utuntur Maronitæ, nec tamen
sanctos colunt. Præterea recentiores Maronitarum scriptor
cipue Stephanus Edenensis, qui res Syriacas perspicue notas
doctrinam Jacobi laudant, ejusque fidem vindicant. In idem
rare videntur scriptores Orthodoxi, qui Jacobi ætate i
floruerunt, et hæreticos sui temporis exagitarunt, ut S.
Damascenus, Georgius Tagritensis, Constantinus et Leo H
Nullus horum Jacobum Edessenum veluti hæreticum trad
nominavit : quorum tamen intererat, eum, si qua hæresi lab
confutare, quum apud Syros et doctrina et dignitate e
Eliam Jacobitam episcopum, virum cæteroquin obscuri ap
sectarios nominis, Damascenus tamen diserto opere conf
censuit. Cur igitur idem sanctissimus Doctor Jacobum E
longe illustriorem tacuisset? Præterea, inter multiplici
Edesseni scripta, nullum invenitur, in quo Monophysismi
propinet, sed e contra, pluries in commentariis suis, Chris
tatem et humanitatem prædicat, atque in Verbo animam,
corpusque confitetur, ac Verbum carne non deitate passu
Ita fere Assemanus.

Respondeo : Si qui Maronitæ Jacobum, ut sanctum venera
provenire ex errore, quo factum est, ut, cujus nomen cum
Sarugensi hic illic confudissent, et cujus scripta non legiss
illa in quibus error Monophysitarum non deprehenditur, fa

Digitized by Google

quam sanctum haberent. Hinc Naironus Jacobi Edesseni sanctim propugnavit, quia Edessenum a Sarugensi non distinxit, sed jos pro una eademque persona habuit. Jos. Sim. Assemanus doctam Edesseni laudavit, tum quia non cognoscebat ejus gesta, tum a ad manum non habuit omnia ejus scripta. Hinc, cognitis ex -Hebræo gestis Edesseni, se ipsum correxit. « Deinde, inquit, uod de orthodoxa ejusdem fide ex Edenensi et Nairono affirmavi, es ab eo sub Jacobitis Patriarchis, in locis et cœnobiis Monophyitico errore infectis, gestæ, et perpetua ejusdem cum gente acobitarum ad mortem usque communio (si quidem vera sint, uæ ex Bar-Hebræo recitavi), contrarium suadere videntur. » id si Assemanus testimonia supra recitata cognovisset? quid si obi *sermonem adversus Armenos*, ejusque *Resolutiones canonicas* isset? Utique cum Steph. Ev. Assemano Jacobum Edessenum hærem pronuntiasset. Nec interest, Jacobum Edessenum alibi de Verbo recte sentire; quid enim mirum, si hæreticus passim sibi contraerit? Nec etiam refert, eum a Joanne Damasceno non fuisse pugnatum. Hoc enim multis ex causis provenire potuit.

Restat breviter dicendum de *authentia* Resolutionum Canonicarum obi Edesseni, quas nunc primum latina versione donatas vulgavis; inquirendum etiam est de tempore, quo fuerint conscriptæ e Resolutiones.

Jacobi Edesseni Resolutiones, sive Responsa de Jure Canonico ad estiones ab Adæo presbytero positas, jam laudavit Renaudotius, in *Liturg. Orient.* t. II. p. 380; et post eum Jos. Sim. Assemanus, in *Bibl.* . t. I. p. 469, nec illarum authentiam aliquis huc usque in dubium avit; quare haud necessarium videtur de iis fusiori calamo agere. Jacobum Edessenum, de Canonibus Ecclesiasticis, multa scripsisse, tantur scriptores Syri. Exstat Syriace in codice Saugermanensi 38, quo Jacobi Edesseni Resolutiones desumptæ sunt, Epistola Anthimi scopi Constantinopolitani ad Jacobum Edessenum, ubi ejus laur zelus erga canones Ecclesiæ. Sed argumentum omnino ineluctibile eruitur ex *Nomocanone* Bar-Hebræi. In hoc libro Bar-Hebræus illas Jacobi Edesseni Resolutiones verbotenus refert, illasque quam regulas observandas præbet. Ordo quidem non servatur, , interrogationibus neglectis, et nomine Jacobi Edesseni ubique æmisso, præcipua responsionis pars refertur. Cum autem omnino ncordent, quæ in lucem edimus, cum iis quæ Bar-Hebræus ex obo Edesseno recitat, utique dicendum est, nos ea ipsa in manu bere, quæ Bar-Hebræus legit, et Jacobi Edesseni esse agnovit.

Digitized by Google

Exstant etiam hæ Resolutiones non tantum in Codice Parisino, sed etiam in Codice Mediceo, ut testatur Renaudotius, loc. supra cit. Præterea, nihil est in his Resolutionibus, quod non plane cum officio, religione, moribus ac ætate Jacobi conveniat. Cum vero in contrarium nihil adduci possit, non est cur in istis argumentis evolvendis diutius immoremur.

De tempore, quo conscriptæ fuerunt Resolutiones canonicæ Jacobi Edesseni, nihil certi habemus. In Codice Parisino ad voces ܠܫܘܐܠܐ ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܐܘܪܗܝ, in margine annotata sunt hæc verba : ܕܗܘܐ ܕܫܢܬ ܨ̈ܨܚ ܕܝ̈ܘܢܝܐ *Qui anno græcorum* 998, supple : *hæc scripsit*. Putaverim, Jacobum Edessenum suas Resolutiones canonicas conscripsisse circa annum græcorum 998. Qui annus, juxta computum J. S. Assemani, respondet anno æræ vulgaris seu Christi nati 687. Hic animadvertendum est, Scriptores Syros rationem tempora supputandi, non ut Latini a nativitate Christi Domini sumere, sed ab epocha, quam Syriace vocant ܡܢܝܢܐ ܕܝ̈ܘܢܝܐ, *computus Græcorum*, quæ epocha, secundum plerosque, ab anno post Alexandri excessum duodecimo, quando Seleucus in Syriam universam solus regnavit, exordium ducit. Juxta hanc rationem tempora supputandi Christus natus fuerit anno Græcorum 309 secundum Jacobum Edessenum; vel anno 311 secundum Assemanum et alios.

---

## XXII. *De Templis Syrorum, et præsertim de Sanctuario.*

Annot. XXII ad pag. 101.

---

Sicut olim tres præcipue distinguebantur populi Christiani classes, videlicet *Perficientes*, seu Episcopi et ministri sacra peragentes, *Perfectionem acquirentes*, seu fideles mysteriis sanctis communicantes, et *Pœnitentes*, seu omnes illi, qui peccatis expiandis occupati, pro tempore a sacris arcebantur; ita sacræ ædes in tres partes dividebantur, et suam unaquæque classis partem determinatam occupabat; ut, personarum ordine servato, suus etiam rei ecclesiasticæ ordo et dignitas servaretur. Pœnitentibus *Narthex*, fidelibus *Navis*, sacerdotibus et ministris *Sanctuarium* concedebantur. Sanctuarium a Syris ܒܝܬ ܩܘܕܫܐ *domus sanctitatis* appellatur; illud sic de-

Digitized by Google

ait SUICERUS in *Thesauro Ecclesiastico* : « Locus sacer ac venerandus tabulato inclusus, viris sæcularibus raro, mulieribus nunquam penetrabilis. » Sanctuarium a Navi separabatur per *Cancellos* (ܩܢܟܠܐ), quorum duobus portis patentibus, ascendebatur per gradus in sanctuarium. Cancellis appendebantur vela, quæ, statutis temporibus, omnem interius aspectum prohibebant. Quamdiu vetus ecclesiæ disciplina viguit, hæc sacrarum ædium forma servata est. Et quamvis hodie, injuria temporum et calamitatum multarum, res christiana in Oriente valde sit immutata, Syri tamen pristinam sanctuarii dispositionem paulisper licet immutatam retinent. Vid. L. ALLATIUM *De Narthece*, et de *Recentiorum græcorum Templis;* ABRAHAM. ECCHELLENS. *Epistol. ad. J. Morinum*, in *Ecclesiæ Orientalis antiquitatibus* p. 481. In medio sanctuarii erectum stabat Altare majus, quod ita dispositum erat, ut undequaque circuiri posset. In parte boreali aliud inveniebatur Altare, quod græci *Prothesin* vocant. Inter Prothesin et Altare majus, parvus exsurgebat murus, in quo appendebantur vas cum Eucharistia et reliquiæ sanctorum.

Apud populos Orientales, ab antiquissimis temporibus ad nostram usque ætatem, religiosa viguit consuetudo, ut laïcis vel mulieribus aditus in sanctuarium nunquam permitteretur. Hæc tamen universalis regula quasdam passa est exceptiones, quæ, pro varietate temporum et regionum, nunc pauciores nunc frequentiores vel ampliores fuerunt.

Et primo quidem licebat diaconissæ ingredi in sanctuarium, illud verrere, candelas ibidem et lampades accendere et alia quædam peragere, hasque functiones in casu infirmitatis alteri moniali demandare. Hæc tamen omnia nonnisi presbytero et diacono absentibus fieri poterant. Vid. JOANNIS TELÆ *Resol.* 40 et 41, et JACOBI EDESSENI *Resol.* 24.

Aliis mulieribus olim etiam aditum sanctuarii patuisse, notat BALSAMON ad *can.* 2. *Dionysii Alexandrini.* Sed Concilium Laodicenum can. 44 statuit : *Non oportere mulieres altare ingredi.* Quam prohibitionem renovavit Synodus Trullana, eamque confirmavit JACOBUS EDESSENUS *Resol.* 1.

Secundo, viris sæcularibus pariter prohibitus erat ingressus in sanctuarium. Permittit tamen THEODOSIUS patriarcha, ut « *in ecclesiis » et monasteriis, in quibus non sunt sacerdotes possit presbyter per- » mittere fratri, ut ad altare ingrediatur, et ibi lumina incendat.* » Ex JACOBO EDESSENO licet « *sæculari artifici ingredi ad altare, ut » constituat in eo ligna, aut paradiscos, verum id jussu sacerdotis.* »

Digitized by Google

Ex eodem auctore *Resol.* 2, potest sacerdos, ubi necesse est, licentiam dare puero, ut sanctuarium ingrediatur. Postremo de regibus hæc legimus in *canonibus Apostolorum* can. 25 :

ܣܡܘ ܗܘܘ ܬܘܒ ܫܠܝܚܐ ܕܡܠܟܐ ܐܝܠܝܢ ܕܥܬܝܕܝܢ ܕܢܗܝܡܢܘܢ
ܒܡܫܝܚܐ . ܗܘܐ ܫܠܝܛܝܢ ܠܗܘܢ ܕܢܣܩܘܢ ܘܢܩܘܡܘܢ ܩܕܡ ܡܕܒܚܐ ܥܡ
ܡܕܒܪܢܐ ܕܥܕܬܐ

« Constituerunt rursus Apostoli, ut regibus, qui credituri sunt in » Christum, potestas sit ascendendi et standi coram altari una cum » rectore ecclesiæ. » Hanc exceptionem consuetudine firmatam pro imperatoribus admisit Synodus Trullana can. 69. S. Ambrosius contra eam rejecit. Vid. auctores supra citatos, et insuper Bar Hebræi *Nomocan.* cap. I. sect. 6, Ebed-Jesu *Epitome Canon. apost* p. 171, Martene *De antiquis ecclesiæ ritibus* lib. I. p. 336-339.

---

## XXIII. *De asservatione Eucharistiæ.* Annot. XXIII ad pag. 101.

---

Docet Concilium Tridentinum (Sess. XIII. cap. VI) : « *Consuetu» dinem asservandi in sacrario Eucharistiam, adeo antiquam esse » ut eam etiam sæculum Concilii Nicæni agnoverit.* » Consuetudinem hanc ab antiquissimis temporibus servarunt Syri, tum Orthodoxi tum Hæretici. Hæc assertio negari nequit, indiget tamen aliqua explicatione.

Syros Eucharistiam extra Liturgiam asservasse, patet ex iis, quæ supra de Communione infirmorum diximus ; ex quibus apparet, Syros Eucharistiam pro infirmis asservasse, non tantum sub specie panis sed quandoque etiam sub specie vini ; ut docet Edessenus « Nequam » quam licet remanere calicem in crastinum, ne forte mutetur, et » reus fiat, qui ipsum reliquit. *Relinquitur autem calix aut propter » aliquos infirmos angustia pressos, quos viaticum sumere oportet » antequam decedant : aut propter jejunantes*, qui ad profundam » usque vesperam jejunant : præter hos autem casus calicem servare » in crastinum nefas est.» Consuetudo asservandæ Eucharistiæ etiam declaratur in Resolutione 3 Jacobi Edesseni, in qua quæritur : « An » licet sæculari, aut mulieri manibus suis oblationem ex capsula

ob vasis difficultatem et profunditatem, quando non adest sacerdos, qui porrigat eis? » Ubi vides sermonem fieri non de commuione, quæ fit durante liturgia, in qua sacerdos numquam deest, sed e communione, quæ fit extra liturgiam, in quo casu sacerdos defiere potest. Eadem disciplina eruitur ex variis canonibus, quos refert ar-Hebræus in *Nomoc.* cap. IV. sect. 2-8. Sufficiat hunc canonem eferre : « *Altare, in quo mansit oblatio, sine lumine non relinquatur per totam noctem.* » Lumen autem coram Eucharistia in altari servata ideo requirebatur, quia credebant Monophysitæ, *in hostiis eu particulis consecratis, quæ post communionem reservantur, vel upersunt, remanere verum corpus Domini*, quæ est ipsa fides cathoica a Concilio Tridentino denuo definita.

Animadvertendum autem est Syros maximam adhibuisse curam, e asservatio Eucharistiæ vergeret in detrimentum admirabilis hujus acramenti. Ideo prohibet Edessenus (*Resol.* 9) ne Eucharistia incluatur in phylacteriis, aut ponatur in lectis, aut in parietibus domoom, aut in hortis, aut tandem in vineis. Ideo etiam in *Responsis anonicis* quæritur : « an particula reperta (in altari durante liturgia), postquam sacerdos aquam biberit, ab eo possit absumi? » egatur et statuitur : « Ut alicui sacerdoti vel diacono, qui communionem perceperit, nec aquam postea biberit, præbeatur; aut laïco, si nullus alius jejunus reperiatur. Si nullus omnino, sacerdos ponet particulam a se repertam in disco, quem velis suis operiet, accendetque circa illum cereos duos : et lampadem ad Orientem : ipseque sacerdos custodiam illius corporis assumet, usque in sequentem diem, quo, cum celebrabitur liturgia, ipse illud percipiet jejunus, nullo fungens ad altare ministerio. Quod si nequeat vacare ipse solus custodiæ corporis sancti, ob præcedentem vigiliam noctis, quæ liturgiam antecessit, adjungere sibi permittitur sacerdotem aliquem vel diaconum (Ap. Renaudotium, *Liturg. Orient. collect.* t. I. p. 273). » Hæc autem præcipiuntur de ucharistia, quæ in altari remanet, non autem de particulis, quæ in heca in pariete altaris pro infirmis asservabantur.

Hucusque de Monophysitis diximus. Ad Nestorianos quod attinet, orum Doctores inter se discrepant, ut docet Josue Bar-Nun :

ܫܘܐܠܐ : ܐܝܟ ܕܠܘܬܢ ܦܐܪܐ ܩܘܪܒܢܐ ܕܡܬܩܕܫܐ ܐܘ ܠܐ . ܦܘܢܝܐ : ܫܪܟܐ ܕܝ-
ܘܡܬܟܦܪܐ ܠܐ ܡܬܩܕܫܝܢ ܠܥܘܕܪܐ ܗܘ . ܘܡܬܝܗܒܝܢ ܐܡܬܝ ܕܐܝܬ ܠܒܪܐ ܐܢܫ ܠܘܬ
ܠܟܠܗܘܢ ܡܩܕܫܝܢ ܀

« Quæstio : An fas est, remanere in crastinum sacrum Christi cor-
» pus nec-ne? Solutio. Plerique Doctores id nullatenus probant.
» Aliqui tamen permittunt, ut, quum necessitas postulat, ad ter-
» usque dies servetur. » Attamen Doctores, qui Eucharistiam servari
nolunt, exceptionem pro vinctis et infirmis faciunt. Sic Joannes bar
Abgarus, de *Altari et Eucharistia*, can. 19 :

ܫܦܪ ܠܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܘܦܩܕ ܕܠܐ ܢܫܠܛ ܐܢܫ ܡܢ ܡܫܡܫܢܐ
ܕܐܪ̈ܙܐ ܕܡܕܒܚܐ ܕܢܦܩ ܠܩܘܕܫܐ ܠܒܪ ܡܢ ܥܕܬܐ ܐܠܐ ܠܐܣܝܪܐ ܐܘ ܠܟܪ̈ܝܗܐ
ܕܩܫܝܢ ܟܘܪ̈ܗܢܝܗܘܢ ܀

« Placuit Spiritui sancto et præcepit, ne liceat cuiquam ministran-
» tium mysteria altaris, consecratum panem extra ecclesiam deferre,
» nisi ad vinctum, aut ægrotos gravi morbo laborantes. » Vid. Asse-
mani *Biblioth. Orient.* t. III. p. 1. p. 244-246.

---

## XXIV. *De Jejunio apud Syros.* Annot. XXIV ad pag. 18

---

Hoc loco quædam dicenda sunt de jejuniis, quæ a Syris observa-
bantur. Syri præter jejunium feriarum quartæ et sextæ, in quibus
saltem abstinentia a carnibus jubebatur, quinque jejunia solemnia
per annum observabant. 1° *Jejunium magnum quadragesimæ*, quod
alio nomine *Jejunium Salvatoris*, utpote ad imitationem jejunii Sal-
vatoris nostri institutum, vocabant. 2° *Jejunium Apostolorum.* 3° *Jeju-
nium migrationis Beatæ Mariæ Virginis.* 4° *Jejunium Nativitatis
Domini.* 5° *Jejunium Ninivitarum.* Habebant præterea Nestoriani
*Jejunium Eliæ*, et *Jejunium Virginum.* Ostendit autem Ebed-Jesu,
Jejunia Apostolorum, Eliæ et Nativitatis Domini liberæ Nestorianorum
voluntati fuisse permissa. Idem de Jejunio Apostolorum apud Mono-
physitas testatur Bar-Hebræus.

Sicut a vespere præcedentis diei suas Dominicas Solemnitates, sic
ita etiam jejunia Syri computabant. Hinc Joannes Isæ filius Patriar-
cha Nestorianorum hunc canonem tulit : « Placuit Spiritui sancto et
» præcepit per manus sanctorum Patrum, non licere christianis in
» die feriæ sextæ comedere carnem omnino, neque ante sacram
» liturgiam, neque post sumptionem Sacramentorum, antequam sol

Digitized by Google

idat, parsque nocturna sabbati incipiat. » Idem Bar-Hebræus : quarta et sexta fideli non licet ante solis occasum vetitis cibis lui. » Quibus verbis Bar-Hebræus indicat præceptum jejunii occasum solis non fuisse productum.

:cipuum autem jejunium Syrorum, sicut et cunctarum nationum ianarum, erat jejunium quadragesimale. Incipiebat autem apud ›hysitas, ut docet Bar-Hebræus, « a feria proximiore Synodo, : habetur inter diem secundam februarii et octavam martii, abat autem dies 48, et terminabatur ad diem resurrectionis uini. » Diebus autem sabbati et dominicis, solvebatur jejunium ophysitis et Orthodoxis, non autem a Nestorianis. Attamen ex canonibus, quos affert Ebed-Jesu, manifestum fit, Nestorianos : re a majoribus suis recessisse.

aliis jejuniis hæc profert Bar-Hebræus : « Jejunium Apostolorum ria secunda post Pentecosten, usque ad diem 29 junii, id est, um Principum Apostolorum, observamus. Nonnulli autem a a secunda sequenti observant, cum sabbatum, quod subsequi-, ad instar illius in albis reputent. Orientales vero a feria unda post Pentecosten usque ad complementum 50 dierum ervant; festum Apostolorum, quod in medio est transigentes in inio.... Jejunium Deiparæ a die prima augusti, usque ad imam quintam diem ejusdem colimus... Jejunium Nativitatis etæ a die decima quinta novembris per 40 dies observant, et ulares in Occidente, a die decima decembris, id est, duabus domadis; et in Oriente a die prima decembris observant. Jejum Ninivitarum a feria secunda, quæ tribus hebdomadis præcemagnum jejunium, usque ad matutinum feriæ quintæ ejusdem domadæ observamus, id est tribus diebus perfectis, et aliqui jue ad matutinum sabbati. »

o autem tempore quadragesimæ, jejunantibus nec caro, neque ;, neque vinum, neque lac permittebantur, ut statuunt sequentes es.

ܩܘܪܝܩܘܣ ܦܛܪܝܪܟܐ. ܟܠ ܡܗܝܡܢܐ ܐܘ ܡܗܝܡܢܬܐ ܕܠܐ ܢܛܪ ܨܘܡܐ ܕܐܪ
ܢܬܦܪܫ ܡܢ ܥܕܬܐ. ܘܗܟܢܐ ܟܠ ܕܫܬܐ ܚܡܪܐ ܐܘ ܐܝܢܐ ܕܡܫܟܪܐ ܡ
ܥܣܪܝܢ ܫܢܝܢ ܡܫܠܡܐ܀

*riaci Patriarchæ.* « Si quis utriusque sexus fidelis jejunium quaigesimale haud observaverit, ab Ecclesia segregetur. Similiter quicumque vinum aut quodlibet vini genus biberit, supra vigeıum ætatis annum constitutus. »

Digitized by Google

ܐܢ̈ܫܝܢ ܦܓܪ̈ܐ. ܐܟܠܝܢ ܕܐܟܠܝܢ ܒܣܪܐ ܒܥܪܘܒܬܐ ܐܘ ܒܐܪܒܥܐ ܒܫܒܐ
ܘܫܬܝܢ ܚܡܪܐ ܒܨܘܡܐ ܪܒܐ. ܢܬܟܠܘܢ ܀

*Joannis Patriarchæ* : « Qui feria sexta aut quarta carnem come-
» dunt, aut vinum in jejunio magno bibunt, interdicantur. »

Gregorius Bar-Hebræus distinctius loquitur :

ܒܝ̈ܥܐ ܐܘ ܚܠܒܐ ܘܓܒܬܐ ܠܐ ܡܬܐܟܠܝܢ ܒܐܪܒܥܐ ܒܫܒܐ ܘܒܥܪܘܒܬܐ. ܡܢ
ܚܡܪܐ ܕܝܢ ܘܢܘ̈ܢܐ ܒܨܘܡܐ ܪܒܐ ܒܠܚܘܕ ܡܬܟܠܝܢ ܡܗܝ̈ܡܢܐ. ܝ̈ܚܝܕܝܐ ܕܝܢ
ܐܦ ܡܢ ܡܫܚܐ ܡܬܟܠܝܢ. ܘܒܝܘ̈ܡܬܐ ܦܫܝ̈ܛܬܐ ܕܨܘܡܐ ܪܒܐ ܠܐ ܫܠܝܛ
ܠܡܫܝܚܝܐ ܕܢܫܪܐ ܨܘܡܐ ܡܢ ܩܕܡ ܬܫܥ ܫ̈ܥܝܢ : ܘܒܫ̈ܒܬܐ ܕܝܢ
ܘܒܚܕܒ̈ܫܒܐ ܘܒܫܪܟܐ ܕܨܘܡ̈ܐ ܒܦܠܓܗ ܕܝܘܡܐ ܀

« Neque ova, aut lac, aut caseus feriis quarta et sexta comedun-
» A vino autem et piscibus in jejunio magno dumtaxat fideles abs-
» nere tenentur. Ascetæ vero etiam ab oleo se continent. Et in feria-
» libus quidem magni jejunii diebus, non licet christiano ante horam
» nonam (tertiam post meridianam) jejunium solvere ; Sabbatis vero
» et Dominicis et in cæteris omnibus jejuniis meridie. »

S. Isaacus Magnus in *sermone de jejunio quadragesimali* :

ܨܐܡ ܦܘܡܐ ܡܢ ܠܚܡܐ ܢܨܘܡܘܢ ܥܡܗ ܥܝ̈ܢܐ : ܘܠܐ ܗܘ ܢܫܬܐ ܚܡܪܐ :
ܘܠܐ ܥܝ̈ܢܐ ܙܠܝܚܘܬܐ ܀

« A pane os jejunat? Jejunent una cum ore pupillæ. Nec os vinum
» bibat, nec pupillæ obscænis (delectentur). » Permittit tamen
S. Isaacus, sicut auctor noster, vinum præbere illis qui ægrotant.

ܠܐ ܡܨܝܐ ܕܬܨܘܡ ܡܢ ܚܡܪܐ ܨܘܡ ܡܢ ܥܘܠܐ ܘܚܛܘܦܝܐ : ܘܠܐ ܡܚܝܒ
ܠܟ ܕܝܢܐ : ܕܫܬܝܬ ܚܡܪܐ ܗܟܢܐ ܐܠܗ ܀

« Non suppetunt tibi vires, ut a vino jejunes? jejuna ab iniquitate
» et a rapina : et summus judex haud te condemnabit, quod vinum
» biberis. »

Ex hactenus dictis colligitur, jejunium quadragesimale ab Orien-
talibus etiam hæreticis quam religiosissime observatum fuisse, et
quidem tanquam ab Apostolis institutum, ut patet ex hoc Apostolo-
rum canone quem refert Ebed-Jesu : « Constituerunt rursus Apostoli
» quadraginta diebus; ante passionem Salvatoris nostri estote, jeju-
» nantes, et deinde recolite diem passionis ejus et diem resurrectionis

·jus, quia etiam Dominus noster dominus festi jejunavit quadra-:inta diebus; et Moyses et Elias mysterium hoc præfigurantes uadraginta diebus jejunarunt etiam ipsi, et tunc gloriosi appauerunt. » Unde iterum miranda se præbet Novatorum sæculi XVI citia, qua, præpostero adversus ecclesiam catholicam zelo ducti, ınarunt piissimum morem, quem inde ab apostolicis temporibus varunt non tantum Latini et Græci, sed et famosi illi Nestoriani Eutychiani, qui a sæculo quinto ab Ecclesiæ communione separati erunt. Consule J. S. Assemani *Biblioth. Orient.* t. I. p. 226; t. II. 504, 445; t. III. part. 1. p. 248-49, 304; t. III. part. 2. p. 348-2, et 381-389; Ebed-Jesu *Collect. canon.* tract. V. cap. 10 et 11; egorii Bar-Hebræi *Nomocan.* cap. V. sect. 1, etc.

—

## XXV. *De jejunio Majoris Hebdomadis.* Annot. XXV ad pag. 105.

—

Quamvis, ut supra dictum est, sabbatis non jejunarent Syri, recenribus Nestorianis exceptis, omnes tamen jejunabant sabbato sancto, od a Syris Sabbatum Annuntiationis vocatur. Hinc Ebed-Jesu, epispus Sobæ in sua *Collectione Canonum*, quos recipiunt Nestoriani, et r-Hebræus in suo *Nomocanone*, quo utuntur Monophysitæ, hunc ostolorum canonem 62 referunt :

ܐܢ ܐܢܫ ܡܢ ܩܠܝܪܝܩܐ ܢܫܬܟܚ ܕܨܐܡ ܒܚܕ ܒܫܒܐ ܐܘ ܒܫܒܬܐ ܣܛܪ ܡ
ܚܕܐ ܒܠܚܘܕ ܡܩܕܡ ܦܨܚܐ ܕܩܝܡܬܐ. ܢܫܬܪܐ. ܐܢ ܕܝܢ ܥܠܡܝܐ ܗܘ ܢܬܦܪܫ ܀

« Si quis clericus inventus fuerit jejunare in die dominica; aut in Sabbato, uno excepto (sabbato nempe ante pascha resurrectionis), deponatur; si autem sæcularis (id egerit), segregetur. » Ap. Em. ırd. Maï *Scriptor. Vet. Nov. Collect.* t. X. p. 181.

Non tantum sabbatum sanctum, sed etiam totam hebdomadam ajorem strictiori jejunio sanctificabant Syri. Constat hoc ex *Didas-lia Apostolorum* :

ܡܛܠ ܗܢܐ ܡܢ ܒܬܪ ܕܫܠܡܘ ܐܪܒܥܝܢ ܝܘܡܝܢ: ܒܡܘܬܒܐ ܕܨܘܡܐ: ܥܒܕ
ܙܕܩ ܠܟܘܢ ܕܬܨܘܡܘܢ ܒܝܘܡܝܐ ܕܦܨܚܐ ܘܡܫܬܐ ܒܠܚܘܕ ܬܗܘܘܢ ܢܚܡ
ܐܟܠܝܢ ܠܚܡܐ ܘܡܠܚܐ ܘܡܝܐ ܒܠܚܘܕ. ܘܥܕܡܐ ܕܝܢ ܠܬܫܥ ܫܥܝܢ.

ܢܦܫܟܘܢ ܨܘܡܘ . ܘܡܕܡ ܠܐ ܬܛܥܡܘܢ . ܘܐܬܟܢܫܘ ܟܠܟܘܢ ܐܟܚܕܐ . ܘܫܗܪܝܢ
ܗܘܝܢ ܟܠܗ ܠܠܝܐ ܒܨܠܘ̈ܬܐ ܘܒܒ̈ܥܘܬܐ ܘܒܩܪܝܢܐ ܕܢܒܝ̈ܐ
ܘܒܐܘܢܓܠܝܘܢ ܘܒܡܙܡܘܪ̈ܐ ܒܕܚܠܬܐ ܘܒܪܬܝܬܐ ܘܒܬܟܫܦܬܐ ܡܫܡܫܬܐ .
ܥܕܡܐ ܠܬܠܬ ܫܥ̈ܝܢ ܒܠܠܝܐ ܕܒܬܪ ܫܒܬܐ . ܘܗܝܕܝܢ ܫܪܘ
ܨܘܡܟܘܢ ..... ܚܫ ܡܪܢ ܚܠܦܝܢ ܒܥܪܘܒܬܐ . ܡܝܬܪܐܝܬ ܘܠܐ ܠܟܘܢ
ܨܘܡܐ ܕܥܪܘܒܬܐ ܘܕܫܒܬܐ ܐܦ ܘܠܐ ܕܝܢ ܫܗܪܐ ܡܬܡܢܝܢܐ ܕܫܒܬܐ
ܠܡܩܪܐ ܒܟܬ̈ܒܐ ܘܒܡܙܡܘܪ̈ܐ ܘܒܨܠܘܬܐ ܘܒܒܥܘܬܐ ܥܠ ܐܝܠܝܢ ܕܚܛܘ : ܘܒܣܘܟܝܐ
ܘܒܣܒܪܐ ܕܩܝܡܬܗ ܕܡܪܢ ܥܕܡܐ ܠܬܠܬ ܫܥ̈ܝܢ ܒܠܠܝܐ ܕܒܬܪ
ܫܒܬܐ . ܘܗܝܕܝܢ ܩܪܒܘ ܩܘܪ̈ܒܢܝܟܘܢ . ܘܡܟܝܠ ܐܟܘܠܘ ܘܐܬܒܣܡܘ ܀

« Idcirco a decima die, quæ est secunda Sabbati in diebus paschalibus, jejunate, utentes tantummodo pane, sale, et aqua, circa horam nonam, usque ad quintam sabbati diem. In parasceve autem et sabbato ex omni parte jejunate, nihil gustantes; in unum congregemini, et vigilate tota nocte perseverantes in orationibus et in obsecrationibus, et in lectionibus prophetarum, et in Evangelio et in psalmis, cum timore et tremore, assiduaque supplicatione, usque ad tertiam horam noctis post sabbatum; deinde jejunia vestra solvite. » Et post pauca addit : « Passus est Dominus noster pro nobis in Parasceve. Igitur vobis maxime necessarium est jejunium Parasceves et Sabbati. Necesse etiam est continuare vigiliam sabbati in lectione librorum, et in psalmis et in oratione et deprecatione pro iis, qui peccarunt, et in exspectatione et spe resurrectionis Domini nostri, usque ad tertiam horam in nocte, quæ est post sabbatum, et tunc offerte oblationes vestras, et postea manducate et lætamini. » Vid. *Didascal. Apost.* Syr. p. 93, Lipsiæ 1854; Cf. *Constit. Apost.* l. V. cap. 16-19.

---

## XXVI. *Abusus circa asservationem Eucharistiæ.*

Annot. XXVI ad pag. 105.

---

De asservatione Eucharistiæ diximus supra; multi autem in hac re exorti sunt inter Monophysitas abusus, quos reprobat Ebedjesus *Resol.* 7, 8 et 9. Ex iis, quæ in Resolutione septima dicuntur apparet,

nonnullos Monophysitas in eum devenisse abusum, ut toto anno servarent illas Eucharistiæ particulas, quæ consecratæ fuerant in feria quinta majoris hebdomadis. Alii Monophysitæ ulterius progressi sunt, ut patet ex iis, quæ Timotheus presbyter Constantinopolitanus de *Acephalis* refert his verbis : « *Dicti sunt Acephali, quia non habe-» bant episcopos. Non faciunt oblationem; verum reservatam ab anti-» quioribus temporibus habent communionem, ac in festo Paschæ » minimam ex eo particulam sumunt.* » Ap. Cotelerium, *Nov. Monument. græc.* t. III. p. 409.

Hoc loco notanda est Græcorum et Abyssinorum consuetudo, qua fit, ut semel dumtaxat quovis anno Eucharistiam infirmis largiendam consecrent, eamque toto anno conservent. Quonam ritu id peragant Græci, tradit Bona, *Rerum Liturgic.* l. 2. c. 18. sect. 2 : Feria V. majoris hebdomadis panem recentem solito majorem præparant et consecrant, cujus quartam partem sacerdos absumit, tres reliquas ac minutulas particulas comminuit, quas meridas et communiori vocabulo Margaritas vocant. Sed antea consecratum panem Christi sanguine leviter humectant, tum sacro disco ignem subjicientes cunctum humorem exprimunt, et sic adeo indurescit, ut per totum annum a corruptione immunis servari possit. A pane vero ea ratione exsiccato modicum illud vinum, quo imbutus fuerat omnino evanescit, et consequenter remanet sub sola specie panis corpus Christi, quod ad ægrotum, cum opus est deferentes, prius extrahunt e pixide Margaritam unam, et in cochleari vino communi perfundunt, ut emolliat, eaque sic perfusa , illi communionem præbent.

---

## XXVII. *De vi et ratione vocis* ܡܫܡܫܢܐ Annot. XXVII ad pag. 107.

---

Quinam sunt canones ecclesiastici, ad quos provocat Edessenus *Resol.* 8, non satis innotescit. In Bar-Hebræi *Nomoc.* X. cap. IV. sect. 5, hunc concilii Nicæni canonem 18 invenimus : « Diacono non licet » dare oblationem presbytero, neque sumere ante episcopum, sed » post presbyterum sument diaconi, cum episcopus aut presbyter » dabit eis. » Unde concludere licet : Si post presbyterum sumere corpus Christi debebant diaconi, a fortiori laici, qui nullo gradu in ecclesia gaudent. Cum autem canonum ecclesiasticorum mentio hic

Digitized by Google

facta fuerit, non abs re erit quædam monere de vi et ratione vocis ܩܳܢܽܘܢܳܐ, græce κανων. D. Lagardius in præfatione operis, cui titulum fecit : *Reliquiæ juris antiquissimæ, græce*, pag. VI. de voce κανων ita nuperrime disseruit, ut ab ea vim præcepti vel legis vere obligantis removeret, sicque insinuare voluit primitivam ecclesiam leges veras non habuisse. Hujus loci non est, erroneam viri eruditissimi sententiam ex scriptoribus Græcis castigare. Ad Syros autem quod attinet, ubi de morum disciplina sermo est, illos voci ܩܢܘܢܐ rationem vimque veræ legis tribuisse, cum ex testibus nuper a D. Lagardio editis, tum ex Syriacis Ebed-Jesu et Bar-Hebræi canonum collectionibus superabundanter probari potest. In his enim textibus hæc tribuitur vis canonibus, ut vel jubeant vel prohibeant, vel in transgressores pœnas etiam gravissimas decernant; quod utique de sola vera lege affirmari potest; ineptissime siquidem mero consilio attribueretur vis obligandi et pœnas infligendi. Unde nihil mirum, si voces ܩܢܘܢܐ *canon*, ܢܡܘܣܐ *lex*, ܦܘܩܕܢܐ *mandatum* de uno eodemque præcepto promiscue scriptores, Syri usurpent, ut fecit, v. g. Nestorianus Ebed-Jesu, qui in *Epitome canonum Apostolorum*, quas leges ܩܢܘܢ̈ܐ ܕܫܠܝܚܐ vocaverat, paulo post ܢܡܘܣ̈ܐ ܕܫܠܝܚܐ appellat, easdemque infra ܦܘܩܕ̈ܢܐ nominat. Vid. Ebed-Jesu *Epitom. canon. Apost.* p. 172 et 184, et *Reliquias juris Eccles. Syr.* p. 36, 44 et passim.

---

## XXVIII. *De Phylacteriis et de Depositione Clericorum.*

Annot. XXVIII ad pag. 109.

---

Ad Edesseni Resolutionem 9 dicendum est : 1° de *Phylacteriis*; 2° de *Depositione* clericorum.

1° *De Phylacteriis.* ܦܘܠܩܛܪܝܢ vox lexicographis adhuc incognita, est ipsa vox græca φυλακτηριον, quod vocabulum duplici significatione sumitur a scriptoribus mediæ et infimæ græcitatis, ut videre est apud Dufresne in *Glossario* ad h. v. Exinde factum est, ut phylacteria a Patribus et Conciliis modo prohiberentur, modo permitte-

ır. 1° φυλακτηριον est amuleti genus, quod collo suo appendebant rstitiosi homines. Damnatur illud phylacterium a S. Augustino ı. 215 *de tempore*, a *Concil. Trullano* c. 61, et a *Concil. Laodic.* 36. cujus hæc sunt verba : « Quod non oportet eos, qui sunt crati vel clerici, esse magos vel incantatores, vel mathematicos, l astrologos, vel facere ea quæ dicuntur amuleta (φυλακτηρια), ıæ quidem sunt ipsarum animarum vincula. » Ap. Labbe *Concil.* *ect.* t. I. p. 1538. Ed. Venet.

φυλακτηριον notat parvam illam thecam cum cruce inclusa, n collo appensam cum honore gestabant Christiani. Illam sic at et describit S. Nicephorus in *Antirrhetico III adversus Continum Copronymum* (ap. Maï *Nova Biblioth. Patrum* t. V. p. 99) : uid porro de crucis typo dicendum superest? ipsa crucis protopa, ut appellare licet, veneranda et a nobis fidelibus fideliter loranda, pretiosa et vivifica ligna dehonestant, turpibusque ontumeliis adficiunt. Namque hæc a christianis antiquitus aureis l argenteis thecis reposita, quæ phylacteria (φυλακτηρια) vocintur, quæque collo suspensa, et in pectus demissa gestamus hristiani, ob custodiam tutelamque vitæ nostræ, salutemque nimarum et corporum; hinc enim et nomen ipsis conficitur. » uirendum superest quonam sensu in præsenti loco hoc vocabulum atur. Posteriori sensu usurpari, satis apparet ex responsione bi, in qua dicitur : *collo suo alligant cum cruce et ossibus sancm.* Hæc enim verba innuunt, christianos illos inclusisse Euchaam et crucem in eadem theca, quam collo gestabant; Idcirco m Jacobus illos reprehendit, quia sic agentes videbantur non orem exhibere honorem sacrosancto Christi corpori quam cruci; Eucharistiam, absque sufficienti causa, periculo irreverentiæ onebant, et illam debito adorationis cultu defraudabant.

ndenam hic abusus provenerit, paucis accipe. Antiquum fuisse em apud veteres Christianos, ut omnes fideles, qui sacro inteent, ad mensam sanctam accederent, norunt docti. Primis autem ulis sæpe accidebat, ut sævientibus persecutionibus, vel fideles rgiæ adesse non possent, vel deficeret sacerdos, qui, diebus stitutis, liturgiam celebraret. Hinc invalescere cepit usus, ut les, qui ad sacram synaxim conveniebant, plures a sacerdote vel ono particulas consecratas acciperent, quarum unam sumebant, quas secum deferebant, et domi reverenter custodiebant, ut, quia tidie vitæ periculum eis imminebat, quotidie possent sacra

29

Digitized by Google

communione seipsos ad certamen præparare. Hinc invalescere cœpit mos secum deferendi Eucharistiam. Hinc nati sunt, ut opinor, abusus quos in hac Resolutione reprobat Edessenus. Non est tamen sic urgenda responsio Jacobi, ut mos secum deferendi Eucharistiam in omni casu reprobatus censeatur. Diu enim ecclesia toleravit, ut iter longum ingressuri, aut profecturi ad bellum, sacrum donum sub unica panis specie secum deferrent, eoque se reficerent vitæ periculo imminente; quam consuetudinem apud omnes Orientales semper viguisse, et adhuc suo tempore vigere, testatur Gabriel Sionita in *Epist. ad Nihusium*, quæ invenitur in tractatu Nihusii *De Communione Orientalium sub unica specie*.

2° De *Depositione clericorum*. Vim vocabuli ܡܬܬܪܫܝܢܘܬܐ his verbis exponit Ebed-Jesu in *Collect. Canon.* part. 2. tr. 8. cap. 22.

ܡܬܬܪܫܝܢܘܬܐ ܕܝܢ ܐܝܟ ܡܝܬܐ ܕܠܐ ܡܩܒܠ ܚܝܘܬܐ. ܘܥܠ ܟܗܢܐ
ܒܠܚܘܕ ܘܪܝܫ ܟܗܢܐ ܡܬܐܡܪܐ. ܘܗܘ ܡܢ ܕܡܬܬܪܫܝܢ ܐܦܠܐ ܒܙܒܢܐ
ܕܬܝܒܘܬܗ ܠܒܫ ܠܫܘܒܚܐ ܕܐܬܦܫܛ ܡܢܗ ܠܓܡܪ ܀

« *Depositio* porro est (velut) mortuus vitam non recipiens, et in » *sacerdotes* dumtaxat et principes sacerdotum fertur; et quisquis » deponitur, ille nequidem tempore suæ pœnitentiæ, induit gloriam, » qua spoliatus omnino fuit. » Notandum tamen, sub vocabulo *sacerdotes*, in hoc decreto comprehendi omnes inferiores clericos, ut apparet ex variis canonibus, qui pœnam depositionis in clericos pronuntiant, ap. Ebed-Jesu tr. VI. can. 14, 15, 17, 18.

Depositione itaque clerici ad laïcorum sortem redigebantur, a qua non licebat amplius ad clericalem dignitatem regredi; non tamen a fidelium communione, aut sacramentorum perceptione arcebantur. Assertionem nostram probat, simulque rationes explicat *Canon. Apost.* 24 :

ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܐܘ ܩܫܝܫܐ ܐܘ ܡܫܡܫܢܐ ܗܘ ܕܒܙܢܝܘܬܐ ܐܘ ܒܕܓܠܘܬܐ ܐܘ
ܒܓܢܒܘܬܐ ܐܬܐܚܕ.. ܢܗܘܐ ܡܬܬܪܫܝܢ ܕܝܠܗ ܘܠܐ ܢܬܦܪܫ. ܐܡܪ ܓܝܪ
ܟܬܒܐ : ܠܐ ܬܬܒܥ ܬܪܬܝܢ ܙܒܢܝܢ ܒܚܕܐ. ܗܟܢܐ ܐܦ ܫܪܟܐ ܕܩܠܝܪܝܩܘ ܀

« Episcopus aut presbyter aut diaconus qui fornicationis, vel mendacii, vel furti convictus fuerit, deponatur, non tamen segregetur. » Dixit enim Scriptura : non vindicabis bis in idipsum. Similiter » quoque reliqui clerici. » Ap. Ebed-Jesu *Epit. Canon. Apost.* can. 24.

Idem docet S. Basilius in *Epist. ad Amphilochium*, cap. 32. « Qui » peccatum ad mortem peccant clerici, de gradu quidem dejiciuntur,

Digitized by Google

aicorum autem communione non arceantur. Non enim vindis bis in idipsum.» Et cap. 3 aliam affert rationem : «quia, qui in ine sunt laïco, si a loco fidelium ejiciantur, rursus in eum, ex exciderunt locum, recipiuntur; diaconus vero semper habet el mansuram pœnam depositionis.» S. BASILII *Opp.* t. IV. 188, ap. MIGNE *Patrol. græc.* t. XXXII, col. 671.

ܡܫܬܪܝܢܘܬܐ *depositio* gravior pœna erat quam ܦܘܪܫܢܐ *segregatio*, et ex *Can. Apost.* 5. Episcopus deponere poterat, non autem yter. Vid. *Reliq. Syr.* p. ܟܝ et *Constitutiones apost.* l. VIII. Diaconos et reliquos clericos sibi inferiores presbyter segreeu excommunicare, non autem deponere poterat. Ibid.

---

*De Missæ sacrificio. Quo in loco et pro quibus Missæ rificium sit offerendum. Epistola* JACOBI EDESSENI *de antia Syrorum Liturgia.* Annot. XXIX ad pag. 113.

---

Post ea, quæ in prima parte de Eucharistia diximus, non est multum conemur demonstrare Syros in missa verum agnoscere icium. Audiatur S. JOANNES MARO, qui præclare totam Syrorum ionem ad sua usque tempora evolvit. Sic loquitur S. Doctor : t reponet quis dicens : undenam argumenta ducis, quibus istam poris et sanguinis Domini nostri perfectionem, revera esse arique *sacrificium* probetur?

d hunc respondemus : id a sanctis Apostolis acceptum, atque a igiosissimis Patribus nostris traditum, ad nos pervenisse. Divus m JACOBUS Domini nostri frater, in suo ministerio in Oratione nmemorationis Dispensationis Dominicæ hæc habet : *Offerimus hoc tremendum, gloriosum et incruentum Sacrificium.* PETRUS primo suo Ministerio in Commemorationibus : *fac, Domine, per sacrificium, quod tibi a nostris manibus peccatricibus offertur, moriam bonam, patribus nostris.* Et in altero Ministerio : *sic placeat, Domine, gratiæ tuæ, et suscipe etiam sacrificium hoc um et incruentum.* Duodecim Apostoli in parva sua Anaphora : *erimus tibi, Domine omnipotens, hoc sacrificium pro universo ge tuo.* JOANNES Evangelista in sua oblatione : *Commemoramus*

» *coram te, Domine Deus, in hoc Sacrificii hujus instanti*, [illegible]
» *Ecclesias tuas sanctas*. MARCUS item Evangelista : *Regamus* [illegible]
» *Domine, ut tremendum hoc sacrificium suscipias de manibus* [illegible]
» *peccatricibus*. CYRILLUS Alexandrinus : *suscipe, o Domine, hoc* [illegible]
» *trum sacrificium*. D. JOANNES CHRYSOSTOMUS : *Corrobora nos, Domine,*
» *ut incruentum hoc et spirituale sacrificium pro peccatis, et* [illegible]
» *pientiis gregis tui tibi offeramus*. D. JACOBUS NISIBENUS, in [illegible]
» Angelis : *Ecce distribuitur per manus sacerdotum, quoniam* [illegible]
» *ejus placuit, ut pro peccatoribus vivificandis sacrificium* [illegible]
» D. EPHRÆM in Cantico de ipsa oblatione : *placare Domine, et* [illegible]
» *ficium hoc de manibus nostris suscipe, atque per ipsum* [illegible]
» *et defectibus filiorum Ecclesiæ propitius esto*. Et in Cantico [illegible]
» sancta Trinitate : *hoc est vivum Sacrificium, quod suis* [illegible]
» *justi figurarunt*. Simili etiam modo locuti sunt sancti Patres [illegible]
» versi, Ecclesiæque Doctores probati. Dicimus ergo, panem cœlestem
» esse vere ac re corpus Filii, et quidem illud ipsum corpus, [illegible]
» ex virgine Maria assumpsit, et pro nobis in cruce immolatum [illegible]
» Atque hoc ipsum offertur quotidie sine sanguinis effusione [illegible]
» manus sacerdotum in expiationem debitorum, et in remissionem
» peccatorum. » Tradit deinde S. Doctor ex traditione Syrorum
S. Jacobum Apostolum ac fratrem Domini omnium primum in Sancto
cœnaculo, quarta die pentecostes, corporis et sanguinis Christi
sacrificium obtulisse, testatumque fuisse se a Domino ipso accepisse
Liturgiam, quæ incipit : *Deus universorum et Domine*. Vid. AL [illegible]
MANI *Cod. Liturg.* t. V. p. 234-237. Cf. RENAUDOTII *Liturg. Orient.*
*collec.* t. II. p. 28, 30, 31, 34, 36, 39 etc.

2. Extra necessitatem, non nisi in templis super altaribus con-
cratis sacrificium offerre Syris permittebatur, ut patet ex canone
concilii Laodiceni, quem refert BAR-HEBRÆUS in *Nomoc.* cap. [illegible]
sect. 3. « in domibus fieri oblationem non oportet : » Ad quem [illegible]
nem notat ZONARAS : « Deo supplicare, precationibusque intentis [illegible]
» ubicumque, tum in domibus, tum in agris, tum in omni [illegible]
» fidelibus concessum est. Oblationem vero præterquam in templo
» et altari peragi nequaquam oportet. Proinde eadem facultate [illegible]
» ter episcopis et sacerdotibus interdictum esse canon decernit [illegible]
(Ap. LEO. ALLATIUM de *Missa Præsanctificatorum* § XI.)

Statuit JOHANNES Patriarcha : « Presbyter qui sine altari, [illegible]
» tabula sanctificata, obtulit sacrificium, abscindatur a communione
» Presbytero non licet offerre super lapide, et mensa lignea, [illegible]
» sanctificata non sunt, neque super panniculo aut pelle. »

Digitized by Google

Ubi autem postulat necessitas, extra templa etiam absque altari sacrificium offerre Syris Monophysitis permittebatur, ut manifestum est ex Canonibus Cyriaci, Theodosii et Bar-Hebræi. Cyriacus ait : « si » eant presbyteri et diaconi per viam desertam, et secum habeant » calicem et capsam, deferat diaconus capsam in dextera sua, et » calicem in sinistra sua, et erit pro altari ut offerat sacerdos » urgente necessitate. »

Theodosius dicit : « Si necessitas sacrificium exigat, ubi non est » altare, ipse sacerdos habeat alligatum velum in collo suo, et ponat » sigillum in phenolio super illud, et teneat calicem manu sua » sinistra et offerat. » Addit Bar-Hebræus : « Quidam ex episcopis » indulsit, ut pagella ex evangelio ponatur loco tabulæ, et consecre» tur super ipsa, ubi necessitas id expostulaverit. » Vid. Bar-Hebræi *Nomoc.* cap. 1. sect. 4.

His auctoribus annumerare licet Jacobum Edessenum, qui in præsenti Resolutione permittit sacrificium offerri extra ecclesiam, in monte, vinea, vel horto; quando scilicet res poscebat, non enim sic urgenda est responsio Edesseni, ut, contra canonem concilii Laodiceni, sacrificium extra templa absque necessitate fieri permittat. An vero Edessenus in casu necessitatis requisierit altare, vel non, ex ejus Responsione non liquet.

3. Syros etiam hæreticos Missæ sacrificium tam pro defunctis quam pro vivis obtulisse, constat ex præsenti Resolutione Jacobi Edesseni. Confirmari potest hæc doctrina ex omnibus Liturgiis Syriacis. In Liturgia Syriaca S. Cyrilli dicitur : « suscipe Domine hoc » nostrum sacrificium, quod mente verbo et intellectu tibi offertur, » potissimum vero pro pace et concordia sanctæ tuæ Ecclesiæ, pro » stabilitate justorum, ac orthodoxorum Patrum ejus Papæ N. et » Patriarchæ N., pro decore et exaltatione sacerdotum ejus, pro » puritate et castitate diaconorum ejus, pro venia et redemptione » filiorum ejus, pro unitate et concordia turbarum ejus, pro infir» morum et tribulatorum visitatione, pro omnium eorum, qui in » periculis constituti sunt, auxilio... Fac, Domine, per hoc requiem, » veniam, indulgentiam, ac bonam memoriam, super rationale et » intellectuale altare tuum, omnibus patribus ac fratribus nostris... » Qui ex quocumque loco cum Orthodoxa fide et Christianis operibus » dudum transierunt. » Vid. Assemani *Cod. Liturg.* t. V. p. 165-172.

In *Ordine communi Liturgiæ* legitur : « *Hoc loco commemorat* (sacerdos) *eum pro quo liturgia celebratur.... et dicit* : « Deus tu » factus es sacrificium, et tibi sacrificium offertur ; suscipe hoc

» sacrificium ex manibus meis peccatricibus, pro anima N. (et nomen » ejus ter pronuntiat). Deus, præsta per clementiam tuam requiem » et memoriam bonam patri meo et matri meæ (nomina illorum ter » pronuntiat). Si pro infirmo liturgia celebratur. Deus misericors, » miserere illius, et concede illi sanitatem animæ et corporis. Si » pro defuncto. Deus præsta illi requiem, et plenam felicitatis frui- » tionem in habitaculis lucis tuis cum omnibus, qui perfecerunt » voluntatem tuam. » Vid. RENAUDOTII *Collect. Liturg. Orient.* t. II. p. 17.

Non tamen pro omnibus vivis, neque pro omnibus defunctis sacrificium offerre Syris fas erat. In *Nomocanone* Jacobitarum exstant de hac re canones sequentes.

*Canon Eustathii* : « Prorsus et sine dubio pro catechumenis non- » dum baptizatis, qui decesserunt, aut pro hæreticis, oblationem » offerre non licet. »

*Canon Lisii* : « Nefas est sacerdotes orthodoxos celebrare pro » hæreticis memorias; sed si receperint pro eis quidquam, dicant » solum : *Deus parcat illi, qui obdormivit, et quiete eum donet.* »

*Canon Jacobi Edessæ* : « Filii fideles dum volunt facere memoriam » parentum suorum hæreticorum, siquidem hi fuerint antistites » hæreseos, hoc facere non debent : at si e simplici populo fuerint, » voluntati ipsorum relinquitur. Et S. Dionysius, ac Johannes de » ethnicis, et non de hæreticis locuti sunt, dicentes, quod non » oporteat memoriam eorum fieri a fidelibus. An autem hujusmodi » defuncti utilitatem capiant ex oblatione, an non, Deus solus scit. » Machabæi autem pro fratribus suis, qui coacti, ethnicos se fece- » rant, et Pheladius episcopus pro puella, quæ decessit, cum esset » inter catechumenos, oblationem obtulerunt. » Non videntur concordare hæc *Jacobi Edesseni* verba aut cum canone Lisii supra recitato, aut cum disciplina Ecclesiæ catholicæ.

4. Abs re non erit, hic referre Epistolam JACOBI EDESSENI *de antiqua Syrorum Liturgia*, in qua perspicue et concise describuntur ritus Missæ Syrorum ab Apostolorum ævo ad ætatem usque JACOBI EDESSENI. EDESSENUS sic loquitur : « De mystica hac rationalis et incruenti » sacrificii administratione, hoc est, oblatione, nempe Liturgia, » hæc nobis Patres nostri tradiderunt. Post lectionem sacrorum » Librorum Veteris ac Novi Testamenti, tres oportet fieri Orationes. » Prima oratio super Audientes, seu Catechumenos, quum diaconus » proclamat : *ite Audientes;* ut nimirum sub manum episcopi, vel » presbyteri transeant, et suscepta impositione manus egrediantur.

Digitized by Google

» Postea fiat oratio super Energumenos, qui, proclamante diacono, » *ite Energumeni*, sub manum episcopi vel presbyteri, a quo edocti » sunt, transeunt et egrediuntur. Item tertia fiebat oratio super » Pœnitentes : qui dimittente etiam eos diacono, exibant. Verum » hæc omnia in Ecclesia antiquata jam sunt, etsi eorum mentionem » diaconi alicubi faciant, eadem ex antiquo more proclamantes. » Post hæc exclamat diaconus, *claudantur fores Ecclesiæ*. Sed for- » tasse quispiam nos percontabitur, cur portæ tunc claudebantur? » Cui respondemus : Causa, cur januis clausis cum silentio et orali » traditione sacramenta perficiebantur, hæc est : primo propter » metum ethnicorum, ne scilicet Gentiles nostra audirent, eaque » suis idolis offerrent, sicut fecit Hiram Rex Tyri, qui templum » Hierosolymitano simile excitavit, in quo victimas legales offerebat. » Sed et Julianus Gentilis Diis suis preces oblationesque, nostris » similes, concinnavit, et cæremonias idolis suis, ad formam rituum » Sacramentorum Ecclesiæ, constituit, etc. Etiam in consecratione » Chrismatis tres olim dumtaxat Orationes recitabantur : sed et Ora- » tiones Chirotoniæ (*hoc est, Impositionis manus, seu Collationis* » *Sacrorum Ordinum*) pro singulis Ordinibus una tantum : et dice- » bantur super ordinandum in impositione manus, et in silentio, » hoc est, in inclinatione. Quas postea ampliarunt Doctores. Post- » quam igitur Symbolum trecentorum decem et octo Patrum scrip- » tum est, æquum visum fuit, illud etiam in Ordine Oblationis adjici » oportere, ut per ipsum animæ, corda, corpora, vocesque sanctifi- » carentur. Quo recitato, decreverunt, tres fieri oportere, clausis » januis, Fidelium orationes. Paulo post quum ritus nonnulli, solem- » nesque ceremoniæ in Ecclesia constitutæ fuissent, ex tribus hisce » fidelium orationibus voluerunt, ut prima pro mystica pacis peti- » tione fieret, altera pro manus impositione, et tertia, cum qua » mensam discooperiunt, per hoc significantes, portas cœli tunc » aperiri. Et statim mandat diaconus, admonens, ut *stent recte*, eo » quo decet ordine, significans per hoc, Sacerdotem mox Liturgiam mysticam inchoaturum. Illis vero cogitationes suas collectas habentibus, convertitur sacerdos, et dat eis pacem dicens : *Pax vobis omnibus*, crucis signum super eos efformans. Respondent illi *: et cum spiritu tuo*. Patres autem hunc locum postea coordinarunt, judicaruntque, dum crux formatur, dicendum esse : *Caritas Dei Patris, gratia Filii Unigeniti, et participatio Spiritus Sancti sit cum vobis omnibus :* et pro una cruce decreverunt, ut sacerdos tres super populum formaret. Patres Alexandrini horum loco di-

Digitized by Google

» cunt, *Dominus cum omnibus vobis*, ante principium Liturgiæ.
» Postea sacerdos ad populum dicit : *Sursum sunt corda vestra.*
» Populus respondet : *Habemus corda nostra ad Dominum.* Item
» exclamat ad eos : *Gratias agamus Domino.* Cui illi respondent :
» *Dignum et justum est quod dixisti.* Quumque per illa tria, quæ
» diximus, nimirum, per hoc quod pacem eis dederit, et quod signo
» crucis eos consignaverit, et quod eidem ipsi convenienter respon-
» derint : per hæc præterea duo posteriora, videlicet, quod ipse eis
» mandatum dederit, et quod illi eidem consenserint, ejusque sen-
» tentiam justam esse pronunciaverint : quum per hæc, inquam,
» illi cum ipso, et ipse cum eis unum in Christo corpus unaque
» mens effecti fuerint; tum conversus ad Deum sacerdos, ex verbis
» quibus consensere, et ex sententia ipsius populi, exordium su-
» mens, verba sua ad Deum Patrem dirigit, cui Sacrificium Corporis
» et Sanguinis Unigeniti in propitiationem animarum Fidelium
» offertur. Et quoniam Sacerdos unacum populo dignum esse judi-
» cavit, gratias agendas Deo, submisit, *Dignum et justum est, nos te
» laudare.* Et paucis quidem verbis totum Divinæ gratiæ scopum
» commemorat, videlicet, primo hominis creationem, deinde ejus-
» dem redemptionem, postremo dispensationem, quam pro nobis
» subiit Christus, dum propter nos passus est. Huc enim tota Litur-
» gia spectat, ut quæ Christus pro nobis gessit, commemoremus et
» dicamus. Sed et precatur illapsum Spiritus Sancti : mox peragit
» commemorationes, in quibus Oblatio absolvitur. Post absolutionem
» autem Oblationis, et post hunc Ordinem, impertit pacem Populo,
» cruce illum signans : et statim frangit, signat et colit mysteria,
» diacono Catholicam recitante. Deinde dicunt orationem : *Pater
» noster, qui es in cœlis.* Posthæc tradiderunt, sacerdotem iterum
» debere pacem populo annuntiare, et orationem Impositionis manus
» facere. Mox præceperunt, ut gratiam Trinitatis populo impertiret,
» ter eum cruce signans, ac dicens, *sit gratia Trinitatis* etc., res-
» pondente populo, *et cum spiritu tuo.* His peractis tradiderunt,
» debere sacerdotem populum contestare, eumque admonere, in hæc
» verba : *Hæc sancta corporis et sanguinis sanctis ac puris dantur,*
» non iis, qui sancti non sunt : dumque hæc elata voce testatur,
» elevat in altum sacramenta, eaque universo populo, tanquam in
» testimonium, ostendit : Populus autem illico proclamat, inquiens :
» *Unus Pater Sanctus*, etc. Atque ita Sacramenta percipiunt. Post
» Communionem autem, præceperunt fieri confessionem et gratiarum
» actionem, eo quod digni facti sunt participatione Corporis et San-

nis. Item mandarunt, fieri orationem impositionis manus; atque a diacono populum dimitti, ut abeant in pace. » Posthæc, dis- EDESSENUS de quibusdam varietatibus, quæ in Liturgia contin- Hujus Epistolæ textum Syriacum cum versione latina refert IANUS, *Biblioth. Orient.* t. I. p. 479-486.

## XXX. *De Extremæ Unctionis Sacramento.*

Annot. XXX ad pag. 119.

ramentum Extremæ Unctionis admittunt tum Maronitæ, tum itæ. De Nestorianis non ita liquet. Plerique enim ex eorum ribus vel de Extrema Unctione silent, vel illam inter sacra- ı non numerant; quamvis non desint in eorum libris testimonia ıs redargui possint.

Oleo Infirmorum hæc habet BAR-HEBRÆUS, *Nomoc.* c. III. sect. 5. c unguentum est, quo unguntur baptizati ante Myron, eo quod e eo baptisma non perficiatur. Fit rursus ad curationem infir- rum, quemadmodum dixit Jacobus Apostolus : *si quis vestrum rit in angustia, oret : et si lætatur psallat* : *et si infirmus est, vocel sbyteros ecclesiæ, et orent super eum , ac ungant eum unguento nomine Domini, et oratio fidei sanat illum, qui infirmus est : si peccata commiserit, ei dimittuntur.* Et in Actibus rursus iptum est, quod infirmos multos ungebant Apostoli unguento, sanabantur. »

um Infirmorum apud Syros non solum Episcopi, sed etiam lices presbyteri per delegationem consecrant. Hinc ejusdem crandi ritus duplex est : prior fit in feria quinta Majoris omadis a Patriarcha quidem Jacobitarum, quolibet septennio; ntiocheno vero Maronitarum Patriarcha, quotannis; et hic crandi Olei Ordo vocatur *Lampas Major*, eo quod majore so- itate peragatur. Alter, qui et *Lampas Minor* nuncupatur, fieri a septem presbyteris, eoque casu, quo benedictum a Patriarcha, pra, oleum, propter frequentem illius usum deficere contigerit. l autem spectat ad utriusque *Lampadis* administrationem, no- ım est, quod, quanquam in Ritualibus Syrorum statutum sit, ptem sacerdotes, hisque deficientibus, tres saltem advocentur inistrandum hoc sacramentum, iique omnes et infirmum un-



Digitized by Google

gant, et verba simul proferant, in Synodo tamen Maronitaru anno 1736 sancitum est, non requiri nisi unum sacerdotem. U plures adesse contigerit, præscriptum pariter est, ut unus dumtax illorum inungat infirmum, et verba illa, quæ formæ vim habe solus pronuntiet; cæteri vero sacerdotes, reliquas preces, quæ an vel post unctionem leguntur, inter se recitandas de modo distribuar Animadvertendum quod, in Ecclesia Syrorum, cum Jacobitarum, tu Maronitarum, oleo benedicto, non solum ægros, sed etiam bene lentes et Pœnitentes presbyteri inungunt, imo etiam semetips Hanc tamen unctionem nec sacramentum esse, nec vim sacramen habere, sed benedictionem tantum esse affirmant, etiamsi eode oleo fiat, quod in Extrema Unctione infirmorum adhibetur. Vi Steph. Ev. Assemani *catalog. Biblioth. Medic. Laurent.* pag. 87-8 Jos. Sim. Assemani *Dissert. de Syris Nestorianis* p. 271-285.

—

## XXXI. *De Festo Epiphaniæ.* Annot. XXXI ad pag. 121.

—

ܕܢܚܗ ܕܡܪܢ *ortus Domini nostri*, vel brevius ܕܢܚܐ *ortus*; h vocibus Syri designant illud festum, quod nos vocamus *Epiphania Domini*. Canones Apostolorum, quos Syri omnes recipiunt, jube Epiphaniam 6 januarii celebrari, eoque die ab operibus cessari.

ܬܘܒ ܗܘܘ ܦܩܕܘ ܫܠܝ̈ܚܐ ܩܕܝ̈ܫܐ ܕܗܘܘ ܥܒܕܝܢ ܥܐܕܐ ܕܝܠܕܗ ܕܡܪ
ܢ ܒܥܣܪܝܢ ܘܚܡܫܐ ܒܟܢܘܢ ܩܕܡܝܐ. ܡܛܠ ܕܗܘܝܘ ܪܫܐ ܕܟܠܗܘܢ
ܥ̈ܐܕܐ. ܘܥܐܕܐ ܕܕܢܚܗ ܒܫܬܐ ܒܟܢܘܢ ܐܚܪܝ ܒܚܘܫܒܢܐ ܡܬܚܝܢܐ ܕܝܘ̈ܢܝܐ ܀

« Constituerunt insuper Apostoli sancti : celebrate diem nativitat » Domini nostri die 25 decembris, quia hoc est caput omniu » festorum : et festum Epiphaniæ die 6 januarii in supputatio » extensa græcorum. » Vid. Ebed-Jesu *Epitome Canon. Apostol.* apu Maï *Scriptor. Vet. Nov. collect.* t. X. p. 169; cf. Lagardii *Reliq. jur antiquiss. Syr.* p. 35.

Epiphania præcipue celebrabatur ad recolendum baptismu Christi, in cujus memoriam aquæ in nocte Epiphaniæ benedicebantu Cur autem Epiphaniam Syri vocarent *ortum* seu nativitatem, exin provenire putem, quod olim solemnitates Epiphaniæ et Nativitat

Digitized by Google

eodemque die celebrabantur, ut constat ex *Epistola* JACOBI SENI *ad Mosen Tur-Abdinensem*, in qua dicitur :

ܕܠܐ ܐ̱ܢܫ ܝܕܥ ܚܬܝܬܐܝܬ ܝܘܡܐ ܕܡܘܠܕܗ ܕܡܪܢ ܫܪܝܪ ܡܢ ܗܘ ܕ
ܕܒܠܠܝܐ ܐܬܝܠܕ ܡܢ ܗܘ ܕܐܡܪ ܠܘܩܐ . ܘܒܐܬܪܘܬܐ ܠܡܕ ܕܡܕ
ܘܓܪܒܝܐ ܥܕܡܐ ܠܙܒܢܐ ܕܐܪܩܕܝܘܣ ܡܠܟܐ ܘܡܪܝ ܐܝܘܐܢܢܝܣ ܩ
ܒܫܬܐ ܒܗ ܒܗ ܐܘܟܝܬ ܕܝܠܕܐ ܘܕܢܚܐ ܠܗܘܢ ܗܘܘ ܩܪܝܢ ܐܝܟ ܕ ܐ
ܕܡܠܠܗ ܩܪܝܬܐ ܒܠܘܬ ܡܐܡܪܐ ܕܝܠܕܐ : ܒܪܡ ܕܝܢ ܒܠܐ
ܕܪܗܘܡܝܐ ܘܒܟܠܗ ܐܝܛܠܝܐ ܘܒܦܠܣܛܝܢܐ ܡܢ ܙܒܢܐ ܕܫܠܝܚܐ ܥܕܡܐ ܠܝܘܡܢܐ
ܒܟܢܘܢ ܩܕܡܝ ܒܥܣܪܝܢ ܘܚܡܫܐ ܥܐܕܐ ܕܝܠܕܐ ܡܬܥܒܕ ܘܠܗܢܐ
ܛܟܣܐ ܫܪܝܪܐ ܩܒܠܘ ܐܦ ܟܠܗ ܡܕܢܚܐ ܘܓܪܒܝܐ ܣܛܪ ܡܢ ܐܪܡܢܝܐ .... ܕܗܢ
ܐܝܟ ܕܒܪܝܫ ܥܕܡܐ ܠܗܫܐ ܒܫܬܐ ܒܟܢܘܢ ܐܚܪܝ ܥܐܕܐ ܠܗ ܥܒܕܝܢ

Nemo exacte novit diem Nativitatis Domini nostri : hoc dumtaxat indubitabile est, eum noctu natum fuisse, ex hoc quod narrat Lucas. Et in provinciis quidem orientalibus, et quæ ad septentrionem vergunt, usque ad tempora Arcadii Imperatoris et S. Joannis, die 6 januarii hoc festum agebant, illudque appellabant festum Nativitatis, hoc est, Epiphaniæ; quemadmodum a sancto theologo in oratione de Nativitate vocabatur. Attamen in provincia Romana, et universa Italia, et in Palestina, ab Apostolorum ævo usque ad hodiernum diem, die 25 decembris festum Nativitatis celebratur : atque istum ordinem ritumque certissimum universus Oriens, et gentes omnes, quæ septentrionem spectant, amplexæ sunt, si Armenos excipias..... Isti enim huc usque secundum antiquum morem die 6 januarii festum peragere instituerunt. » Ap. ASSEMANUM *Bibliot. Orient.* t. II. p. 163. Vid. etiam *Bibliot. Orient.* t. III. p. 87, ... *Lexicon*, ad vocem ἐπιφανεια, et COTELERII notas ad *Constitut. Apostol.* l. V. cap. 13.

---

## XXXII. *De Materia Eucharistiæ conficiendæ.*

Annot. XXXII ad pag. 123.

---

Materia Eucharistiæ conficiendæ est panis et vinum. In hoc con-

sentiunt omnes Syri, qui etiam omnes aquam vino esse miscendam docent. Differunt vero ubi agitur de confectione panis.

1. *De Pane.* Orthodoxi panem Eucharisticum ex granis frumenti, remota omni extranea materia, conficiunt, ut tradit S. Joannes Maro, qui etiam docet panem azymum, non autem fermentatum esse offerendum. En præclara ejus verba : « Ad illud autem quod quæritis, » in fermentato-ne an in azymo pane offerre oporteat, respondemus, » nullo Dominico seu Apostolico præcepto illud prohiberi, aut hoc » præcipi. Et hanc ob causam, alii in uno, in altero cæteri conse- » crant, secundum propriam consuetudinem. At, qui in fermentato » offerunt, nos Occidentales, ac Armenos redarguunt, azymum non » esse panem dictitantes, eo quod quoties Scriptura *panem* nominat, » de fermentato loquatur. Cum itaque illum panem Dominus noster » et Apostolus appellaverint, de fermentato necessaria consecutione » loquuntur. Ita illi. Sed imperiti, hi et vocis, scripturarumque » virtutem nescientes, in Pentateucho, cæterisque sacris libris non » minus fermentatum, quam azymum panem vocari intelligant. Quod » itaque azymus appelletur panis discant ex libro Exodi, in quo » hæc de azymo Moysi famulo suo hæc prescribit Deus : *et pones* » *super mensam panem propositionis coram me semper.* » Alios Scripturæ textus hic congerit, et pergit : « Manifestum est autem ac » notum sapientibus, et in libris sanctis versatis viris, panem » propositionis azymum fuisse, et unum azymum super Domini » mensam poni licuisse, minime vero fermentatum, quem in solo » Pentecostes die offerri fas erat; errant igitur, qui azymum panem » non esse dictitant, eosque jure ac merito vel ipsi Hebræi refellunt, » qui usque modo dum suum celebrant Pascha, azyma in manus » suas efferentes exclamant ac dicunt : *similem huic simplici pani* » *Patres nostri in terra Ægypti panem comederunt.* Videsis ergo » quod et suos et suorum Patrum in terra Ægypti comestos azymos, » panem nominent; desipiunt proinde qui Azymum verum esse » panem pernegant. Sed præfati insurgunt etiam ac dicunt. Quod » Dominus noster Corporis sui mysterium in fermentato pane confe- » cerit; cujus asserti hanc proferunt rationem, quod nimirum Paschæ » celebrationem anticipaverit, illudque, tunc cum azyma nondum » essent, peregerit. Contra tamen dicimus, ac quærimus ab eis, » celebraverit-ne Dominus noster pascha legale, an non? Si non » celebrasse reponant, ex ipso Evangelio apertissime refelluntur, in » quo hæc habentur : *prima die azymorum accesserunt discipuli ad* » *Jesum, et dixerunt ei, ubi vis paremus tibi, ut comedas* PASCHA?

» *Apud te* PASCHA *cum discipulis meis manducabo. Et sicut præceperat* » *eis Jesus paraverunt* PASCHA etc. Audiant pariter magnum Ephræmum Syrorum prophetam in sermone tertio de Passione ita aientem : *In hac gloriosa solemnitate a te veritatis magistro missi* » *sunt discipuli, qui pararent Agnum, ut tibi esset* PASCHA, *quod* » *comederes ac finem legi imponeres.* »

« Si vero legale Pascha Dominum celebrasse ultro concedant, » omni procul dubio fateantur necesse est, in azymis illud celebrasse; legale siquidem Pascha sive anticipetur, sive protrahatur, » nonnisi in azymis perficitur, quemadmodum in Numerorum libro » prescribitur. Perfecit igitur Dominus noster corporis sui mysterium » in azymo, minime autem in fermentato. » Ex tam insigni testimonio aliquid resecare noluimus, ne documento isto pretioso lector fraudaretur. Tradit deinde JOANNES materiam calicis esse vinum cum aqua, numerum hostiarum parem vel imparem esse debere, prout exigit numerus communicantium. Vid. S. JOANNIS MARONIS *Expositio Ministerii oblationis D. Jacobi* cap. XVI-XIX.

Materia, ex qua Syri Monophysitæ et Nestoriani corpus Christi conficiunt, ab ipsis vocatur *Xatha*, cujus vocis significationem dedimus. Conficitur autem Xatha ex farina frumenti electi, aqua pura, oleo olivæ, sale, ac fermento, in loco ad hoc electo intra ecclesiam, a sacerdote vel diacono. Postquam Xatha cocta fuit, nefas est ex ea quidquam auferre, antequam ex ea sumpserint sacerdotes partem, quæ in sacrificio Missæ offerenda est. Xatha eodem, quo coquitur die, offerenda est in sacrificio Missæ. Si tota Xatha ad sacrificium non sit necessaria, quod remanet devenit in potestatem sacerdotum, qui etiam illud vendere possunt.

Quæ diximus multis canonibus demonstrantur.

Canones JOANNIS BAR-ABGARI scriptoris Nestoriani :

*Canon* 3 : « Placuit Spiritui sancto et præcepit per manus sanctorum Patrum nostrorum, ut qui Xatham miscent sacerdotes sint, » aut diaconi. Ad illam autem accedere ne cuiquam liceat, qui vel » sacerdos, vel diaconus non sit, nec sæculari, nec monacho simplici. Si secus fecerit, subjectus esto anathemati verbi Domini. »

*Canon* 4 : « Placuit Spiritui sancto et præcepit, ut præter farinam » frumenti electi, et aquam puram, atque oleum ex oliva expressum, » ac salem, nemini eorum, qui Xatham miscent, liceat quidquam » addere, aut demere. »

*Canon* 5 : « Presbyter aut diaconus, qui oblationis panem præparat, sui instrumenti munditiem curet, habeatque vas ad secernen-

Digitized by Google

» das aquæ et olei fœces : caveatque, ne a laïco contingatur. Habeat » præterea lumbos succinctos, et calceamenta in pedibus suis, faciem » ad Orientem et amictu velatam. Ministret autem cum psalmis. »

*Canon* 6 : « Placuit Spiritui sancto et præcepit, ut postquam Xatha » cocta fuit, nihil ex ea illegitime tollatur, aut ex ea aliquid detur, » antequam ad altare offeratur, et id, quod offerendum et consecran- » dum est, ex ea separetur. »

*Canon* 7 : « Placuit Spiritui sancto et præcepit, ut macula non sit » in eo, quod ex hostia separatur ad mysteria. Et vero neque in » veteri lege fas erat, claudum et cœcum, aut infirmum, aut in quo » inveniretur macula offerri. Quanto igitur magis convenit, ut simi- » lis cura ad divina mysteria adhibeatur? » Huc spectat Responsum Georgii Mosulani : « *Quæstio.* Licetne offerri super altare hostiam » perforatam, aut cujus pars aliqua furno adhæsit; aut quacumque » labe affectam? *Responsio.* Non licet ad altare deferri quodcumque » aliqua labe affectum est, idque æditimus omnino caveat. »

*Canon* 8 : « Placuit Spiritui sancto et præcepit, ut Sacramenti » corporis et sanguinis Domini appetitio immoderata tollatur, ne quis » cum istiusmodi impudentia temere ad sanctum Domini corpus » accedat, sed particulæ primitiarum et oblatæ sint in parva men- » sura ordinatæ, ita ut hostia duodecim drachmas non excedat, » singuli vero carbones tribus drachmis constent... Pro pueris » autem ætate parvulis parvulæ preparentur placentæ. »

*Canon* 9 : « Placuit Spiritui sancto et præcepit, ne in pane conse- » crando duæ farinæ adhibeantur, altera ex simila, et altera ex » farina nigra, sed unus panis uno die ex farina candida et munda » conficiatur. Non enim est in corpore et sanguine Domini Æthiops » aut Græcus. »

*Canon* 16 : « Placuit Spiritui sancto et præcepit, ne panis (sacri- » ficio destinatus) ad duos dies coquatur, neve ex pane eodem quid- » piam servetur in crastinum diem, et consecretur pro hoc et pro » altero die sequenti, neve consecratio agatur ad biduum. »

*Canon* 17 : « Placuit Spiritui sancto et præcepit, ne super altari » consecrentur minus quam tres primitiæ et ad minus duæ, ut unum » sit signum et alterum signatum. Unam vero dumtaxat signari » nullatenus licet. » Nempe si presbyter solus cum diacono celebret nec alius adsit communicans, tunc duæ particulæ sufficiunt, ut explicat Georgius Arbelensis.

Similia fere statuunt Monophysitæ. Sequentes canones refert Bar-Hebræus.

Digitized by Google

*Canon Apostolorum* : « Si quis episcopus, aut presbyter, cum Xata » res alias super altare offerat, scilicet mel, aut lac, aut pro vino » siceram, aut volatilia, aut animalia, deponatur. Præter spicas » perfricatas, et uvas non licet aliud offerri in altari, nisi unguen» tum pro lucerna, et res odoratas ad thuribulum. » Idem statuit JOHANNES Patriarcha.

*Canon Adæi Apostoli* : « Panis oblationis in die illa, qua coquitur, » ascendat ad altare, et non post dies aliquot, quod fieri non licet. »

*Canon Johannis Telæ* : « De manna quod fuit figura hujus panis » cœlestis, dixit Deus : singulis diebus colligite, et ne residuum ex » eo servetis in matutinum. Et per hoc duo docet nos : quod Xata, » eodem, quo coquitur, die offerri debeat, atque ut pro numero » populi offeramus placentas, et ita de calice : et non superfluum » quidpiam imprudenter comedatur. Margaritæ autem minutæ effi» ciantur. Et in calice dimidium vini et dimidium aquæ misceatur : » et si in calice justa humoris mensura deficiat, potest ipse sacerdos » super addere ei ex eo, quod non est sanctificatum. Et si superest » ex margaritis, custodiantur caute, et aliis diebus dentur. » Non omnia in hoc canon contenta probat disciplina Ecclesiæ Catholicæ.

*Canon Jacobi Edessæ* : « Non oportet cuipiam dare ex Xatha, quæ » ad templum allata est, antequam ex ea oblatio offeratur. Xatham, » quæ superest, possunt sacerdotes vendere, verum sacerdotibus » suis sociis. » Addit BAR-HEBRÆUS : « Totam farinam quæ a fidelibus » ad ecclesiam defertur, simul misceri oportet, et ex mixto Xatha » coqui, id vero quod ex massa remanet, ut in suum cibum conver» tant sacerdotes, convenientius judico, quam ut illud vendant. » De quantitate sigillorum seu particularum nihil statuit BAR-HEBRÆUS. Vult autem DIONYSIUS BAR-SALIBÆUS hostias esse numero impari. Vid. BAR-HEBRÆI *Nomoc.* cap. I. sect. 3, et c. IV. sect. 1; S. JOANNIS MARONIS *Exposit. Minister. D. Jacobi* cap. XVI sqq.; ASSEMANI *Biblioth. Orient.* t. II. p. 182 et t. III. p. 238-249; RENAUDOTII *Liturg. Orient. collect.* t. I. p. 172-178, et t. II. p. 62-64.

2. *De Vino.* Materia Calicis est vinum de vite. In hoc conveniunt omnes Syri, qui etiam omnes docent aquam in calice cum vino esse miscendam. Audiatur S. JOANNES MARO : « Hanc autem traditionem » de vini et aquæ commixtione approbat, et agnoscit universa Catho» lica Ecclesia, ac omnes quotquot Christiano nomine censentur, » unis exceptis Armenis, qui aquam cum vino minime miscent, » idque ex Joannis Chrysostomi doctrina se accepisse aïunt; verum » longe a veritatis tramite aberrant, atque a S. Patris verborum

Digitized by Google

» intelligentia toto distant cœlo, qui nullo prorsus pacto hoc asse- » ruit, sed solum adversus eos, qui in sola aqua perficiebant, con- » scripsit; quod autem hæc sit pura putaque veritas, inde manifesto » patet, quod in omnibus Ecclesiis et provinciis, ubi ipsius Liturgia » receptissima est, ac in maximo honore habetur, aquam cum vino » permisceant. Eandem quoque doctrinam tradiderunt magnus » Ephrem, S. Jacobus Nisibis, Magnus Basilius, cæterique Patres. » Vid. S. Joannis Maronis *Exposit. Ministerii D. Jacobi* cap. XVII.

In eumdem sensum loquitur Georgius, Scriptor Monophysita et Jacobi Edesseni coævus. Fuit ille Georgius Arabum episcopus; hujus Doctoris scripta, a Bar-Salibæo et Bar-Hebræo sæpius laudata, hucusque ignota latebant, quum, anno proxime elapso, quædam ex eis in lucem publicam protulit D. Lagardius, in libro cui titulum fecit : *Analecta Syriaca*, Lipsiæ 1858 pag. 108-134.

Georgius igitur de S. Gregorio Armeniorum episcopo agens, postquam docuit Armenos non miscere aquam cum vino in calice, ait :

ܐܠܘ ܓܝܪ ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܣܡ ܠܗܘܢ ܢܡܘܣܐ ܗܢܐ ܐܝܟܢܐ ܕܗܠܝܢ ܡܦܩܝܢ:
ܙܕܩ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܠܡܬܒܝܢܘ: ܕܠܐ ܪܒ ܘܡܝܬܪ ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܕܝܠܗܘܢ
ܡܢ ܫ̈ܠܝܚܐ ܩܕ̈ܝܫܐ. ܐܝܠܝܢ ܕܗܠܝܢ ܐܫܠܡܘ ܠܟܠܗܝܢ ܥܕ̈ܬܐ
ܬ̈ܒܠܐ ܕܬܚܝܬ ܫܡܝܐ. ܠܡܡܙܓܘ ܡ̈ܝܐ ܥܡ ܚܡܪܐ ܒܟܣܐ ܕܐ̈ܪܙܐ. ܦܛܪܘܣ
ܐܟ ܘܦܘܠܘܣ ܒܐܢܛܝܘܟܝܐ ܘܒܪܘܡܝ ܘܒܐܬܪ̈ܘܬܗܝܢ. ܦܘܠܘܣ ܕܝܢ
ܘܝܘܚܢܢ ܒܐܦܣܘܣ ܘܒܒܘܙܢܛܝܐ ܘܒܐܬܪ̈ܘܬܗܝܢ. ܠܘܩܐ ܕܝܢ ܘܡܪܩܘܣ
ܒܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܘܒܡܨܪܝܢ ܘܒܡ̈ܕܝܢܬܐ ܕܣܚܪ̈ܢܝܗܝܢ: ܘܐܦ ܗܘ ܫܠܝܚܐ
ܠܗܢܕܘ ܘܦܪܣ ܘܐܬܘܪ ܗܢܘ ܡܕܢ̈ܚܝܘܬܐ ܒܟܠܗܘܢ ܬ̈ܚܘܡܐ ܕܦܪ̈ܣܝܬܐ
ܘܥܪ̈ܒܐ ܠܘܬ ܡܕܢܚܐ. ܠܐ ܗܘܐ ܐܦܠܐ ܚܕܐ ܥܕܬܐ ܕܦܠܓܘܬܐ ܐܡܪܐ.
ܝܬܝܪ ܕܐܢܦ ܠܡܬܪܘܬܗ ܩܢܝܐ ܚܡܪܐ ܨܦܝܐ ܕܡܪ̈ܬܐ. ܠܗܘܢ ܕܝܢ
ܠܐ ܡܢ ܗܘܐ ܐܢܫ. ܐܠܐ ܐܢ ܗܘܐ ܕܐܝܢ ܠܗܘܢ ܀

« Etiamsi iste Gregorius hanc eis legem (scilicet non miscendi » aquam cum vino) posuerit, ut effutiunt, recogitare tamen debebant, » Gregorium nec majorem nec excellentiorem esse Apostolis sanctis, » qui tradiderunt omnibus ecclesiis, quæ sub cœlo sunt, ut misce- » rent aquam cum vino in calice mysteriorum; ut (verbi gratia) » Petrus et Paulus Antiochiæ et Romæ, et in confinibus istarum » urbium, Paulus autem et Joannes Ephesi et Byzantiæ, et in ditio- » nibus earum; Lucas vero et Marcus Alexandriæ et in Ægypto, et

Digitized by Google

omnibus locis circumjacentibus, et exinde translata fuit, et psit, et pervenit hæc traditio ad cæteras ecclesias Christianas que in hodiernum diem. Nobis igitur consentiunt quatuor Sedes triarchales, quæ testantur, miscendam esse aquam cum vino in lice oblationis. Ipsi vero (Armeni) ne unum quidem testem bent, nisi solam eorum consuetudinem. » Probat deinde Evanm Armenis non favere.

ohibet JOANNES BAR-ABGARUS, ne in sacrificio Missæ adhibeatur n corruptum, et præcipit : « ut mistum libaminis fiat ex partibus ualibus vini et aquæ. Quod si ob vini raritatem necessitas id stulet, permittitur ut vini pars sit, et duæ partes aquæ. Ad mmum vero, imo et supra summum, pars vini sit, et tres uæ. » Hæc pro Nestorianis; idem fere pro Monophysitis statuit NES TELÆ : « Et in calice dimidium vini et dimidium aquæ sceatur; et si in calice justa humoris mensura deficiat, potest se sacerdos superaddere ei, ex eo quod non est sanctificatum. » auctores supra citatos. Omnino improbanda esse quæ hic dicunon est cur pluribus dicamus.

—

## XXXIII. *De Altaribus.* Annot. XXXIII ad pag. 129.

—

ic de altarium nominibus, materia, forma, significatione et secratione breviter pro more nostro disputandum est.

Altare a Syris nominibus variis designatur : 1° vocatur ܡܕܒܚܐ s *in quo sacrificium offertur*, a radice ܕܒܚ *sacrificavit.* Hoc m nomine suam Syri de sacrificio Missæ fidem demonstrant.

Vocatur ܦܬܘܪܐ *mensa.* Hoc nomine utitur DIONYSIUS BAR-SALIs in *Expositione Missæ* (ASSEMANI *Bibl. Orient.* t. II. p. 184) : Cur semel in die super una mensa, hoc est altari, offertur? »

ܘܡܛܠܗ ܡܢܐ ܚܕܐ ܙܒܢ ܒܝܘܡܐ ܡܬܩܪܒ ܥܠ ܦܬܘܪܐ ܐܘܟܝܬ ܡܕܒܚܐ ܀

te autem hac voce altare designant Syri, utpote qui unanimi sensu Christum in altari immolari et manducari docent.

Vocatur ܛܒܠܝܬܐ *tabula*, vel ܛܒܠܝܬܐ ܩܕܝܫܐ *tabula sancta.* CYRIACUS (ASSEMANI *Bibl. Orient.* t. III. part. 1. p. 249).

ܠܐ ܢܬܟܢܫ ܥܡ ܟܗܢܐ ܠܛܒܠܝܬܐ ܐܘ ܠܡܕܒܚܐ ܕܢܩܪܒ ܪ̈ܙܐ ܐܢܫ

ܒܝܘܡܐ : ܐܦܠܐ ܥܠ ܡܕܒܚܐ ܐܘܟܝܬ ܛܒܠܝܬܐ ܕܬܪܬܝܢ ܙܒܢܝܢ ܢܩܪܒ
ܒܝܘܡܐ ܚܕ ܀

« Non licet per Deum Episcopo aut Presbytero bis in die celebrare, » neque super eodem altari seu *tabula* bis eodem die liturgiam » offerre. » Ad etymologiam vocis quod attinet, quamvis rariores sint voces latinæ in Syriacum sermonem receptæ, haud tamen dubitaverim ܛܒܠܝܬܐ esse vocem latinam *tabula*. Utriusque enim vocabuli idem est usus, eadem significatio. Hæc de nominibus altaris exponenda erant, quum nullibi adhuc hæc materia accurate fuerit exposita.

2. Varia fuit variis temporibus materia, ex qua conficiebantur altaria apud Syros. Syri enim promiscue usi sunt altaribus ex marmore, ligno, vel lapide, prout opes uniuscujusque Ecclesiæ exigebant. Et hic usus hodie adhuc viget apud Maronitas et Monophysitas. Nestoriani autem, etsi antiquitus altaria lignea habuerint, postea tamen prohibuerunt, ne quis ex ligno altare conficeret, ut patet ex canone 1. Joannis Bar-Abgari de *altari et Eucharistia*. « Placuit Spi- » ritui sancto, et præcepit ut in urbibus, castellis, et locis, in qui- » bus perfecta pax obtinet, nec barbarorum persecutio obest, et » diligenter custodiri queunt, altaria fixa habeantur. Super ligneis » autem non permittit Spiritus sanctus liturgiam celebrari, neque ea » permittit fieri, aut nominari. Et hæc in verbo Domini Patres nostri » definivere. »

3. Pro temporum vicissitudine, et locorum diversitate, altaribus fixis, quandoque vero portatilibus usi sunt Syri. In plerisque Ecclesiis unum, in nonnullis plura altaria inveniebantur. Nec unam omnia altaria formam habebant, cum alia sepulcri, alia mensæ formam repræsentarent. Generatim in medio sanctuarii altare ita disponebatur ut circuiri posset. Duabus autem partibus altare constabat : *mensa* nempe seu *arca* et *tabula*. *Mensa* pedibus sustentabatur, in quibus intexebatur zona vel fascia tempore sacrificii, ut vidimus *Resol.* 14. Mensæ superimponebatur et inserebatur tabula, fere similis, ut putaverim, aræ lapideæ altarium nostrorum portatilium. Tabula ista non tegebat totam superficiem mensæ, ut patet ex Joannis Maronis verbis : « Sacerdos hostiam panis primum ponit ad sinistram suam » intra patenam extra tabulam, calicem vero ad dexteram suam in » altero latere infra tabulam... Quod vero super altare elata sint » (panis et vinum) et extra tabulam collocata, Deo oblata esse, sed » nondum consecrata indicat. » S. Joannis Maronis *Expositio Liturgiæ S. Jacobi* c. XVIII.

Digitized by Google

In altari reliquias sanctorum collocari, nefas erat. Nec, ubi altare consecrabatur, reliquiæ in eo includebantur.

4. Agendum nunc est de significatione mystica altaris, quam sic explicat S. JOANNES MARO in *Expositione Ministerii oblationis D. Jacobi* cap. XIV : « altare ipsum Emmanuelem, juxta sancti Dionysii sententiam, exprimit; alii vero altare crucem exhibere, aïunt, super quam ipse Dominus, et victima mactatus est, atque oblatus. Quod ad altaris etymologiam attinet, hoc sane nomen *madbeha* altare a *debha* sacrificio provenit, simili prorsus modo ac oblationis vocabulum, a re oblata, et in eminenti loco posita derivatur. »

« D. Joannes Chrysostomus in altari, Christi sepulcri symbolum agnoscit, quam traditionem ipsa altaris species ac structura comprobat. Nam altaris longitudo a septentrionali ad australem plagam consistit, ad similitudinem ejus sepulcri, in quo, secundum Hebræorum consuetudinem, Dominus noster conditus fuit. Quia vero per altare sepulcrum significatur : Christus autem semel in carne, non multoties, sepultus est; idcirco semel in die super uno altari oblationem peragere solemus. »

« Altare itaque Emmanuel, qui est arbor vitæ, denotat, crucem significat, ac sepulcrum repræsentat. Spiritualiter autem, per visibile altare, illud invisibile intelligimus; quemadmodum per præsentem sacerdotem, summum illum pontificem, ac per oblationem quæ peragitur, eum agnoscimus, qui oblatio pro nobis fieri dignatus est. Tabula pariter et ipsa, quandoquidem altare appellatur, ac ut plurimum ex lapidibus construitur, quia Jesus est lapis, quem reprobarunt ædificantes, et ipse factus est in caput anguli, nec in aliquo alio est salus... Aliquando vero tabula ex lignis politis constituebatur, quia salvator noster lignum vitæ appellatus est. »

5. De consecratione altarium, et quo ritu perficienda sit agit BAR-HEBRÆUS in *Nomoc.* cap. I. sect. 6, ubi congerit canones Adæi, Severi, Joannis Telæ, Cyriaci Patriarchæ, Cyriaci Amidæ, Rabulæ, Theodosii, et Jacobi Edesseni. Quæ BAR-HEBRÆUS ex TELENSI et ex EDESSENO profert, decerpta sunt ex textibus, quos in lucem proferimus. Istorum canonum summa hæc est : ad consecrationem altaris necessario requiri episcopum; mensam altaris simul cum tabula esse consecrandam; non posse sacerdotes offerre sacrificium absque tabulis consecratis; et, ubi templum consecratum non sit, huc mittendam esse tabulam consecratam; altare confractum non posse amplius inservire.

*Canon Severi* : « Fas non est presbytero, ut altare ungat : quod si

Digitized by Google

» alicubi fixum sit et unctum altare, ac voluerit ipsum in alium » locum transferre, jussu episcopi transferat. » Præcipit deinde Severus, ut si unctio altaris sit dubia, ungatur sub conditione; idcirco jubet Bar-Hebræus tabulæ inscribi nomen consecrantis.

*Alius canon Severi* : « Si tempus sit calamitosum, neque possit » consecrari ecclesia, altare, hoc est, tabulam sanctificatam mittimus ad presbyteros, ut ponant in templis, quæ uncta non fuerint, » et ministrent super eam. Si tabula sanctificata posita fuerit super » mensam non sanctificatam, et oblatum sit super eam, non exinde » sanctificata est mensa, sed oportet et ipsam mensam sanctificari. » Tabula depicta non sanctificetur. »

*Canon Joannis Patriarchæ* : « Altare perfectum condatur in loco » mundo, et si aliquid ex eo fractum sit, in diaconio ponatur. Presbyter qui sine altari, hoc est tabula sanctificata, obtulit, abscindatur a communione. Presbytero non licet offerre super lapide, et » mensa lignea, qui sanctificati non sunt, neque super panniculo, » aut pelle. » Tradit deinde Bar-Hebræus ordinem consecrationis altaris et ecclesiæ.

—

## XXXIV. *De Ecclesiastica Hierarchia.* Annot. XXXIV ad pag. 157.

—

ܕܪ̈ܓܐ ܕܟܝܪܘܛܘܢܝܐ *gradus chirotoniæ*, seu *gradus, quem in ecclesiastica hierarchia confert impositio manuum episcopi ordinantis.* Gradus ecclesiasticæ hierarchiæ alibi vocantur ܕܪ̈ܓܐ ܥܕܬܢ̈ܝܐ *gradus ecclesiastici*, sæpius ܛܟܣ̈ܐ ܥܕܬܢ̈ܝܐ *ordines ecclesiastici*, quandoque etiam ܬܓܡ̈ܐ ܥܕܬܢ̈ܝܐ *agmina ecclesiastica.* Vid. Ebed-Jesu *Canon. Collect.* ap. Maï *Script. Vet. Nov. collect.* t. X. p. 264, 269, 270, 275. Quandoque tamen discernunt Syri *ordinem* a *gradu.* Sic Ebed-Jesu in ecclesiastica hierarchia tres tantum *ordines* recipit, qui iterum in tres *gradus* dividuntur. Cæterum valde dissentiunt inter se Nestoriani, ubi de natura vel numero ordinum ecclesiasticorum sermonem instituunt, ut videre est apud Assemanum in *Biblioth. Orient.* t. III. part. 2. ap. 791, et ap. Morinum de *sacris ordinationibus* p. 489 sqq.

Digitized by Google

dines autem, qui in ecclesia Jacobitica peculiarem habent ordinem, sunt : 1. ܡܙܡܪܢܐ *cantor*; 2. ܩܪܘܝܐ *lector*; 3. ܐܦܘܕܝܩܘܢܘܣ *iaconus*; 4. ܡܫܡܫܢܐ *diaconus*; 5. ܪܝܫ ܡܫܡܫܢܐ *archidiaco-* 6. ܩܫܝܫܐ *presbyter*; 7. ܟܘܪܐܦܝܣܩܘܦܐ *chorepiscopus*; 8. ܣܥܘܪܐ *ıtor* seu *periodeutes*; 9. ܐܦܝܣܩܘܦܐ *episcopus*; 10. ܡܝܛܪܦܘܠܝܛܐ *opolita*; 11. ܦܛܪܝܪܟܐ *patriarcha*.

ıorepiscopi et Periodeutæ una eademque est ordinatio. Item, cum ›us quibusdam differentiis, eadem est ordinatio Episcopi, Metro-æ et Patriarchæ. Sex tantummodo ordines recenset Bar-Hebræus, pe : Cantoratum, Lectoratum, Subdiaconatum, Diaconatum, byteratum, et Episcopatum. Ex quibus tres quidem Ordines res inter minores reputantur, reliqui majores appellantur.

pud Syros Maronitas Hierarchia componitur ex Cantore, Lectore, liacono, qui etiam munus Ostiarii et Acolythi adimplet, Diacono, ıidiacono, qui simul munus œconomi exercet, Presbytero, Perio-ta, Churo, Chorepiscopo et Archipresbytero, Episcopo, Metropo-, et Patriarcha; isti tamen non constituunt singuli ordinem rsum. Nec differt ab Episcopo Metropolita, quantum ad Ordinem rdinationem, sed tantum quoad Jurisdictionem et Gradum. Cæım vide Assemani *Cod. Liturg.* t. IX et X.,

—

**ıXXV. *De Superstitionibus apud Syros.*** Annot. XXXV ad pag. 137.

—

icut apud alias gentes, ita et apud Syros variæ viguere supersti-ıes, quarum nonnullas enumerat et damnat Jacobus Edessenus *ol.* 33-48. Idem cum Edesseno de superstitionibus sentiunt alii orum scriptores, quorum testimonia referre juvabit.

ܡܠܘܐܐ ܕܗܝܡܢܐ : ܫܡܥܘܢ ܗܘܘ ܠܘܬ ܗܝܡܢܐ ܕܐܝܠܐ ܕܢܦܠܐ ܕܟܪܝܟ
ܐܘ ܡܫܡܫܢܐ ܫܡܘܪܬܐ ܕܚܡܝܪܐ : ܐܘ ܕܐܬܠ ܠܚܡܫܐ ܣܘܪܝܐ ܘܡܘܪܒܬܐ ܘܡܠܟܝ
ܘܡܢ ܠܚܝܠܬܐ ܘܠܚܡܫܐ ܡܠܟܐ : ܘܠܡܠܟܘܬ ܕܐܣܝܪܝ ܐܠܗܝ ܕܠܐ ܚܕ
ܠܐܠܗܐ : ܘܐܦ ܗܘ ܐܝܟ ܝܘܚܢܐ ܕܠܐ ܚܙܐ ܠܗ ܠܐܠܗܐ : ܠܡܠܟܐ
ܠܡܫܡܫܢܐ ܘܠܐ ܠܡܫܡܫ ܡܢ ܥܡܘܫܬܗ ܀

« *Canon Apostolorum* : Constituerunt rursus Apostoli, ut ille, qui » jurat et mentitur et falsum testimonium dicit, aut abit ad magos » et divinos et chaldæos, et observat sortes et nativitates, et omne » quod tenent illi qui ignorant Deum, sit etiam ipse, sicut ille qui » non novit Deum, et a ministerio deponatur, nec in eo amplius » ministret. » Ap. D. Lagardium, *Reliquiæ Syriacæ* p. 36. Cf. Ebed-Jesu *Epitome Canonum apost.* p. 170.

ܩܢܘܢܐ ܝܚ : ܩܫܝܫܐ ܐܘ ܡܫܡܫܢܐ ܐܘ ܐܢܫ ܕܡܢ ܕܪܓܐ ܟܗܢܝܐ ܥܕܬܢܝܐ
ܡܬܡܢܐ ܚܪܫܐ : ܐܘ ܩܨܘܡܐ ܐܘ ܡܢܚܫ ܐܣܘܪܐ : ܐܘ ܦܠܚ ܠܫܐܕܐ ܘܡܢܚܫ
ܘܟܬܒ ܩܡܝܥܐ ܘܩܛܪ ܩܛܪܐ . ܐܘ ܡܗܝܡܢ ܚܢܦܐܝܬ ܠܚܘܫܒܢܐ
ܕܟܘܟܒܐ : ܗܢܐ ܕܐܣܛܪܘܠܘܓܝܐ ܡܬܩܪܝܐ : ܢܦܠ ܡܢ ܬܫܡܫܬܐ ܕܟܘܡܪܘܬܗ
ܠܓܡܪ . ܥܠܡܝܐ ܕܝܢ ܢܬܚܪܡ ܘܢܬܦܣܩ ܡܢ ܟܠܗ ܫܘܬܦܘܬܐ ܕܥܡ
ܡܗܝܡܢܐ ܀

« *Canon œcumenicorum* 18 : Presbyter, aut diaconus, aut quilibet » in catalogo graduum ecclesiasticorum recensetur, qui fuerit prestigiator, aut divinator, aut ariolus, aut cultor dæmonum, aut sortilegus, aut incantationes scribens, aut nodos contexens, aut crediderit ethnico more stellarum rationi, quæ astrologia vocatur; ille, » qui aliquid ex prædictis exercet, omnino removeatur a ministerio » sacerdotii sui. Sæcularis autem anathematizetur, et abscindatur ab » omni communione cum fidelibus. » Vid. Ebed-Jesu *Canon. Synod. collect.* tr. VI. c. 6, Ap. Em. Card. Maï *Nov. Scriptor. Vet. collect.* t. X. p. 118 et 282.

Non tantum clericis, sed etiam fidelibus superstitiones interdicuntur :

ܢܥ . ܟܠ ܐܝܠܝܢ ܕܐܙܠܝܢ ܠܘܬ ܚܪܫܐ ܘܩܨܘܡܐ . ܕܢܫܐܠܘܢ . ܢܬܦܪܫܘܢ ܗܟܢ
ܠܙܕܩܐ ܕܥܕܪܐ ܘܦܩܝܕ ܕܠܐ ܢܬܠܡܝܘܢ ܐܝܟ ܡܢ ܡܬܚܫܚܢܐ ܥܠ ܬܘܕܝܬܐ
ܕܚܢܦܐ ܗܟܢܐ ܐܘ ܐܢܬܬܐ ܕܒܪܘܣܡܐ ܐܬܝܗܒܬ ܡܠܟܐ ܕܡܠܟܘܬܗ
ܦܪܫܘܬܐ . ܐܬܦܪܫܬ ܠܒܝܬ ܡܘܬܐ ܕܟܠܗ ܒܪܘܗ ܢܦܫ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܐܝܠܝܢ . ܘܡܢ ܐܬܬܚܬ
ܠܡܚܝܐ ܘܦܘܪܫܢܐ ܕܒܢܝܐ ܡܢ ܡܬܪܘܬܐ ܟܪܝܘܬܐ ܘܐܢܐ ܠܐ ܗܘܐ ܡܢ ܩܨܘܡܐ
ܘܡܚܒ ܘܚܪܫܐ ܘܩܨܘܡܐ ܘܩܘܡܝܐ ܘܣܡܡܢܐ ܘܦܘܪܫܢܐ ܘܩܨܘܡܐ
ܠܐܢܬܬܐ ܣܡܝܟܐ ܢܬܚܪܡ ܘܡܬܪܚܩ ܡܢ ܥܕܬܐ ܠܥܠܡ ܐܘ ܐܣܝܪܐ
ܢܗܘܐ ܚܣܝ ܡܢ ܐܝܠܝܢ ܘܫܬܩܝܢ ܠܓܡܪ ܘܠܐ ܢܫܒ ܗܟܢ ܐܦܠܐ ܗܘ

ܠܥܒܕܘܬܐ ܠܐܠܗܐ ܡܢܟܣ ܗܘܐ ܦܠܚ ܕܠܦܓܪܐ ܗܘ . ܗܘܐ ܥܡܝܪܐܝܬ . ܘ
ܗܘ ܡܢ ܠܥܒܕܘܬܐ ܕܚܪܫܐ ܐܝܟ ܗܘܐ ܘܦܠܚ ܠܗܠܝܢ ܡܫܠܐ ܗ:
ܘܡܢܚܬܐ ܘܡܬܢܟܦܐ . ܘܡܫܡܫܬܐ ܘܡܝܬܐ ܗܘܐ ܥܠ ܥܒܘܕܝܗܘܢ ܘܡܩܛܠܢܘܬܐ . ܗ
ܟܡܐ ܡܠܘܠܝܢ ܠܡܬܪܕܘ ܒܫܘܛܐ ܕܡܠܬܗ ܕܐܠܗܐ ܐܝܟ ܕܢܬܠܝܘܢ . ܘܒܥܘܒܗ
ܢܬܒܥ ܒܡܐܐ ܢܦܪܥܘܢ ܐܢܠܝܢ ܕܡܢ ܪܘܚܐ ܐܠܗܝܬܐ ܠܬܫܡܫܬܐ ܕܡܝܩܪܬܐ
ܡܫܠܡܝܢ ܠܗܠܝܢ ܕܪܘܚܐ ܘܒܗܠܝܢ ܕܫܦܝܪܢ ܠܣܛܢܐ ܡܬܗܦܟܝܢ . ܘܠܐܝܩܪܗ ܕܐܠܗܐ ܣܓܝܕܐ
ܡܪܓܙܝܢ . ܘܡܛܠ ܕܠܐ ܫܦܝܪ ܕܗܘܕܡܐ ܕܡܫܝܚܐ ܗܕܡܐ ܕܚܛܝܬܐ ܢܗܘܘܢ . ܐܢܫܝ
ܐܠܝܢ ܘܕܡܝܐ ܠܗܘܢ ܐܣܝܪܝܢ ܒܡܠܬܗ ܕܡܪܢ . ܡܢ ܡܫܬܘܬܐ ܕܐ
ܪܙܐ ܩܕܝܫܐ ܘܡܢ ܫܘܬܦܘܬܐ ܘܡܥܡܪܐ ܕܥܡ ܟܪܝܣܛܝܢܐ ܕܝܪ̈ܬܘܬܗ ܕܝܫܘܥ
ܡܫܝܚܐ ܀

« *Canon 22 Johannis : De iis qui magos et incantatores adeunt.* Placuit Spiritui sancto et præcepit, ut homo Christianus filius confessionis Christi, sive vir sive mulier fuerit, qui sancti baptismatis regio signaculo signatus est, et in familiam Dei cooptatus est per filium ejus Jesum Christum, in quo et obsignatus fuit in die salutis (redemptionis) ; homo (inquam talis) potestatem non habeat declinandi a pretiosis (honorandis rebus) ecclesiasticis, et adeundi ariolos, magos, incantatores, ariolos, divinatores, sortilegos, atque sortibus, atque auspiciis, aliisque malis artibus ullo modo aut opere uti possit, ac mercibus quæ ipsum (adeuntem et consulentem) elongent a Deo, aut alios ejus sodales; nam neque lex vetus, quæ carni deserviebat, hæc permittebat, sed omnia reprobabat, removebat ac ut fæda habebat, severissimeque animadvertebat in talium operatores, iisque minas intentabat : quanto magis verbi Dei flagellis maxime castigari debent, et in sinu suo centuplum persolvere jubendi sunt illi, qui cum a Spiritu sancto concreditum acceperint ministerium rerum venerabilium, relinquunt ea quæ Spiritus sunt, et in eis, quæ placent Satanæ, versantur, atque adorandi Dei majestatem irritant. Quoniam vero nefas est, ex membris Christi membra fieri peccati, idcirco homines prædicti, et eorum similes ligati sint in verbo Domini nostri, a perceptione sanctorum mysteriorum, et a communione et consuetudine cum christianis Jesu Christi hæreditatis filiis. » EBEDJESU lib. cit. tract. V. c. 22. Similia leguntur apud BAR-HEBRÆUM *Nomoc.* c. VII. sect. 8, et c. XXXIV. sect. 3.

« *Canon Jacobi Edesseni :* Illi qui incantant, et dicunt quod orant,

» et stringunt vincula, aut sortes jaciunt, et libellos pro morbis scri-
» bunt, alieni sunt a christianitate : similiter et illi qui ligant, aut
» solvunt virum a muliere, incantatores sunt : et presbyter, qui
» recitat verba ex Davide, ne descendat grando super campum, se-
» ductor est. Non licet in congregationibus nobiles civitatum legere
» libros : sed id fiat a lectoribus, qui ministrant et recte legunt :
» neque etiam canant, nisi psaltæ, qui benedicunt. »

« *Canon Georgii* : Quicumque utitur ligaturis, aut sortibus, aut
» incantationibus, sit anathema. »

« *Canon Cyriaci Patriarchæ* : Clericus, qui utitur ligaturis, aut
» sortibus, deponatur : et quicumque pergit ad divinatores, aut
» incantatores, aut sortilegos, aut scriptores libellorum pro febri-
» bus, etc. separetur. »

« *Canon Jacobi Edessæ* : Monachus non debet accipere responsum
» ex Evangelio, aut ex Davide, aut ex sortibus, quæ dicuntur Apos-
» tolorum. »

« *Canon Bar-Hebræi* : Magi apostatæ sunt verbis et operibus, et
» idcirco non vivant. Magum siquidem ne vivere sinas, dicit Do-
» minus. » Ratio autem quare reprobetur superstitio et magia, hæc est : quia magia quædam veluti idolatria est, in qua homo creaturæ eam tribuit vim, quæ soli Deo inest; ut præclare dicitur in *Constitutionum Apostolicarum* l. VII. c. VII. ap. Migne *Patr. græc.* t. 1. col. 1003; Cf. Jacobi Edesseni *Resol.* 41. Superstitiones damnat etiam concilium Ancyranum, can. 23; concilium Laodicenum, can. 36.

—

## XXXVI. *De Dæmoniacis.* Annot. XXXVI ad pag. 141.

—

Dæmones, Deo permittente, hominum vel animalium corpora sæpe invasisse, veritas est, quam testantur litteræ tum sacræ tum profanæ. Nullæ autem res corporales, nulla verba, nullus homo dæmonem ex possessione sua, nisi potestate divina adjuvetur, dejicere potest. Et hinc est quod, ut divinitatem suam probaret Christus, ad potestatem suam in dæmoniacos provocabat. Fit autem aliquando, ut callidus hominum perditor, ad fallendos incautos eosque perdendos, hominem sibi per pactum devincat, et ab eo se ejici simulet; et sic vel Magum fallat, vel adstantes decipiat. Et hoc est quod hic damnat Edessenus

mnant cum eo theologi catholici, ut videri potest apud Delrio
*uisitionum Magicarum* l. 2. quæst. 30. ubi fuse et docte hanc
ositionem demonstrat : « 1° Nihil Magis esse potestatis in malos
iritus nisi ex pacto. Fingunt itaque dæmones se a magis cogi,
ibus sponte obtemperant, ut plures irretiant et retineant irre-
os. 2° Sanctos homines frequentissime coercendi Dæmones a
o potestatem admirabilem accepisse. » De iis qui, potestate
o accepta et adhibitis precibus ab Ecclesia statutis, dæmones
llunt, non agit hoc loco Edessenus, sed de iis insigne testimo-
ı præbet S. Clemens Romanus, *Epistola* 1 *ad Virgines* cap. 12
'erbis :

ܘܠܘܬ ܕܝܢ ܐܦ ܗܕܐ ܝܐܝܐ ܘܙܕܩܐ ܘܫܦܝܪܐ ܠܐܚܐ ܕܒܡܫܝܚܐ ܐܝܟܢܐ ܕܣܥܪ
ܕܢܣܥܪܘܢ ܠܐܝܠܝܢ ܕܡܫܬܢܩܝܢ ܡܢ ܪܘܚܐ ܒܝܫܬܐ ܘܡܨܠܝܢ ܘܡܫܒܥܝܢ
ܥܠܝܗܘܢ ܒܡܘܬܪܢܘܬܐ . ܒܨܠܘܬܐ ܕܡܩܒܠܢ ܩܕܡ ܐܠܗܐ : ܠܐ ܒܡܠܐ ܡܨܒ
ܘܣܓܝܐܬܐ ܕܚܫܝܒܢ ܘܡܬܛܝܒܢ . ܐܝܟ ܕܢܬܚܙܘܢ ܠܒܢܝܢܫܐ ܕܡܠܝ
ܐܝܬܝܗܘܢ ܡܡܠܠܢܐ . ܘܕܟܝܪܝܢ ܠܛܘܒܐ ܕܗܢܘܢ ܕܝܢ ܐܝܟ ܐܒܘܒܐ ܕܙ
ܘܡܙܡܪ ܠܐ ܡܥܕܪܝܢ ܠܐܝܠܝܢ ܕܡܫܒܥܝܢ ܥܠܝܗܘܢ : ܐܠܐ ܒܡܠܐ ܕܚ
ܡܕܚܠܢ ܘܡܕܚܠܝܢ ܠܒܢܝܢܫܐ : ܘܠܐ ܥܒܕܝܢ ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܕܫܪܪܐ
ܐܝܟ ܝܘܠܦܢܗ ܕܡܪܢ ܕܐܡܪ : ܕܗܢܐ ܓܢܣܐ ܠܐ ܢܦܩ ܐܠܐ ܒܨܘܡܐ ܘܒܨܠܘ
ܐܡܝܢܬܐ ܘܒܪܥܝܢܐ ܟܢܝܫܐ ܘܡܨܠܝܢ ܗܟܝܠ ܩܕܝܫܐܝܬ ܘܫܐܠܝܢ ܡܢ
ܒܚܕܘܬܐ ܘܒܟܠܗ ܢܟܦܘܬܐ ܘܕܟܝܘܬܐ ܕܠܐ ܣܢܐܬܐ ܘܕܠܐ ܒܝܫܘܬܐ ✣

Porro etiam hoc convenit fratribus in Christo, et pulchrum atque
corum ipsis est, ut visitent eos, qui a malis spiritibus vexantur;
que orent et adjurationis super eos faciant utiliter, (adhibitis
quam) precibus, quæ acceptæ sint coram Deo, non vero verbis
lendidis multisque, studio compositis atque præparatis, (in eum
em) ut hominibus appareant eloquentes ac felicis memoriæ;
nt autem *similes tibiæ sonanti*, *aut tympano tinnienti*, et nihil
vant eos super quos adjurationes faciunt, sed tantum proferunt
rba terribilia, quibus homines terrificant, non vero agunt ibi
m vera fide secundum doctrinam Domini, qui dixit : *hoc genus*
emoniorum) *non exit*, *nisi* (adhibitis) *jejunio ac precibus* con-
uis atque intinta mente (peractis). Itaque sancte orent petantque
Deo (id quod desiderant), cum alacritate omnique sobrietate et
stitate, sine odio et malitia. » Vid. S. Clementis *Rom. epist. binas.*

*de Virgin.*, quas Syriace et latine cum notis doctissimis edidit Ill. D. Beelen, *Epist.* 1ª c. XII. Lov. 1856.

---

## XXXVII. *De vita et honestate Clericorum.* Annot. XXXVII ad pag. 1..

---

Quamvis ex Syrorum aliarumque Orientalium nationum disciplina permittatur Diaconis et Presbyteris, non autem Episcopis, uxores retinere, quas duxerunt, antequam ad sacros ordines promoverentur; tamen variis canonibus cautum est, ut clerici omnino irreprehensibiles sint, vitamque agant omnimoda honestate ornatam. Hinc :

1° Vetitum est, ad ordines ecclesiasticos promovere illum, « qui » viduam et ejectam acceperit, aut meretricem, aut ancillam, vel » aliquam de his, quæ publicis spectaculis mancipantur. Non potest » esse Episcopus aut Presbyter aut Diaconus, aut ex numero eorum, » qui ministerio sacro deserviunt. »

« Ille qui post baptisma secundis nuptiis fuerit copulatus, aut » concubinam habuerit, non potest esse Episcopus, non presbyter, » non Diaconus, aut prorsus ex numero eorum, qui sacro ministerio » deserviunt. »

« Qui duas in conjugium sorores acceperit, vel filiam fratris, cle- » ricus esse non poterit. » Vid. *Canones Apostolorum* 17, 18, 19 et 21. Versionem latinam, quam fecit Dionysius Exiguus adhibuimus. Consentiunt versiones Syriacæ, quæ inveniuntur in *Reliquiis Juris ecclesiastici antiquissim. Lagardii* p. 48, et in *Epitome Canonum apostolorum Ebed-Jesu* ap. Em. Card. Maï *Scriptor. Vet. Nov. collect.* t. X. can. 15, 16, 17, 59. p. 176, 181. Vid. etiam *Concilii Ancyrani* can. 9; *Concil. Neocæsariensis* can. 9; *Concil. Chalcedonensis* can. 14. *Synod. Libaniens.* ap. Asseman. in *Cod. Liturg.* t. X. p. XXXV sqq.

2° Clericus qui castitatem non servat, canonum censuræ subjicitur: « Episcopus, aut presbyter aut diaconus, qui in fornicatione, aut » mendacio, aut furto deprehensus fuerit, deponatur, et non segre- » getur : dicit enim scriptura non vindicabis bis in idipsum : similiter » et reliqui clerici. Illi qui ad clerum venerunt ex non conjugatis, » præcipimus, quod si velint conjugari, lectores et cantores tantum » sint. » Ap. Ebed-Jesu *Epitome can. apost.* can. 24 et 25. p. 10. Labbe *Conciliorum collect.* t. I. p. 49. can. 25, 26 et 27.

Digitized by Google

canone primo concilii Neocæsariensis statuitur : « Presbyter aut conus, qui uxorem ducit, cadit e gradu suo : et si fornicatio- n, aut adulterium commiserit, multo magis deturbetur. » Ap. IEBRÆUM in *Nomoc.* cap. VII. sect. 4. Cf. LABBE *Concil. collect.* . 1513. Rigidior videtur in sua Resolutione EDESSENUS; nam non m statuit talem clericum esse deponendum, sed etiam commu- privandum. Forte tamen major ista severitas provenit ex eo, in casu, simul cum adulterio, adfuit abusus verbi Dei. Loquitur ENUS de presbytero adulterium perpetrante, quia presbyteri Orientales, antequam ordines suscipiant, uxores ducunt, easque ordines susceptos retinent.

vero matrimonium non inierunt antequam ordines susciperent, a uxorem ducere nequeunt. Sive autem clerici uxores habeant, non, omnimodam morum honestatem servare debent, ita ut rehensibiles sint. Vid. BAR-HEBRÆI *Nomoc.* cap. VII. sect. 4 et 5; -JESU *Nomoc.* tract. VI. cap. 6.

---

## XXXVIII. *De Tintinnabulis.* Annot. XXXVIII ad pag. 151.

---

um Mahumetana gens campanas nostras prohibeat, Orientales ibique tintinnabulis ex ligno confectis utuntur, ad convocandos clesiam fideles. Originem formamque tintinnabuli describunt sius in *Chronico*, et BAR-SALIBÆUS in *Expositione Missæ.* Uter- vero ex mente Orientalium tintinnabuli originem ad Noemi tempora refert. DIONYSII verba accipe : Sic inducit Deum ad um loquentem :

ܥܒܕ ܠܟ ܢܩܘܫܐ ܡܢ ܩܝܣܐ ܕܐܫܟܪܥܐ ܕܠܐ ܡܬܐܟܠ : ܐܘܪܟܗ
ܐܡ̈ܝܢ ܘܦܬܝܗ ܐܡܬܐ ܘܦܠܓܗ : ܘܐܪܙܦܬܐ ܡܢܗ : ܘܩܘܫ ܢܩܫ ܒܗ
ܬܠܬ ܒܝܘܡܐ : ܚܕܐ ܒܨܦܪܐ ܕܢܬܟܢܫܘܢ ܦܥ̈ܠܐ ܠܥܒܕܐ ܕܩܒܘܬܐ ܘܚܕ
ܕܛܗܪܐ ܠܡܐܟܘܠܬܗܘܢ ܘܚܕܐ ܒܪܡܫܐ ܕܢܬܬܢܝܚܘܢ ܀

Fac tibi tintinnabulum ex ligno buxeo cariei haud obnoxio, lon- udinis trium cubitorum, et latitudinis unius cubiti cum dimidio, malleum ex eodem : et pulsa illud ter singulis diebus : semel

Digitized by Google

» scilicet mane, ut artifices ad arcæ opus congregentur : et me
» ut cibum capiant : et semel vespere, ut requiescant. »

Audiamus nunc Bar-Salibæum eadem tradentem :

ܐܝܟܐ ܕܝܢ ܝܠܦܬܘܢ ܕܬܩܫܘܢ ܢܩܘܫܐ. ܘܐܡܪܝܢܢ ܕܟܬܝܒ
ܒܣܓܝ̈ܐܬܐ ܡܫܬܥܝ̈ܬܐ ܗܝ. ܕܦܩܕܗ ܠܗ ܐܠܗܐ ܠܢܘܚ ܕܢܥܒܕ
ܬܐ ܦܩܕ ܢܥܒܕ ܢܩܘܫܐ. ܘܒܨܦܪܐ ܢܩܫ ܗܘܐ ܗܘ ܘܡܬܟܢܫܝܢ
ܐܘܡܢܐ ܠܥܒܕܐ ܕܩܒܘܬܐ. ܘܒܦܠܓܗ ܕܝܘܡܐ ܕܢܣܒܘܢ ܡܐܟܘܠܬܐ
ܫܐ ܕܢܬܢܝܚܘܢ ܡܢ ܥܡܠܐ ..... ܬܘܒ ܐܡܪܝܢܢ ܕܘܠܐ ܢܩܘܫܐ
ܫܐ ܥܠ ܕܝܬܝܪ ܡܢ ܩܠܐ ܕܒܪܢܫܐ ܡܛܐ ܠܡܫܡܥܬܐ ܘܡܙܡܢ
ܡܐ ܠܨܠܘܬܐ. ܗܟܢܐ ܩܠܐ ܕܢܚܫܐ ܚܣܝܢ ܗܘ ܘܚܪܝܦ ܘܡܥܝܪ ܠܫܡܘ̈ܥܐ
ܒܐ ܝܬܝܪ ܡܢ ܩܠܐ ܕܒܪܢܫܐ ܀

ܢܩܘܫܐ ܒܫܘܪܝܐ ܕܨܠܘܬܐ ܘܬܫܡܫܬܐ ܐܝܟ ܕܢܟܢܫ ܠܓܡܝܪ̈ܐ
ܬܐ ܠܡܦܠܚܘܬܐ ܕܢܬܟܬܫܘܢ ܥܡ ܐܣܩܘܒܠܐ. ܘܡܬܟܢܫܝܢ ܟܪ̈ܣܛܝܢܐ
ܬܐ ܐܝܟ ܠܦܪܓܡܛܝܐ ܕܚܝ̈ܐ. ܘܡܬܢܩܫ ܬܘܒ ܢܩܘܫܐ ܐܝܟܢܐ ܕܟܕ ܫܡܥܝܢܢ
ܗ ܢܬܥܗܕ ܕܒܩܝܣܐ ܥܒܪܢ ܦܘܩܕܢܐ ܘܐܬܦܩܢ ܡܢ
ܝܣܐ ܘܒܩܝܣܐ ܕܙܩܝܦܐ ܗܘܐ ܠܢ ܦܘܪܩܢܐ ܡܢ ܚܛܝܬܐ ܘܡܢ ܥܒܪ ܦܘܩܕܢܐ ܀

« Sed undenam didicistis tintinnabulum pulsare? Respond
» scriptum est in pluribus historiis, quod cum jussit Deus No
» arcam fabricare; eidem etiam mandavit tintinnabulum constr
» et illud quidem pulsabatur mane, ut operarii ad opus arcæ
» gregarentur, meridie vero, ut cibum sumerent; vespere a
» ut a labore requiescerent. Item dicimus tintinnabulum e
» fieri, quia altius et longius quam vox humana, ad aures p
» populumque ad orationem evocat. Similiter vox æris fortior
» acutior, auditoresque melius quam vox humana ad spi
» bellum provocat.

» Pulsatur tintinnabulum initio orationis et officii, ut perf
» orationem congreget, et milites ad decertandum cum advers
» congregantur autem christiani in ecclesiam tamquam in pr
» vitæ. Item pulsatur tintinnabulum, ut, vocem ejus audient
» memoriam revocemus, per lignum quidem nos præceptum
» gressos fuisse, et e paradiso ejectos, per lignum vero cru
» peccato et a prævaricatione liberatos. » Ap. Assemanum, *Bib
*Orient.* t. II. p. 179.

x his textibus patet ܢܩܘܫܐ Syrorum idem esse ac σημαντηριον corum, cujus varias formas erudite pro more suo describit Leo ATIUS *De Recentiorum Græcorum Templis* p. 103. Cf. Card. Bona . *Liturg.* lib. I. c. 22, et Daniel *Cod. Liturg.* t. IV. p. 199.

n tintinnabulum a Syris consecretur, nobis incompertum est, ı nullibi illius consecrationis mentionem invenerimus. In Ecclesia na signa seu campanas ab episcopo benedici, adhibitis aqua edicta, thymiamate, chrismate et orationibus, non est quin ıeamus. In orationibus autem quas episcopus super campanas itat, exprimitur illas, cum ad alios fines, tum etiam ad avertendas cellas fugandasque nubes consecrari, non quidem quod ratione uræ vim aliquam habeant ad dissipandas nubes, sed ratione edictionis, qua ordinantur ad hunc effectum obtinendum.

ion satis liquet, utrum, in duabus Edesseni *Resolutionibus*, repreıdatur usus consecrandi tintinnabula, vel tantum benedictio, quæ et cum aquis baptismi. Illud dumtaxat certum nobis est tintinnaa a Jacobitis destinari ad convocandum ad orationem populum, ıd movendum cor ad pœnitentiam.

---

## XXXIX. *De vitanda Judæorum et Ethnicorum societate.*

Annot. XXXIX ad pag. 159.

---

Syris a canonibus vetitum est inire societatem sive cum Judæis, e cum gentibus, non tantum in rebus religionis, sed etiam in ıus sæcularibus; in quibus tamen variæ a Jacobo Edesseno dantur ceptiones. Et primo quidem non licet fidelibus orare cum Judæis, que in eorum synagogas introire, neque Ethnicorum sacrificiis rticipare. Hinc in canonibus Apostolorum statuitur :

ܣܕ. ܐܢ ܐܢܫ ܩܠܝܪܝܩܐ ܐܘ ܡܗܝܡܢܐ ܢܥܘܠ ܠܟܢܘܫܬܐ ܕܝܗܘܕ̈ܝܐ
ܐܘ ܕܗܪ̈ܛܝܩܐ ܠܡܨܠܝܘ ܢܗܘܐ ܡܫܬܩܠ ܕܪܓܗ ܘܢܬܦܪܫ ✤

ܣܗ. ܐܢ ܐܢܫ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܐܘ ܡܗܝܡܢܐ ܢܨܘܡ ܥܡ ܝܗܘܕ̈ܝܐ ܐܘ ܢܥܒܕ
ܥܐܕܐ ܥܡܗܘܢ ܐܘ ܡܩܒܠ ܡܘܗ̈ܒܬܗܘܢ. ܗܢܘܢ ܕܥܐܕ̈ܐ ܕܐܝܟ ܐܝܟ ܦܛܝܪ̈ܐ
ܘܡܕܡ ܕܐܝܟ ܗܠܝܢ ∴ ܢܗܘܐ ܡܫܬܩܠ ܕܪܓܗ. ܥܠܡܝܐ ܕܝܢ ܢܬܦܪܫ ✤

Digitized by Google

ܣܓ . ܐܢ ܐܢܫ ܩܠܝܪܝܩܐ ܢܥܘܠ ܠܟܢܘܫܬܐ ܕܝܗܘܕܝܐ ܕܚܢܦܐ
ܐܘ ܠܥܕܬܐ ܕܗܪܛܝܩܐ ܐܘ ܢܨܠܐ ܢܬܦܪܫ ܀

« 63. Si quis sæcularis aut clericus introierit in Synagogam Judæo-
» rum, aut hæreticorum ad orandum, deponatur et segregetur. »

« 68. Si quis episcopus, aut clericus jejunaverit cum Judæis, aut
» festum cum eis egerit, aut receperit xenia ab eis, quæ sunt festo-
» rum, puta azyma, aut quidpiam simile, deponatur; sæcularis
» autem segregetur. »

« 69. Si quis Christianus deferat oleum ad domum (templum) ido-
» lorum ethnicorum, aut ad synagogam Judæorum, aut lucernam
» (in festis eorum, ut lucernam accendat) separetur. » Vid. Ebed-Jesu *Epitome canon. apost.* ap. Maï *Scriptor. Vet. Nov. collect.* t. X. p. 14, 15, 181 et 182. Cf. D. Lagardii *Reliquias Syriacas* p. 56. Vid. etiam *Constitut. Apost.* l. II. cap. 61 et 62; *Concilii Laodiceni canones* 37 et 39.

Secundo Syris prohibetur manducare cum Judæis :

ܕܝܘܚܢܢ ܩܢܘܢ ܫܦܪ ܠܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܘܦܩܕ . ܕܠܐ ܐܢܫ ܡܢ ܟܪ̈ܣܛܝܢܐ
ܕܚܬܝܡܝܢ ܒܚܬܡܐ ܕܬܠܬܐ ܫܡܗ̈ܐ ܕܐܒܐ ܘܒܪܐ ܘܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܘܦܓܪܗ
ܘܕܡܗ ܕܡܫܝܚܐ ܢܣܒ ܘܢܣܒ : ܕܢܐܟܘܠ ܘܢܫܬܐ ܥܡ ܝܗܘܕܝܐ ܘܢܫܬܘܬܦ
ܥܡܗܘܢ ܒܐܪ̈ܙܐ ܗܠܝܢ ܕܨܠܒܘܗܝ ܠܡܫܝܚܐ ܕܡܣܠܝܢ ܡܢܗ ܘܡܢ
ܐܒܘܗܝ ܘܪܘܚܗ ܀

ܐܢ ܐܢܫ ܡܢ ܩܫܝ̈ܫܐ ܘܡܫܡܫܢܐ ܘܒܢܝ ܩܝܡܐ ܐܟܠ ܘܫܬܐ ܥܡ ܝܗܘܕܝܐ
ܘܐܝܬ ܠܗ ܚܘܒܐ ܥܡ ܒܢܝ ܨܠܘܒܐ ܢܬܟܠܐ ܡܢ ܬܫܡܫܬܐ ܥܡ ܕܪܓܗ ܥܕܡܐ
ܕܢܚܘܐ ܬܝܒܘܬܐ ܘܢܩܒܠ ܥܠ ܢܦܫܗ ܕܠܐ ܬܘܒ ܢܥܒܕ ܠܗ ܠܗܕܐ ܀

« *Canon Johannis :* Placuit Spiritui sancto et præcepit, ne aliquis
» Christianorum consignatorum sigillo trium nominum Patris et
» Filii et Spiritus sancti, quique corpus et sanguinem Christi accepit
» et accipit, comedat et bibat cum Judæis, ac mysterium ineat cum
» iis, qui crucifixerunt Christum, reprobatis ab ipso et a Patre ejus
» ac Spiritu ipsius.

» Si quis ex Presbyteris, et Diaconis et Filiis fœderis, manducave-
» rit ac biberit cum Judæis, et habuerit caritatem cum filiis cruci-
» fixorum, repellatur a ministerio gradus sui, donec exhibeat pœni-
» tentiam, ac firmiter proponat, quod hoc amplius non sit facturus. »
Vid. Ebed-Jesu *Canon. collect.* p. 253 et 281 ap. Maï *Scriptor. Vet. Nov.*

Digitized by Google

ollect. t. X. Nolim tamen affirmare, hos canones obligare omnes Syros. Nam pro Nestorianis tantummodo a JOANNE lati fuerunt. Cæterum recolendæ hic sunt exceptiones, quas pro Jacobitis facit EDESSENUS, in *Resol.* 62, 63 et 64.

---

## XL. *De Pœnitentiæ sacramento*. Annot. XL ad pag. 165.

---

Resolutionibus 66-69 agit EDESSENUS, de peccatis pœnitentia expiandis. Sententia autem EDESSENI non adeo perspicua est, ut elucidatione non indigeat; sed hic difficultas se offert, quæ facile solvi nequit. Loquitur enim JACOBUS juxta disciplinam in administratione sacramenti pœnitentiæ suo tempore usitatam; quæ disciplina qualis eo tempore apud Syros fuerit, non omnino constat, cum præter hæc JACOBI EDESSENI dicta nulla alia illius ætatis monumenta hucusque prodierint. Quæ cum ita sint, abs re non erit quædam hic notare de sacramento pœnitentiæ apud Syros. Jam sæculo XVIII doctissimum de hac re tractatum edidit RENAUDOTIUS (vid. *la Perpétuité de la Foi* t. IV. éd. MIGNE), sed ab eo tempore multa monumenta nova prodierunt, quæ in hac re magnam lucem afferunt. Ut autem cum ordine procedamus inquiremus : 1. an Syri pœnitentiam ut sacramentum recipiant, 2. an confessionem peccatorum admittant, 3. quænam sit eorum disciplina tum in confessione excipienda, tum in absolutione concedenda, tum in satisfactione adimplenda.

1. Syri omnes pœnitentiam inter sacramenta Novæ legis recensent, ut fuse probavit RENAUDOTIUS, opere citato. Quare hic afferemus solummodo duo testimonia omnino præclara, quæ RENAUDOTIO non innotuerunt. Primum est sancti EPHRÆMI, qui sic ait :

ܡܘܕܐ ܦܩܘܕ ܡܫܝܚ ܘܐܙܠ ܕܢܬܦܠܚܘܢ ܒܪܡ ܗܘ ܡܟܝܠ ܐܫܠܡ ܟܗܢܘܬܐ ܠܫܠܝܚܐ.
ܠܫܠܝܚܘܗܝ ܠܝܗܘܢ ܗܘ ܠܡܥܕܥܘܗ ܕܡܕܪܫܐ ܕܥܒܕܐ ܠܟܠܡܢܕܘܢܘܗܝ ܕܝܫܡܫܐ ܐܦ
ܥܠܡܗ ܠܫܡܗ ܒܫܡ ܡܟܝܠ ܫܠܝܚܐ ܕܐܠܗܘܬܐ ܘܕܡܚܘܢ ܕܬܡܢܘܢ ܠܘܬ.
ܘܬܐܡܢܘܢ ܕܗܘ ܕܐܬܐܡܪ ܢܦܫܐ ܡܢܥܒܕܘܢ ܕܚܘܒ ܥܠ ܕܐܦ ܗܘ ܡܚܣܢܐ ܥܠ
ܚܛܗܝ ܡܚܣܢܐ ܠܟ: ܕܚܙܝܬ ܗܘ ܕܢܬܦܪܫ ܗܘ ܕܐܬܬܢܝܚ ܡܚܣܢܐ: ܐܘ ܗܘ
ܡܚܣܢܐ ܥܠ ܚܛܗܝ ܡܚܣܢܐ ܠܟ. ܥܒܕܐ ܗܘ ܕܥܡܪܢܐ ܕܟܡܘܬܐ ܠܫܠܡ.
ܢܦܫܐ ܚܪܗ ܕܥܒܕܘ ܡܥܡܕ ܠܟ: ܡܪܢܐ ܐܝܟ ܦܬܓܡܐ ܡܢܗ ܗܘܐ ܠܡܥܒܕܐ
ܘܥܠܝܗ. ܠܫܒܘܩܬܐ ܒܡܚܣܢܐ ܕܦܘܪܩܢܐ ܀

« Et in hoc quidem multa laborant insania, et acriter contundendi » sunt; quia unus est, qui peccantibus peccata dimittit. Frustra de » verbo illius, qui vera loquitur, arbitraria faciunt, ad suum sensum » illud detorquentes. Ille siquidem discipulis suis potestatem tradi- » dit, ut semel dumtaxat per aquas humanæ naturæ crimina expia- » rent. Qui autem ipsis concessit, ut absolverent et ligarent, simul » præscripsit, ut crimine obligatus conspectui ejus se sisteret, qui » omnia peccata dimittit, et veniam flagitaret : neque enim sine » dolore nostro nos expiat. Æquum namque est, illum perturbari et » mœrere, qui captus voluptate deliquit. Si autem qui omnia sancti- » ficat, per nostrum dolorem nos justos facit, nugas vendunt, qui de » panis frustulis justitiam nos sperare jubent. Propheta Buzi filius te » convincit, dum ait : pro veneficiorum mercede veneficiis frusta » panis dederunt. Sic, sublata pœnitentia, obsonatur ventri. » Ap. Asseman. *Bibl. Orient.* t. I. p. 120.

In quo testimonio vides omnia, quæ ad Pœnitentiam requiruntur enumerari, nempe : Contritionem : *per dolorem nostrum nos justos facit;* Confessionem : *præscripsit ut crimine obligatus conspectui ejus se sisteret, qui omnia peccata dimittit, et veniam flagitaret;* Potestatem absolvendi : *ipsis concessit ut absolverent et ligarent.* De satisfactione quidem expressis verbis non loquitur S. Ephræmus in hoc loco, sed frequenter illam memorat in suis *Parænesibus* de Pœnitentia, ubi etiam docet omnia peccata quæcumque ea sint Pœnitentia, dimitti :

ܐܢ ܪ̈ܒܘܢ ܙܒܢܝܢ ܚܛܝܬ: ܘܬܦܢܬ ܠܘܬ ܬܝܒܘܬܐ ܡܬܚܠܠܬ ܡܢ ܛܢܦܘܬܟ
ܘܡܬܚܣܝܢ ܣܟܠܘܬܟ ܠܟ: ܘܐܝܟܢܐ ܕܢܦܠܬ ܐܢܬ ܗܘ ܨܒܝܢܟ ܗܘܐ ܐܦ ܕܬܬܩܘܡ
ܐܢ ܨܒܐ ܐܢܬ. ܟܠ ܕܐܢܫ ܚܛܐ ܐܢ ܢܬܦܢܐ ܥܓܠ ܘܢܒܥܐ ܚܘܣܝܐ ܦܬܝܚ ܗܘ
ܬܪܥܗ ܕܐܣܝܐ ܘܠܐ ܐܚܝܕ ܡܢ ܬܝ̈ܒܐ .

« Si per vices decies mille peccaveris, et ad pœnitentiam conversus fueris, inde tuis lotus sordibus et sceleribus expiatus redibis. » Et sicut cadere tui fuit arbitrii, sic te ipsum erigere vales, si velis. » Quisquis igitur peccaverit, si propere convertatur et veniam poscat, medici patent fores, quæ pœnitentibus non clauduntur. » S. Ephræmi *opp.* t. III. p. 391. Romæ 1743.

Audiatur etiam Nestorianorum Doctor Ebed-Jesu. Is in libro *Margaritæ*, postquam docuit esse septem Ecclesiæ sacramenta : Sacerdotium, sanctum Baptisma, Chrisma unctionis, Oblationem corporis et sanguinis Christi, Remissionem peccatorum, Fermentum et Signum vivificæ crucis (errat quoad duo posteriora), de Pœnitentia hæc dicit :

ܟܝܢܐ ܚܠܝܫ ܐܢܫܝܐ ܡܚܝܒܐ ܗܘ ܘܡܬܛܠܝܢܘܬ ܘܠܐ ܠܡܫܬܟܚܘ : ܘܡܛܠ
ܟܘܪܗܢܐ ܠܡܬܢܣܝܘ ܠܐ ܡܫܟܚܐ . ܡܛܠ ܗܢܐ ܐܣܝܘܬܐ ܟܗܢܘܬܐ ܐ
ܬܝܗܒܬ ܠܗ ܠܐܢܫܐ . ܐܝܟ ܕܢܣܝܘܢ ܟܠ ܡܚܘܬܐ ܕܠܐ ܐܓܪ ܠܡܣܝܘܬܗܘܢ ܟܕܐܡܪ
ܕܠܐ ܡܣܬܢܩܝܢ ܐܣܝܐ ܠܚܠܝܡܐ ܐܠܐ ܠܐܝܠܝܢ ܕܒܝܫ ܒܝܫ ܠܒܪܝܐ
ܡܗܝܡܢܐ ܕܝܢ ܟܡܐ ܕܡܬܢܟܝܢ ܡܢ ܟܝܢܐ ܡܬܬܪܝܨܢܐ ܕܠܐ ܚܠܝܡ ܐܝܟ ܡܚܘܝܢ
ܕܢܐܬܘܢ ܐܢܫܐ ܗܘ ܕܠܐ ܡܫܬܟܚ ܡܢ ܟܠ ܕܟܘܪܗܢܐ ܐܣܝܘܬܐ ܡܚܘܝ
ܠܡܬܝܢܘܢ . ܘܠܐܣܝܘܬܐ ܕܪܘܚܐ ܢܩܒܠܘܢ ܠܗܘܢ ܐܝܟܢܐ ܕܬܪܥܝܬܐ ܘܟ
ܕܬܝܒܘܬܐ ܚܘܠܡܢܐ ܕܪܘܚܐ ܠܡܬܚܪܪܘ . ܘܡܬܚܫܒܢܘܬܐ ܡܪܢܝܬܐ ܒ
ܠܡܬܩܪܒܘ ܐܝܟ ܡܠܦܢܐ ܕܡܠܦܢܐ ܪܒܐ ܘ ܗܟܢܐ ܕܬܝܒܘܬܐ ܣܡܐ ܗܘܐ
ܠܐܢܫܐ ܡܗܝܪܐ ܕܐܘܡܢܘܬ ܒܗܘܢ ܕܥܕܬܐ . ܘܐܝܢܐ ܕܡܬܚܒܠ ܚܛܗܐ ܒ
ܕܒܝܫܐ ܢܬܠ ܠܚܟܝܡܐ ܡܣܝܢܐ ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ ܕܡܪܢ ܚܘܒܐ ܘܗܘܢܘܢ ܡܢܐ
ܠܗ ܒܣܡܐ ܪܘܚܢܐ ܀

Fragile genus humanum est et peccato obnoxium, ac fieri vix [po]test, ut spiritualibus infirmitatibus non tentetur. Idcirco medicum [sa]cerdotium datum fuit, quod homines sine ulla mercede sanet : [Si] remiseritis alicui peccata remittuntur. Itaque et Servator ait : [N]*on est opus valentibus medico, sed male habentibus*..... Fideles igi[tu]r, quotiescumque fragilis naturæ humanæ vitiis quatiuntur, quæ [s]emper incolumis esse non potest, ad medelæ locum se oportet [c]onferant, suasque medicis spiritualibus infirmitates ostendant; [sc]empe, ut per expiationem et canones pœnitentiales sanitatem spi[ri]tus recipiant, ac deinde ad dominicam cœnam accedant, prout [m]agnus magister faciendum dictavit. Porro Dominus noster pœni[t]entiæ medicinam peritissimis ejus artis hominibus credidit, Eccle[s]iæ scilicet sacerdotibus. Quamobrem qui iniquitatis morbo a [d]æmone tangitur, is Domini discipulis sapientibus medicis vulnera [s]ua revelet, qui eidem spirituali medela remedium facient. » Vid. [Ebe]d-Jesu *Margaritam*, ap. Maï *Scriptor. Vet. Nov. coll.* t. X. p. 334.

[2]. Confessionem peccatorum sacerdoti faciendam esse olim omnes [ten]uerunt Syri. Quando sæculo XII plurimi ex Coptorum natione eam [ab]rogarunt, fortiter restitit eis Michael Syrorum Jacobitarum Patri[arc]ha, ut pluribus docet Renaudotius, opere supra laudato. Nesto[ria]ni etiam confessionem diu retinuerunt, ut patet ex testimonio [Eb]ed-Jesu supra citato; recentiores tamen eam neglexerunt. Idcirco [Jo]sephus II eos sic arguit : « dicimus apud omnes Christianos tum

» Orthodoxos, tum Hæreticos, peccatorum confessionem reperiri; » apud vos autem obliteratam esse, ejusque memoriam periisse, ita » ut, qui negligunt pœnitentiam eamque aspernantur, plures sint, » quam qui illam perficere satagunt. » Ap. Asseman. *Bibl. Orient.* t. III. p. 2. p. 289. De Confessione suffecerit hic recitasse testimonium Dionysii Bar-Salibi, qui multa de Pœnitentia scripsit. Is igitur in *Ordine de Pœnitentibus* Confessionem ita describit.

ܐܡܬܝ ܕܝܢ ܕܨܒܐ ܐܢܫ ܕܢܘܕܐ ܚܛܗܘܗܝ: ܒܒܥܠܕܒܒܘܬܐ ܘܪܘܝܘܬܐ ܘܥܒܪܬܐ
[illegible] : ܘܙܕܩ ܠܗ ܠܐܦܝܣܩܘܦܐ ܐܘ ܠܪܝܫܕܝܪܐ ܐܘ ܠܩܫܝܫܐ
ܕܢܬܠ ܚܦܝܛܘܬܐ ܪܒܬܐ. ܩܕܡ ܕܠܐ ܢܬܚܣܪ ܒܢܦܫܗ ܡܢ ܗܠܝܢ ܕܫܡܥ. ܘܬܪܬܝܢ [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

« Cum quis peccata sua vult confiteri, sive inimicitiæ sint, seu ebrietas, aut quælibet alia legis prevaricatio, oportet Episcopum, aut » Archimandritam, aut Presbyterum exactam diligentiam adhibere; » primum, ne ex iis quæ audit, detrimentum aliquod in se ipsum » derivetur; deinde ne Confessionem ullomodo revelet, neve eum » ullatenus apud seipsum parvipendat, qui peccata sua confitetur, » sed eodem ipsum loco habeat, quo ante confessionem; denique ut » nullam pœnitentis rationem habeat, seu propter amicitiam, aut » propter munus: medicus enim animarum est, et congruum morbis » remedium porrigere debet. Sic autem confessionem excipiet. Debent » ad ecclesiam procedere. Is autem, qui confessionem excipit, sedeat » ad fores ecclesiæ: pœnitens vero detecto capite, dextrum genu » flectat, manibus ad pectus complicatis, oculisque in terram de-

Digitized by Google

, confiteatur absque rubore, et nihil omnino abscondat ab eo, aperiat cogitationes suas, et quidquid ab ipso gestum fuerit, dextrum sive sinistrum, sive bonum sive malum. Sacerdos liter in eum oculos ne conjiciat. Postquam autem ille confessus it, et peccatum suum aperuerit, contestabitur eum inquiens : e, ne amplius ad opera tua revertaris, ego tibi hic dimitto, et s in cœlo. Et quoniam hanc mihi rem hic revelasti, non am-s ea revelabitur in judicio, nec sententiam ejus causa subibis. » t hæc sacerdos recitat varias preces et congruam peccatis ejus pœ-iam ipsi injungit, et insufflat in faciens ejus tribus vicibus, inquiens :

ܢܬܚܣܐ ܚܛܗܐ ܗܢܐ ܡܢ ܢܦܫܟ ܘܡܢ ܦܓܪܟ ܒܫܡܐ ܕܐܒܐ ܐܡܝܢ. ܢܬ
ܘܢܬܚܠܠ ܡܢܗ ܒܫܡܐ ܕܒܪܐ ܐܡܝܢ. ܢܫܬܒܩ ܠܟ ܘܢܬܚܣܐ :
ܕܪܘܚܐ ܩܘܕܫܐ ܐܡܝܢ ܀

*issipetur hoc peccatum ab anima et a corpore tuo in nomine tris. Amen. Sanctificatus et mundatus esto ab eo in nomine Filii. en. Dimittatur et condonetur tibi in nomine Spiritus Sancti. en.* » Vid. Assemani *Bibl. Orient.* t. II. p. 172.

verbis contineri putaverim absolutionis formam a Jacobitis temporis usitatam. Ex versione Assemani apparet istam formam deprecativam. De hoc tamen jure quis dubitaret cum verba a æque latine vertenda sint in indicativo modo : *dissipatur, ificatus es* etc.

Ex testimonio Bar-Salibæi supra laudato, satis constat, qualis t sæculo duodecimo disciplina Syrorum Jacobitarum circa pœ-tiam. Unum restat monendum nempe : varias mutationes in plina pœnitentiali ante Bar-Salibæum accidisse. Longum foret ecensere omnes istas mutationes. A vero tamen longe non aberit, quidem sententia, qui dixerit eamdem fuisse per sex priora la disciplinam Syrorum in re pœnitentiali ac disciplinam Græ-m. Hoc ut dicam, plura suadent, scilicet : Canones Apostolorum, titutiones Apostolicas, Canones Conciliorum Laodiceæ, Gangræ, e, Constantinopolis, Chalcedonis, Epistolæ canonicæ SS. Ba-, Gregorii Nysseni, et Petri Alexandrini, Responsa canonica thei Alexandrini, et alia ab utraque ecclesia tum Græca tum ica communiter recepta. Exstant enim omnia ista monumenta tantum in collectionibus canonum Ecclesiæ Græcæ, sed etiam llectionibus canonum Ecclesiæ Syriacæ, ut patet ex collectio-s canonicis Ebed-Jesu et Bar-Hebræi, quas edidit Em. Card. Maï ov. *Script. Vet. collect.* t. X, et ex variis canonibus, quos sub no-

Digitized by Google

mine *Didascaliæ Apostolorum*, et *Reliquiarum Juris ecclesiastici antiquissimarum* Syriace edidit D. Lagardius et tandem ex iis, quæ inedita legimus in codice Syriaco Sangermanensi 38 bibliothecæ Parisiensis.

Quæ igitur Cl. Morinus. De *Administratione pænitentiæ apud Græcos* dixit, eadem Syris applicanda videntur saltem pro primis sæculis. Igitur viguit olim apud Syros pœnitentia publica, viguit mos ille, quo peccatores in varias classes distinguebantur, et a Missa fidelium, Diacono dimittente, arcebantur, ut testatur S. Joannes Maro, in *Expositione ministerii oblationis D. Jacobi* cap. 11. Hæc tamen antiquata fuisse suo tempore docet Edessenus in *Epistola de antiqua Syrorum Liturgia.* Vigebat nihilominus pœnitentia publica, ut patet ex ejus *Resolutionibus canonicis.* Non adigebantur ad Confessionem publicam, ii quorum crimina erant occulta; sufficiebat eis ut pœnitentiam peragerent occultam. Ita mihi videtur intelligenda Resolutio 66. Unde Syris applicanda mihi videntur quæ Morinus de Græcis dixit : « Finiente sæculo sexto alia distinctio illuxit : peccata » vel sunt publica vel occulta. De publicis agitur pœnitentia publica, » de occultis occulta. Sed publicorum confessio, pœnitentia, absolutio ad episcopos eorumque speciales delegatos pertinet : occultorum confessio, pœnitentia, absolutio ad quoslibet presbyteros. » Morinus *de administratione sacramenti pænitentiæ.* lib. 1. cap. X.

---

## XLI. *De Affinitate Spirituali.* Annot. XLI ad pag. 171.

---

Prohibent Jacobitæ nuptias inter personas affinitate spirituali conjunctas, ut patet ex iis, quæ hoc loco ab Edesseno dicuntur : « Ex » consuetudine tamen, præsertim in omni regione Syriæ, multi ex » christianis zelantibus peccatum grave et insanabile reputant, si in » uxorem ducat vir mulierem, postquam cum ea contraxit affinitatem quæ ex baptismo oritur. » Confirmatur a Bar-Hebræo, cujus hæc sunt verba : « Quatuor sunt causæ generales, quæ impediunt » conjugium legitimum : consanguinitas illius, quæ despondetur, » consanguinitas consanguineorum, servitus, infidelitas. Et illa prima » quadruplex est, nam vel generica est seu generis, aut lactis, aut » susceptionis ex baptismo, aut ex coronis desponsationis.... Affinitas baptismi etiam ita est : ille qui suscipit, pater est illius, qui

Digitized by Google

scipitur; et uxor illius mater ejusdem est. Et illa, quæ suscipit, ... mater illius est, qui suscipitur; et maritus ejus pater, et filii ...rum fratres, et sorores in generationem generationum; et fratres ... sorores eorum patrui, et avunculi, et amitæ, et avunculæ, ita ... filii eorum usque ad complementum septem facierum. » Vid. HEBRÆI *Nomoc.* cap. VIII. sect. 3.

*Vidit S. Facultas Theologica.*

J. B. LEFEBVE, S. Fac. p. t. Decanus.
P. VAN DEN BROECK, S. Fac. p. t. a Secretis.

*Vidit Rector Universitatis.*

P. F. X. DE RAM.

Digitized by Google

Digitized by Google

# SERIES RERUM.

Pag.

æfatio . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . VII

**Pars prior. Syrorum de Eucharistia fides.**

I. Testimonia sacræ Scripturæ . . . . . . . . . . . 2
II. Testimonia ex Liturgiis desumpta . . . . . . . . . 7
III. Testimonia Martyrum . . . . . . . . . . . . . . 14
IV. Testimonia Patrum Orthodoxorum . . . . . . . . . 16
V. Testimonia Syrorum Monophysitarum. . . . . . . . 31
VI. Testimonia Syrorum Nestorianorum . . . . . . . . 44
onclusio partis prioris . . . . . . . . . . . . . . 59

**Pars posterior. Syrorum in re Eucharistica disciplina.**

I. Joannis Telæ Resolutiones canonicæ . . . . . . . . 62
II. Jacobi Edesseni Resolutiones canonicæ . . . . . . 98

**Annotationes ad Joannis Telensis et Jacobi Edesseni Resolutiones canonicas.**

I. De Joanni Telensi ejusque Resolutionibus canonicis . 173
II. De vasibus et vestibus sacris . . . . . . . . . . 174
III. De vocibus ܙܘܪܐ ܦܪܡܬܐ . . . . . . . . . . . . . 176
IV. De defectibus circa sacramentum Eucharistiæ contingentibus . . . . . . . . . . . . . . . . . . . *ib.*
V. De communione præbenda energumenis et vomitu laborantibus . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 178
VI. De communione infirmorum . . . . . . . . . . . 180
VII. De jejunio ante communionem requisito. . . . . . 182
VIII. De consignatione calicis . . . . . . . . . . . 184
IX. De communione . . . . . . . . . . . . . . . . . 186

Digitized by Google

X. De cultu sanctorum, deque veneratione reliquiarum ipsorum . . . . . . . . . . . . . . . . .
XI. De voce ܢܘܗܪܐ . . . . . . . . . . . . . . .
XII. De altarium ablutione . . . . . . . . . . .
XIII. De jejunio ante communionem requisito. . . . .
XIV. De munditie corporis requisita in eo, qui sacram communionem suscepturus est . . . . . . . . . .
XV. De vitanda hæreticorum societate . . . . . . . .
XVI. De exequiis defunctorum . . . . . . . . . . .
XVII. De confirmationis sacramento . . . . . . . . .
XVIII. De diaconissis. . . . . . . . . . . . . . .
XIX. Ministerium altaris diaconissis interdictum. . . . .
XX. Quid possint facere diaconissæ in Ordine generali Liturgiæ. . . . . . . . . . . . . . . . . .
XXI. De Jacobo Edesseno, ejusque Resolutionibus canonicis .
XXII. De templis Syrorum . . . . . . . . . . . .
XXIII. De asservatione Eucharistiæ . . . . . . . . .
XXIV. De jejunio apud Syros . . . . . . . . . .
XXV. De jejunio majoris hebdomadis . . . . . . . .
XXVI. Abusus circa asservationem Eucharistiæ . . . . . .
XXVII. De vi et ratione vocis ܡܩܕܫܐ . . . . . . . .
XXVIII. De phylacteriis et de depositione clericorum . . . .
XXIX. De missæ sacrificio. Quo in loco et pro quibus missæ sacrificium sit offerendum. Epistola Jacobi Edesseni de antiqua Syrorum Liturgia. . . . . . . . . . .
XXX. De extremæ-unctionis sacramento . . . . . . .
XXXI. De festo Epiphaniæ . . . . . . . . . . . .
XXXII. De materia Eucharistiæ conficiendæ . . . . . .
XXXIII. De altaribus. . . . . . . . . . . . . .
XXXIV. De ecclesiastica Hierarchia . . . . . . . . .
XXXV. De superstitionibus apud Syros . . . . . . . .
XXXVI. De dæmoniacis . . . . . . . . . . . . .
XXXVII. De vita et honestate Clericorum. . . . . . . .
XXXVIII. De tintinnabulis . . . . . . . . . . . .
XXXIX. De vitanda Judæorum et Ethnicorum societate. . .
XL. De pœnitentiæ sacramento . . . . . . . . .
XLI. De affinitate spirituali . . . . . . . . . .

Digitized by Google

# INDEX

## RERUM ET AUCTORUM ORDINE ALPHABETICO DIGESTUS.

*io* altaris p. 75. Resol. 6., et p. 192. Ablutio defunctorum a Monositis omissa p. 198.

*e*. An licet sine altari calicem consignare p. 73. Resol. 14. Altaria sarum an recipienda p. 93. Resol. 45, et 95. Resol. 46. Altaris fractio p. 129. Resol. 26. Altaris nomina, materia, forma, consetio p. 241-244. Varia de altaribus p. 113. Resol. 12.

*hora*. Vid. ad voc. Liturgia.

*oli*. Eorum canones citantur p. 174, 183, 190 et passim.

. Aqua fervida in calice p. 28. Aquæ baptismatis solutio p. 201, ii ejus usus p. 121. Resol. 18. Aquæ fons prope altare p. 119. ;ol. 16. Aquæ benedictæ in nocte Epiphaniæ p. 254. Aquæ mixtio calice p. 240.

*nanus* (Aloys.). Ejus codex liturgicus citatur p. 7-14, 28-30 et passim.

*nanus* (Jos. Sim.). Passim citatur ejus Bibliotheca Orientalis.

*nanus* (Steph. Ev.). Ejus acta martyrum Orientalium citantur 14. Ejus Catalogus Bibliothecæ mediceæ p. 210.

*vatio* Eucharistiæ p. 46 et 216. Asservatio calicis p. 216. Asservatio ationis dierum Mysterii et Annuntiationis p. 105. Resol. 7. Abusus a asservationem Eucharistiæ p. 222.

*nasius* (S.). Ejus Epistolæ festales citantur p. 17.

*us Archimandria*. Ejus de Eucharistia doctrina p. 45.

*mon*. Citatur p. 193.

*smi* sacramentum p. 85. Resol. 30 et 31. Affinitas ex baptismo tur p. 170.

*Cephas*. Ejus sententia de ultima Christi cœna p. 39.

*Hebræus*. Minus recte de Eucharistia sentit p. 83. Ejus Nomocanon ssim citatur.

*ius* (S.). Citatur p. 193, 226. Ejus verba de communione in domibus vatis.



Digitized by Google

*Beelen*. Laudatur p. 16 et 62.
*Calix*. Asservatur pro infirmis 216. Quid agendum si effundatur p. 67, 178. An liceat calicem vacuum ad ægrotum afferre p. 117. Resol. 14.
*Canistrum*. Inservit Eucharistiæ deferendæ p. 69.
*Canones*. An sint veræ leges p. 223.
*Chrisma*. Quomodo conficiatur p. 201. Vasa chrismatis p. 131. Resol. 28. Vid. etiam p. 85. Chrismatis consecratio p. 201.
*Clemens Romanus*. Ejus Epistolæ ad virgines citantur p. 16.
*Clerici* p. 81. not. Eorum cum hæreticis commercium p. 79. Resol. 24; p. 81. Resol. 25; p. 153. Resol. 53. Exceptiones ibid. Clericorum depositio p. 220. Eorum vita et honestas p. 250.
*Cochlearis* usus p. 186.
*Communio*. Sub utraque specie p. 15 et 181. Sub unica specie p. 181. Communionis locus, ordo, minister et ritus p. 186. Communio intincta p. 186. Communio, durante liturgia p. 14. Quibus verbis distribuatur p. 14. In calice extra sanctuarium danda p. 71. Resol. 11. Quo vase et per quem mittenda p. 69. Resol. 8. An fas est laico communionem sibi præbere p. 101. Resol. 3. Communio infirmorum p. 181.
*Confessio* peccatorum p. 258.
*Confirmationis* sacramentum p. 200. Ejus forma ibid. Confertur cum baptismo p. 201.
*Consignatio* calicis p. 71, 77 et 184.
*Consecratio* panis et calicis. Quandonam et quibus verbis fiat p. 8-15, 28, 36. Consecratio calicis ex contactu corporis Christi p. 191. Verba consecrationis a recentioribus Nestorianis omissa p. 59.
*Cornu unctionis* p. 94. not. 1.
*Cultus sanctorum* p. 189.
*Cyriacus Patriarcha*. Ejus canones p. 229 et 248.
*Dæmoniaci*. Vid. ad voc. Energumeni.
*Defuncti*. Eorum exequiæ et sepultura p. 198. Commemoratio defunctorum in missa p. 199. An hæreticis licet sepelire orthodoxos p. 85. Resol. 27-29.
*Diaconissæ*. Earum origo, officia, potestas et benedictio p. 87-93, 127 et 202-206.
*Diaconium* describitur p. 92. not. 2.
*Didascalia* Apostolorum citatur p. 203, 221.

Digitized by Google

*sius* Bar-Salibæus. Ejus fides de Eucharistia p. 38-43. Quid sentiat transubstantiatione p. 40-43.

*Iesu*. Docet transubstantiationem et missæ sacrificium p. 55-58.
s sententia de sacro fermento p. 58; de pœnitentia p. 256; de u sanctorum p. 189. Citatur passim ejus collectio canonum.

*sali* canones p. 178.

*Damascenus* citatur p. 46.

*umeni*. An eis Eucharistia sit præbenda p. 178. Quomodo exorndi p. 249.

*emus* (S.). Ejus fides de Eucharistia p. 19-22. Ejus verba de amento pœnitentiæ p. 255.

*ania* Domini olim cum ejus nativitate celebrata p. 234.

*orum* societas vitanda p. 255.

*ristia*. Varia ejus nomina p. 19, 67, 176. Non est mera figura, corpus et sanguis Christi p. 1-60. Est ipsum Christi corpus ex ia Virgine assumptum, non hominis simplicis p. 29, 32, 39. Panis ini species p. 30. Christus Eucharistiæ se participem fecit p. 39. Judas Eucharistiæ fuit particeps p. 19. Eucharistiæ conficiendæ eria p. 236-240. Eucharistia a jejunis sumenda p. 183; ad infirmos ıta per laïcos et mulieres p. 107, 180. Syrorum cura erga Euchaiam p. 66, 67, 176. De Eucharistia apud Persas inventa p. 95. ol. 46 et 47. Eucharistiæ ritus. De defectibus circa Eucharistiam tingentibus p. 176. Vid. ad voces panis, missa, communio, transtantiatio.

*atius*. Ejus canones citantur p. 199, 230.

*mæ-Unctionis* sacramentum p. 119, 253. Quomodo confertur 33.

*ntum*. Sacrum fermentum Nestorianorum p. 58. Vid. voc. panis. *o* hostiæ p. 37.

*ius* arabum episcopus docet aquam vino esse miscendam in calice 240.

*ius Arbelæ*. Ejus sententia de Eucharistia p. 48.

*ius Patriarcha*. Ejus sententia de verbis in fractione hostiæ recilis p. 36.

*rum* annos numerandi ratio a Syris usurpata p. 214.

*rius*. Vid. ad voc. Bar-Hebræus.

*itarum* funera a quibus comitanda p. 163.

Digitized by Google

*Hæretici* ab orthodoxis vitandi p. 197. Exceptiones p. 157. Hæreticorum sepultura p. 159.

*Hornius* confutatur p. 3.

*Hypparchus* (S.). Ejus de Eucharistia fides p. 14.

*Ignatius* (S.). Ejus epistola ad Smyrnæos p. 16.

*Impanatio* asseritur a Bar-Salibæo p. 41-43; a Bar-Hebræo p. 43.

*Invocatio* Spiritus Sancti in Liturgia p. 9; interpretatur a S. Joanne Marone p. 12, ab Assemano p. 13, a Bar-Salibæo p. 41.

*Isaacus* (S.). Ejus verba de Eucharistia p. 23; de jejunio p. 220.

*Jacobus Edessenus*. Ejus fides de Eucharistia p. 34. Ejus Resolutiones canonicæ referuntur p. 98-171. Earum authentia stabilitur p. 213. Jacobi Edesseni gesta p. 206. An fuerit Monophysita p. 207.

*Jacobus Nisibenus* (S.). Ejus verba de Pascha et Eucharistia p. 18.

*Jacobus Sarugensis* (S.) citatur p. 20. Asserit Transubstantiationem p. 25.

*Jejunium*. Varia Syrorum jejunia p. 218. Jejunium quadragesimale p. 218, hebdomadæ sanctæ p. 103. Resol. 6, p. 219, 221. Vinum in jejunio prohibitum p. 101. Resol. 4. Jejunium ante communionem requisitum p. 71. Resol. 9, p. 75. Resol. 18, 79. Resol. 21, 183.

*Joannis Bar-Abgari* canones de Eucharistia citantur p. 218, 239.

*Joannes Chrysostomus* (S.). Ejus verba de ultima Christi cœna p. 39.

*Joannes Darensis* asserit transubstantiationem p. 36.

*Joannes Isæ* citatur p. 218.

*Joannes Maro* (S.) explicat Invocationem Spiritus Sancti p. 11, consecrationem p. 28, consignationem calicis p. 184. Ejus verba de pane azymo p. 236; de aqua vino miscenda p. 239; de significatione altaris p. 243.

*Joannes Patriarcha* citatur p. 228.

*Joannes Telæ*. Ejus fides de Eucharistia p. 33. Ejus Resolutiones canonicæ recitantur p. 62-98. Earum authentia stabilitur p. 174.

*Josue Bar-Nun* citatur p. 46.

*Judæi*. In quibusnam licet cum ipsis communicare p. 197.

*Judas*. An particeps fuerit corporis Christi p. 19.

*Kohlius* confutatur p. 22.

*Lampas* vid. ad voc. Extrema Unctio.

*Liturgiæ* S. Jacobi, S. Xysti, S. Maruthæ, et S. Cyrilli recitantur p. 9, 229. Liturgia Syrorum antiqua p. 230. Liturgiæ probant præsentiam realem Christi in Eucharistia p. 7-14. Vid. ad voc. Missa.

Digitized by Google

*Mantile* usu detritum p. 67. Resol. 5.

*Maruthas* (S.). Ejus verba de Eucharistia p. 6, 9, 22, de fermentato p. 23.

*Menstrua* mulierum; an impediunt communionem p. 87. Resol. 32.

*Michaëlis Melichæ* canones p. 183.

*Missa*. Est verum sacrificium p. 227. In templo et altari celebranda p. 228. Exceptiones ibid. Varia quæsita circa missam p. 113-119. An offerenda in monte, horto, vinea p. 111. Resol. 11. Missa pro vivis et defunctis p. 119, 229. Pro hæreticis ibid. Missæ Syrorum ritus p. 230. Missa pro catechumenis p. 230.

*Monachi*. Quibus nominibus appellantur apud Syros p. 134, 153.

*Monophysitæ* unam in christo naturam agnoscunt p. 31. Eorum de Eucharistia fides 34-64. Eorum disciplina toto fere libro exponitur.

*Mundities* corporis ad communionem requisita p. 69. Resol. 7, 103. Resol. 3, 193.

*Nativitas* Domini. Quo die olim celebrata p. 234.

*Nestoriani*. Eorum de Eucharistia fides p. 44-60. Eorum disciplina passim exponitur. Duas in Christo personas docent p. 31.

*Nicephorus* (S.) citatur p. 223.

*Oblatio*. Vid. ad voc. Eucharistia.

*Oleum* infirmorum. Vid. voc. Extrema Unctio.

*Ordo communis* Liturgiæ citatur p. 229.

*Ossa martyrum* super altare non collocanda p. 73. Resol. 13.

*Panis Eucharisticus* p. 236. Qualis esse debet ibid. An recens, an fermentatus, an azymus p. 23, 27, 58, 236. Panis et vini species in Eucharistia remanentes p. 30, 40.

*Paulus* Edessæ episcopus citatur p. 23.

*Phantasia* corporis p. 79. Vid. ad voc. mundities.

*Philotheus* (S.) citatur p. 14.

*Philoxenus*. Ejus fides de Eucharistia.

*Phylacteria*. Variæ eorum species p. 224.

*Pœnitentiæ* sacramentum p. 163 et 233.

*Præsentia realis*. Vid. ad voc. Eucharistia.

*Rabulas*. Ejus verba de fragmentis Eucharistiæ p. 177.

*Renaudotius*. Passim laudatur ejus Liturgiarum orientalium collectio.

*Reliquiæ* sanctorum honorandæ p. 189.

*Res profanæ* sanctuario non adhibendæ p. 77. Resol. 19.

*Sacramenta*. Quot admittant Nestoriani p. 236.

Digitized by Google

*Sacrificium*. Vid. ad voc. Missa.

*Sanctuarium*. Quibusnam licet sanctuarium ingredi p. 99. Resol. 1, 101. Resol. 2, 213-214. Sanctuarii sordes p. 119. Resol. 15.

*Sepultura*. Vid. ad voc. Defuncti.

*Severus Antiochenus* citatur p. 191, 196, 243.

*Spongia* Missæ inserviens p. 74.

*Supellex sacra* p. 63-67. Ejus fragmenta p. 65. An suppellex sacra ad usus profanos sit adhibenda p. 73. Resol. 12. De ejus ablutione p. 65.

*Superstitionum* varia genera reprobantur p. 135-147, 245.

*Syrorum* fides et disciplina toto libro exponitur.

*Templa* Syrorum describuntur p. 214.

*Thecla* (S.). Ejus fides de Eucharistia p. 15.

*Theodosius Patriarcha*. Ejus canones p. 178, 215.

*Timotheus Patriarcha* citatur p. 50.

*Timotheus Alexandrinus*. Ejus canones p. 179, 193, 195.

*Tintinnabuli* forma p. 251, baptismus p. 151, consecratio p. 253.

*Transubstantiatio* asseritur p. 10-13, 25, 36, 37. Quibus verbis efficitur p. 10-13. Negatur a Bar-Salibæo p. 41, a Bar-Hebræo 43, a Babeo, Georgio Mossulano, Timotheo 11 p. 49-54.

*Vasa sacra*. Vid. ad voc. supellex.

*Vinum* materia calicis p. 239. An consecratur per contactum corporis Christi p. 191. De vino corrupto p. 241. De vino deficiente ibid. De mixtione aquæ cum vino p. 240.

*Wisemanus*. Laudantur ejus horæ Syriacæ p. 3.

*Xatha* explicatur p. 237.

*Xenaias*. Vid. ad voc. Philoxenus.

Digitized by Google

# INDEX VOCUM SYRIACARUM,

### QUÆ A LEXICOGRAPHIS PRÆTERMISSÆ AUT MINUS RECTE DEFINITÆ, IN DECURSU OPERIS ACCURATIUS EXPLICANTUR.


ܐܘ : ܐܘ . . . 89
ܐܘܙܐ . . . 132
ܐܘܪܚܐ ܕܒ̈ܬܐ . . 89
ܐܘܪܚܐ . . . 114
ܐܘܪܬܘܕܘܟܣܐ . . 152
ܐܝ . . . . 77
ܐܠܗܬܐ . . . 68
ܐܪܡܝܐ . . . 155
ܐܪܥܡܬܐ . . . 66
ܒܣܘܡܐ . . . 87
ܒܫܠܡܬ . . . 66
ܒܝܬ ܡܕܒܚܐ . 99
ܒܝܫܬܐ . . . 132
ܒܘܪܟܬܐ . . . 139
ܒܪ ܓܡܝܡܘܬ . 82
ܓܘܒܐ ܕܡܟܐ . . 118
ܓܘܪܢܐ . . . 122
ܓܒܘܪܬܐ . . . 19
ܕܡܐܡܘܢܡܘܣ . . 92
ܕܡܪܐ . . . 91
ܕܡܪܡܐ . . . 134
ܕܫܠ . . . 141
ܕܪܐ . . . . 151
ܗܘܝܐ . . . 128
ܙܪܩ . . . 64
ܙܘܢܪܐ . . . 117
ܚܪܒܐ . . . 146
ܚܪܢܝܐ . . . 158
ܚܪܡܐ . . . 140
ܚܠܐ . . . 91
ܝܩܕܬܐ . . 94
ܟܣܝܡܐ . . . 153
ܡܢܝܓܬܐ . . . 69
ܡܥܡܬܐ . . . 71
ܡܐܢܐ . . . 63
ܡܒܣܡܢܘܬܐ . . 67

| | | | |
|---|---|---|---|
| ܡܟܗܢܘܬܐ | 70 | ܟܗܢܐ | 69 |
| ܡܠܘܟܪܣܐ | 158 | ܠܒܘܪܐ | 94 |
| ܡܠܘܟܠܐ | 69 | ܠܒܝܫܐ | 78 |
| ܡܠܘܪܘܡ | 84 | ܠܓܠܘܣܛܣ | 108 |
| ܡܠܟܪܘܨܝ | 65 | ܠܘܛ | 103 |
| ܡܠܟܝܨܕܩ | 66 | ܠܘܝܬܐ | 64 |
| ܡܠܣܫ | 64 | ܠܘܝܬܐ | 67 |
| ܡܠܟܝܠܘܬܐ | 65 | ܠܚܡܐ | 99 |
| ܡܠܝܢ | 62 | ܠܟܘܪܐ | 124 |
| ܡܠܬܐ ܕܡܣܟܢܘܬܐ | 84 | ܠܟܣܢܕܪܘܣ | 81 |
| ܡܠܬܐ ܕܝܠܕܘܬܐ | 85 | ܠܥܠܡܘܬܐ | 161 |
| ܡܠܬܘܬܐ | 143 | ܠܠܝܐ | 67 |
| ܡܬܠܬܝܐ | 68 | ܠܓܐ | 124 |
| ܢܦܫ | 98 | ܠܡܠܐ ܕܒܘܫܐ | 114 |
| ܢܦܘܫܐ | 150 | ܠܡܢܐ | 94 |
| ܣܦܘܣܐ | 74 | ܡܐܐ | 74 |
| ܣܦܪܓܐ | 75 | ܡܐܐ ܩܘܪܝܬܐ | 176 |
| ܥܒܘܕܐ | 153 | ܡܐܢܝܐ | 95 |
| ܥܘܡܪܐ | 156 | ܡܚܐ | 103 |
| ܥܠܓܢܝܐ | 81 | ܡܕܐܝܐ | 62 |
| ܥܠܡܝܐ | 78 | ܡܕܟܝܢܐ | 154 |
| ܥܢܢܐ ܕܦܠܓܘܬܐ | 74 | ܡܕܝܢܐ | 123 |
| ܥܨܪܐ | 76 | ܡܠܟ | 64 |
| ܦܘܪܣܐ | 88 | ܡܠܟܐ | 154 |

| | | | |
|---|---|---|---|
| ܚܙܡܐ . . . | 6 | ܬܡܩܕܡܠܐ . . | 154 |
| ܬܘܦ . . . | 2 | ܬܡܩܘܬܐ . . | 164 |
| ܬܢ ܕܡܘܪܟܠ . | 2 | | |


---

## CORRIGENDA.

g. 6 l. 19 ܠܐ *lege* ܠܐ. Pag. 8 l. 10 ܐܣܝܪܗܘܢ *lege* ܐܣܝܪܘܗܝ. Pag. 17 l. 14 *lege* ܫܥܘܬܐ. Pag. 27 l. 2 ܒܗ *lege* ܒܗ̇. Pag. 42 l. 5 ܩܘܡܣܡܠܐ ܩܘܡܣܡܠܐ. Pag. 64 not. 2 ܐܘܩܦ *lege* ܐܕܩܦ. Pag. 72 l. 6 post ܐܣܝܐ adde Pag. 72 l. 13 ܗܟܡܠܐ *lege* ܗܟܡܠܐ. Pag. 112 l. 13 ܦܩܝܐ *lege* ܦܩ. Pag. 160 l. 1 ܬܪܫܡܠܗ *lege* ܬܪܫܡܠܗ. Pag. 3 l. 5 hoc *lege* hic. 3 l. 14 populem *lege* populum. Pag. 6. l. 21 commemorationum commemorationem. Pag. 61 l. 8 præstimus *lege* præstitimus. 69 l. ult. canista *lege* canistrum. Pag. 73 l. 16 alterim usuim alterum usum. Pag. 117 l. 8 insanientiis *lege* insanientis. Pag. 135 præteria *lege* præterea.

Digitized by Google

Digitized by Google

# HRESTOMATHIA SYRIACA

SIVE

## S. EPHRAEMI

## CARMINA SELECTA.

DERUNT NOTIS CRITICIS PHILOLOGICIS HISTORICIS ET GLOSSARIO LOCUPLETISSIMO

ILLUSTRAVERUNT

AUGUSTUS HAHN,

HILOS. ET THEOL. DOCTOR, IN ACADEMIA REGIOMONTANA P. P. O.

ET

IEDRICUS LUDOVICUS SIEFFERT,

PHILOS. DOCTOR ET THEOL. CANDIDATUS.

PRAEMISSAE SUNT OBSERVATIONES PROSODICAE.

LIPSIAE, MDCCCXXV

SUMTIBUS FRID. CHR. G. VOGELII.

Digitized by Google

Digitized by Google

VIRO

SUMME VENERABILI ET CELEBERRIMO

E. F. C. ROSENMÜLLER,

PHILOS. ET THEOL. DOCTORI,
LITERARUM ORIENTALIUM IN ACADEMIA LIPSIENSI
PROFESSORI ORDINARIO ET REL.

PRIORIS EDITORUM ORE, UTRIUSQUE SCRIPTIS ET
EXEMPLO, DOCTORI CARISSIMO,

HUNC LIBRUM

CONSECRAVERUNT

EDITORES.

Digitized by Google

Digitized by Google

## LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

## AUGUSTUS HAHN.

Non est profecto, quod editionem hujus *συλλογῆς* excusemus, quum, quod quidem nos sciamus, nulla hucusque Syrorum carmina hunc in usum typis expressa sint. Quare benigne Te opusculum nostrum excepturum esse fidenter speramus. Neque id agimus, ut alias, quae in manibus Tuis forte sunt, v. c. *H. A. Grimmii* *G. Guil. Kirschii* (cujus opus denuo a *Bernsteinio*, Viro clarissimo nobisque amico, edi comperimus), *Knösii* chrestomathias negligas; dif-

Digitized by Google

fert enim, licet Syrorum poëtae a consueta cogitandi scribendique Orientalium ratione haud magnopere recedant, prosa oratio aliquantum a poësi. Usui tamen juvenibus Syriacarum literarum studiosis fore hanc Ephraemicorum carminum *ἀνθολογίαν*, graves sunt rationes, quae nobis persuaderent. Quarum princeps est ea, quae viros doctos dudum commovit, ut carmina Arabum, Persarum aliorumque Orientis populorum, quorum linguas discere juvat, seligerent et quotidie seligant atque adolescentibus erectioris indolis commendent, qui ad haec studia animum converterunt. Huc accedit, quod hucusque praeter ea, quae Viri S. VV. et Clarissimi *I. G. Eichhorn* in *praefatione,* quam *Guilielmi Iones* Poëseos Asiaticae Commentariorum libris sex praemisit (Lips. 1777. 8.), et *Iohannes Chr. Guil. Augusti* in diss. *de hymnis Syrorum sacris* (Vratisl. 1814. 8.) ex *Assemani Bibliotheca Orientali* excerpserunt, et quae ipsi scripsimus in commentatione *de Bardesane Gnostico, Syrorum primo hymnologo* (Lips. 1819. 8.) et in diss. *de cantu in ecclesia Syriaca* (*Ueber den*

Digitized by Google

*ung in der Syr. Kirche*, ein Beitrag zur Ge-
chte des heil. Gesangs — in: Kirchenhistor.
hiv von *K. F. Stäudlin*, *H. G. Tzschirner* u.
*Vater* für 1823. 3. Heft p. 52—106.), nulla
idia juvenibus tradita sunt ad Syrorum poë-
um universam tum sacram hymnodiam co-
scendam, nisi adire velint ipsa Ephraemi ope-
ubi tamen tirones carmina vix invenient,
m versus praeterquam in duabus precationi-
(Opp. Gr. Lat. T. III. p. 605.) separatim non
descripti. *Assemani* vero *Bibliotheca*, egre-
n quidem opus, et rara est inter juvenes et
is generis parum habet. Sed, si quam aliam,
rum hymnodiam, celebratissimam olim, an-
issimam certe inter Christianos, noscere no-
interest. Deinde haec hymnorum collectio
efficiet, ut juvenes, qui ea utentur, cele-
imo Patrum Syrorum legendo assuescant et
ta intellectu difficillima intelligere discant.
d quo certius assequeremur ita librum in-
cimus, ut ii, qui prima grammatices elemen-
gnoverunt, vel sine praeceptore eum adire
nt, quum et annotationes textui subjectae

Digitized by Google

(quarum nonnullae e *P. Benedicti* versione s potius paraphrasi petitae sunt) et glossarium locupletissimum lectionem promoveant. Suademus tamen tironibus, ut initium lectionis faciant ab hymnis VI—IX, quos excipiant XV. XVI. V. XIII., sequantur denique reliqui. Qui duce linguae rerumque perito gaudebunt, hoc consilio non egebunt, omnes vero intelligent, cur eum, quo collocata sunt carmina, ordinem secuti simus. Nullum hucusque, ne *Kirschii* quidem chrestomathia excepta (novam editionem nondum vidimus), librum Syriacum, quippe qui locos contineat non e versionibus S. S. repetitos, novimus ita adornatum, ut tirones sibi relicti facile eum intelligere possint. — Cognoscent, quibus cordi sunt hae literae, quantum lateat in Syrorum carminibus ad historiam religionis et ecclesiae Christianae, maxime Orientalis, illustrandam et existent forsitan plures, quod quam maxime optamus, qui idonea linguae cognitione muniti ex hoc fonte uberrimo haurire possint. Plurimi quidem hymni adhuc in Bibliotheca Vaticana alibique la-

Digitized by Google

t et quantum inde sperare possimus, ante
[uot annos amicus Romae versatus per *Schol-*
*n* Theologum S. V. (utrique gratias habe-
s) nobis significavit. Scimus vero, ubi sint
lti, qui velint et valeant, fore tandem, ut
ıtingat nonnullis illos thesauros effodere et
ɔlici juris facere.

Quo rariores etiamnum sunt juvenes hujus
;enii et indolis, qui et vires suas et tempus
literis dicare velint, eo magis laetor juvene
rissimo *Friedrico Ludovico Sieffert*, Elbinga-
, quem vix discipulum, mox amicum et stu-
ırum socium nactus sum et cujus assiduis la-
ribus et horum carminum editionem magna
parte debeo et alios fructus mox acceptos fe-
nus. Etenim quartam fere hymnorum par-
n criticis et exegeticis annotationibus illustra-
: et glossarii dimidiam confecit, ut alias curas
ɔeam circa textum recte exprimendum, quas
juste aestimabunt, qui unquam tales libros
iderunt. Eundem favorem, quem studiis no-
is hucusque haud pauci significarunt, Tu,

B. L., in hoc junctarum virium opus ut conferas rogamus. Vale. Scripsi Regiomonti Borussorum d. IV. Calendarum m. Octobris anno MDCCCXXIV.

Digitized by Google

# )BSERVATIONES PROSODICAE.

ıs in commentatione de *Bardesane, Syrorum primo* *logo*, ante hos quinque annos *de metris Syrorum* et de *)ne* et *licentiis metricis* (de his p. 39 sqq.), neque ani- :t denuo vendere, quae tunc communicavimus. Quum quantum per negotia multa interim suscepta licuit, hoc haud pauca carmina Syriaca legerimus, fieri non po- uin certius et accuratius nonnulla cognosceremus, quae :rtinerent. Faciunt ea multum et ad carmina Syrorum a et ad metrorum rationes intelligendas, quare his, am edimus, carminibus praemittere non dubitamus.

st locus in grammatica Syriaca, cui inscribitur de li- *Marhetono* et *Mehagjono* (*J. D. Michaël.* grammat. .), et alius de iis, *quae vocalibus accidunt vel abji- s vel adsumendis vel transponendis et permutandis* (l. XXXII sqq.), neque tamen grammaticae Syr. etiamdum ratio, ut lectores carminum, quorum nullus fere hu- : respectus habitus est, ad eam ablegare possimus. Non ılia jam attingemus, quam *syllabas vel contrahendas vel*

Digitized by Google

*distrahendas*, neque etiam omnia, quae ad hos Gramm locos, pertinent, complectemur, sed ea tantum exhib quae maxime necessaria videntur, ne lectores in carmi recitandis haereant, reliqua vel aliis viris doctioribus vel bismet ipsis, ubi melius informati de omnibus fuerimus, ponenda relinquentes, quum non *lexico* solum, sed *gram tica* quoque Syriacae linguae studiosi quam maxime indig Erunt igitur observationes nostrae, et juvenum usui et eru torum examini jam exponendae, bipartitae, aliae, quae *Synaeresin*, aliae, quae ad *Diaeresin* attinent, quarum lineola *Mehagjono* (ܡܗܓܝܢܐ, *in syllabas dispe* illa lin. *Marhetono* (ܡܪܗܛܢܐ, *currere faciens*, comp in libris scriptis significari solita est.

I. De Synaeresi, qua duae syllabae in unam contrah tur ita, ut voces bisyllabae fiant monosyllabae, tri labae bisyllabae et s. p., quod Syri *lineola supra ram, quam vocali carere volunt*, *posita* signi verunt.

